FUNDACIÓ NOGUERA

Diplomataris, 61

Col·lecció diplomàtica de Sant Pere d'Àger fins 1198

Volum II

Edició i estudi a cura de
RAMON CHESÉ LAPEÑA

BARCELONA, 2011

textos medievals catalans

www.tmcat.net

© Ramon Chesé Lapeña, 2011
Edita: Pagès Editors, SL
Sant Salvador, 8 - 25005 Lleida
editorial@pageseditors.cat
www.pageseditors.cat
Primera edició: maig de 2011
ISBN obra completa: 978-84-9975-117-7
ISBN volum II: 978-84-9975-119-1
Dipòsit legal: L-549-2011
Impressió: Arts Gràfiques Bobalà, SL
Relligat: Enquadernacions Prats XXI, SL

FUNDACIÓ PUIGGUERA

285

1141, febrer, 23

Sicars, el seu nét Pere Bertran i la mare d'aquest, Ferrera, venen a Julià i a la seva dona, Mancós, pel preu de deu sous, un llinar a Àger, a l'indret anomenat Llavaner.

A ACL, fons d'Àger, doc. 401, Car. 1146.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Sichards, et nepto meo, Pere Bertran, et mater eius, Ferrera, uobis, emtoribus nostris, Iulia et mulier tua, Manchos. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus uobis I linar qui est in terminibus de Ager, in locum que uocant Lauaner. Et aduenit nobis de emcione uel de omnesque uoces. Affrontat de I parte in linar de Mir Iouan qui iam fuit, de alia in terra sancti Vincencii, de II[as]. in torrente. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt,quod superius scriptum est, sic uindimus uobis cum exiis et regressiis et pertinenciis suis ab omne integritate ad uestrum proprium alaudium et ad facere uestram uolumptatem propter precio placibile, quod de uos accepimus, X solidos. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut ullusque homo uel femina, qui hanc cartam uindicionis inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componamus cum omni sua melioracione et in antea ista carta firma et stabile maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta ista carta VII kalendas marcii anno C°XL° post millesimum ab incarnacione Domni.

Sig+num Ego, Sichards et nepto meo, Pere Bertran, et mater eius, Ferrera, qui hanc cartam uindicioniscum manus nostras firmamus et testes firmare firmarique rogauimus. Sig+num Bernard, frater Pere Bertran. Sig+num Arpi. Sig+num Bonet. Sig+num Arnal Ramon.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno + quod supra.

1. *Hi ha un esborrall.*

286

1141, març, 1

Bernat Gras i la seva dona, Sança, venen a Bonet, pel preu de disset sous, una vinya i una terra a Àger, a l'indret anomenat Santa Coloma.

FUNDACIÓ NOGUERA

A. ACL, fons d'Àger, doc. 459, Car. 2425.
B. Cartulari, doc. 84, f. 50r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Dei nomine. Ego, Bernard Gras, et coniux mea, Sanza, tibi emtore nostro, Bonet. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus tibi una uinea et terra in qua est fundata, et ipsa terra[1] qui ibi est. Aduenit nobis de uicecomes et de parentorum uel de omnesque uoces. Et est in terminibus de Ager, in uocitato locho super Sancta Columba. Et habet afrontaciones de una parte in uia, de alia in uinea Bernard Martin,de tercia parte in uinea Gilelm Roma, et de quarta in uinea de Adruer. Quantum infra istas afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus tibi cum exiis et pertinenciis suis ab omni integrietate ad tuum proprium alaudem propter precio placibile, quod de te accepimus, solidos XVII. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aud ullusque homo uel femina, qui ista karta uindicionis inquietare uoluerit, non[2] hoc ualeat, sed in duplo tibi componat cum sua melioracione, et non sid disrupta.

Et est facta kalendis marcii anno C.ºX.ºLº post millesimum ab inkarnacione Domni.

Sign+um Ego, Bernard et Sanza, qui ista karta mandauimus scribere et firmare rogauimus. Sign+um Pere Guilelm. Sign+um Berenger Guilelm. Sign+um Gito.

Guilelmus, presbiter, rogatus[3] scripsit die et anno quod + supra.

1. tera. 2. *La segona* n *escrita a sobre d'una altra lletra esborrada.* 3. rrogatus.

287

1140, març, 25 - 1141, març, 25

Bela atorga testament. Nomena marmessors Arnau Romà i Benet.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 984, Car. 2385.
B. Cartulari, doc. 297, f. 134r-v.
C. *Resumen*, doc. 203.

In Dei nomine. Ego, Bela femina, qui iaceo in magna egritudine, timeo ut ueniad[1] mihi mors atque penas inferni. Volo et mando ut, si mors me aduenit in ista egritudine aud antequam alium testamentum faciam, siant[2] manimesores mei Arnal Romano[3] et Benedet; plenam potestatem abeant apreendere mea omnia[4]

et dare pro mea anima, sicut in hac[5] pagina subterius ordinare precipio.

In primis[2] dimito domino Deo et sancto Petro X[em.] solidos et unum receptum in primo anno,[7] ut mitant corpus meum in hoc cimiterio et orent pro me ad Deum, ut non habeant pecata de anima maeae. Et ipsum qui remanet83) de me[a][8] porcione, que dimito pro anima mea, manimesores mei donent pro anima mea ubi melius uiderint. Et dimito ad Gilelm Fertun ipsas oliuas que sunt ad Red Espluga, in terra que fuit de Cheba, ad ipsa ecclesia ubi iacuerit corpus meum, aluminent in futuro seculo in Quadagesime Gilelm Fertum et ipsos qui illas tenuerint. Et in super dimito ad Gilem Fertum meos directos de terra qui est ad Fezen, et uno linar ad Sancta Maria, qui fuit de Gazalon.

Et dimito a Martin et a Arnal ipsas casas sotal et subirad, qui est prope kasas de Sanz de Montclus; et medietate de ipsa uinea, que est a Sex. Et ipso ort,[9] qui est ad Ren[10] de la Part, subtus ipso de Gazalon; et una tona.

Et dimito ad Ermesen I oliua in torrente de Re[3] Espluga; et a Pere una terra qui est a Mannugera; et uno linar, qui est ad Corb.

Et dimito a Botela ipsa fexa qui fuit de Reg de sancti Iusti a Fezem, et a su germana Adalez tercia parte de ipso linar qui est ad Manaturres,[11] et alia tercia parte a Maria, et una guadenga, et una sauena, et una chamisa·

Et a Boneta ipsa terra, qui est ad Re[3] d Espluga prope terra de Pere Ramon.[3]

Et uos, filios uel filias, qui mei partitori estis, sine nullum armore[12] facite sensum ad seniores et, qui non uoluerid facere sua porcione in seruicium, recuperet[3] Guilelm Fertum suam partem. Et preco uobis ut oretis pro anima mea ad Deum.

Actum unc testamentum anno C.ºX.ºLº post millesimum ab inkarnacione Domni.

Sign+um Bela, femina, qui ista karta mandaui[13] scribere et firmare rogaui[3]. Sign+um Arnal Roman[3]. Sign+um Benedet. Nos uisores et auditores.

Guilelmus, presbiter, rogatus[3] scripsit sub die et anno quod + supra.

1. *Darrere hi ha dues lletres esborrades.* 2. a *escrita sobre una taca.* 3. rr... 4. omni. 5. ah. 6. *La segona* i *escrita sobre una altra lletra, pel que*

sembla una p. 7. n *escrita a sobre.* 8. *Hi ha un esborrall.* 9. o ort. *escrit a sobre.* 10. *Darrere hi ha un esborrall.* 11. Manatures *hi ha una obliteració sota la primera* m *i entre* na...tures. 12. ar *escrit a sobre.* 13. mandau.

288

1142, febrer, 5

Ramon constitueix el dot a favor de la seva promesa Sança per valor de la desena part dels seus béns segons estableix la Lex Gothorum.[a]

A. ACL, fons d'Àger, doc. 576, Car. 1671.
B. Cartulari, doc. 307, f. 138r-v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Hic est libelum dotis uel donacionis quod dat uir honestus, nomine Ramon, in manu dilecte sponse uel uxori maeae, nomine Sanza. Mox futurorum coniugi diuina est Dei prouidencia, qualiter Deus et domnus noster cuncta re generaliter ordinare disposuit. Idcirco amantissima sponsa uel uxori maeae, nomine Sanza, dono tibi in arrarum tradicionis propter tuum decimum, quod tibi dare debeo. In primis dono tibi una terra, et una uinea, et uno linare, et uno barril de tres modios. Adhuc dono tibi per ipsa casa, quem ego non habeo, ipsa alia uinea. Hec omnia est in apendicio de Ager uel in suis terminis. Ipsa terra, que est suprascripta,[2] ad ipso congost qui est ad Guardiola; affrontad de una parte in carrera, de alia in Pere Fani, de III uero parte in Guiem Ramon, caualler. Et ipsa uinea, qui est ad Salents, abet affrontaciones de una parte in Gouan Rode, de alia in Pere Ramon Pochifes qui iam fuit, de alia in nos,[3] donatores. Et ipsa uinea, quem dono per ipsa casa, est in illo loco; et ego dono ipsa medietate, quem abeo de comparacione de mater mea; affrontat de una parte in Raimundi Oliuarii, de alia in Puchifes, de III in Porchet. Et ipso linar, qui est inde la part, abet affrontaciones de una parte in Guilelmus[Romani],[4] de alia in [Arbert][4] qui iam fuit, de III uero parte in Ramon Oliba. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini continent, quod superius scriptum est,[5] sic dono tibi cum exiis uel regresis et pertinenciis suas ab omni integritate ad tuum proprium alaudem et ad facere tuam uoluntatem, et de meo iure in tuam potestatem trado. Et, qui hoc tollere uoluerit uel disrumperet, nullo modo possit facere, sed predicta omnia suprascripta[2] in duplo tibi componat cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma et stabile maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta ista carta dotis uel donacionis nonis freboarii anno ab incarnacione Domni MºCºXLºI.

Sign+um Ego, Ramon, qui hanc dotem mandauit scribere et testes firmare firmarique rogaui. Sign+um Bernardus, frater meus. Sign+um Guilelmus?, frater meus. Sign+um Boschet, frater meus.

Raimundus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno + quod supra.

1. *L.I., III, I, 6.* 2. a *escrit a sobre.* 3. s *íd.* 4. est *escrit a sobre.*

289

1142, setembre, 24

Girberga constitueix un usdefruit vitalici a favor del seu marit Pere.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1060, Car. 2445.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Igitur in Dei nomine. Ego, Girberga, donatores sumus uiro meum,[1] Pero. Per anc scripturam donacionis nostre donamus uobis ipsas terras,[2] et ipsas uineas, et ipsos linares, et ipsa chasa,[3] ut teneat de uita sua sine blandimento de filiis et de filias aut de nulo homine uel de femina. Et de post suum hobitum teneat ipsos filios qui de me habuit. Et est manifestum.

Facta ista charta[4] VIII kalendas hetuber[5] anno ab incarnacione Domni MºCºXLº II.

Sic+num Girberga, qui ista carta mandauimus[6] scribere et testes firmare. Sic+num Bernard. Sic+num Gilelm Pere. Sic+num Bonet.

Poncius, sacer, die et + ano quod supra.

1. mere. 2. teras. 3. chasas. 4. *La primera* a *escrita sobre la* h. 5. *Tota la paraula està escrita a sobre d'una obliteració i, a la vegada,* tu *està corregit per segon cop.* 6. mannauimus.

290

1143, setembre, 4

Malpel i la seva dona, Guinta, venen a Guarner i a la seva dona, Romana, al fill d'ambdós, Guillem, i a la dona d'aquest últim,

FUNDACIÓ

Arsén, un llinar a Àger, a l'indret anomenat Cacavel, pel preu de deu sous.

A. APA, Car. 273.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Malpel, et uxor mea, Guinta, uobis emptoribus nostris, Guarner, et coniux tua, Romana, et filio uestro, Guilelm, et coniux eius, Arsen. Per hanc scripturam uindicionis[1] nostre uindimus uobis uno linar,[2] qui est in termino de Ager ubi dicitur a Cacauel. Aduenit nobis de parentorum uel de omnesque uoces. Affrontat ab oriente in linar de Arnal Guerreta, de occiduo in linar Bernad Arnal, de meridie in linar Arnal Pere, ab aquilone in linar Pere Bernad. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus uobis cum exiis uel regressiis et eorum pertinenciis ad uestrum proprium alodium in precio placibile X^{cem} solidos in diners. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut ullus omo uel femina, qui hanc cartam disrumpere uoluerit, non possit facere, set in duplo componat aut componamus.

Que est acta pridie nonas setember anno ab incarnacione Domni post millessimum centesimo XL° III°.

Sign+um Malpel et uxor eius, Guinta, qui ista carta mandauimus scribere et testes firmarique rogauimus. Sign+um Bernad, filio Malpel. Sign+um Iulian. Sign+um Marti Arrapa. Sign+um Bonet, gener Arpi.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *Darrere obliterat* maeae. 2. *Signe d'abreviació innecessari.*

FUNDACIÓ NAVARRA

291

1144, març, 15

Guitard, la seva dona, Sança, i els seus fills, Salvador i Pere, venen a Maria, al seu fill Pere Amat, a Ponç i a la seva dona, Sança, quatre terres a Artesa pel preu de vuit sous.

A. APA, Car. 1442.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In nomine Domni. Ego, Guitardus, et uxor mea, Sancia, et filios nostros, Saluator et Petrus, nos simul in unum uinditores

sumus uobis, Maria et Petrus Amati, filio suo, et Poncius et coniux sua, Sancia, aemtores. Per hanc scriptura uindicionis[1] nostre uindimus uobis IIII^or.^ sortes de terra. Et aduenit nobis hec omnia per genitorum nostrorum uel per qualique uoces. Et est hec omnia infra aiacenciis castrum Artesa, in locum que uocant ad ipsas Ruuinades. Et abet affrontaciones ipsa i sorte de I parte in ipso sanilo, de alia in terra de Petrus Miro, de III in alaude de homines de Monte Cenis, de IIII uero part in alaude de Arnallus Guitardi qui fuit. Et ipsa alia sorte afrontat de I part in alaude de Maria, de alia in Pere Mir, de III in ipsos alieros. Et ipsa alia sorte afrontat de I part in terra qui fuit de Poncius Miro, de alia in Maria, de III in alaude de homines de Montcenis. Et ipsa alia sorte afrontat de i part in terra de Maria, de alia in Pere Mir, de III in terra de Guillelm Arnall, de IIII^a^ in alaude de homines de Mont Cenis. Quantum inter istas totas affrontaciones supranominatas includunt uel isti termini continent, sic uindimus uobis hec omnia suprascripta, totum ab integrum, cum exiis et regressiis earum, et de nostro iure[2] in uestro tradimus dominio uel potestate pro nostra bona uoluntate ad uestrum proprium alaudium; et recepimus de uobis in precio placibile sollidos VIII in denarios bonos. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut ullusque homo uel femina, homines uel femine, qui contra hanc ista karta uenerit aut uenerimus pro inrumpendum, nil ualeat, set componat aut componamus uobis in duplo cum sua melioracione; et in antea ista karta firma sit modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Actum est hoc XVIIII kalendas aprili anno VI regnante Laudouico rege iuniore.

Sig+num Guitardus. Sig+num Sancia. Sig+num Saluatore. Sig+num Petrus. Nos qui ista karta rogauimus scribere et firmamus et testes firmare fecimus. Sig+num Reimundus Mironi. Sig+num Guillelmus Remundi. Sig+num Arnallus Bernardi.

Et conuenimus nos, uinditores, ad uos, emptores, que ipsum censum qui exiit de isto alude suprascripto, que nos faciamus usque in fine seculorum.

Reimundus, sacer, rogatus scripsit et sub+ die et anno quod supra.

1. uidicionis. 2. iuro.

FUNDACIÓ NOGUERA

292

1145, juliol, 14

Pere Exabel atorga testament. Nomena marmessors la seva dona, Senyor, els seus fills Bernat Pere i Ramon.

A. APA, Car. 2072.
B. Cartulari, doc. 393, f. 183v-184r.
C. *Resumen*, doc. 204.

Sub Trinitatis nomine sacro et eius gratia. Ego, Petrus Exabellus, agnosco magna beneficia quod in hoc seculo me contulit Domnus, ne quod absit impediente subitanea morte, uolo ad proteccionem deducere qualiter res maeae distribuatur post mortem meam, si ante discessero[1] ab hoc seculo quam alium testamentum faciam; sicut subterius a me ordinatum erit, ita adimpleant mei distributores. Manumissores mearum rerum istos iubeo aessae: mulier mea cum filiis meis, scilicet Bernardus Petrus atque Raimundus, frater eius. Habeant licenciam ordinare sicut erit subscriptum a me

In primis dimito sancto Petro XXX solidos in mobile et unum receptum cum corpus defuncti; dimito per missas alios XXX solidos aut in qua re[2] melius uidetur. Dimito filio meo, Arnallo Petro, una terra in Valle Salice omnes meos directos. Dimito namque omnes oliuarios, quos habemus ad Sancta Eugenia, atque ad Arros, et ad Mannugera, et ad Mocons, inter Bernardo et Arnallo atque Raimundo.

Dimito Raimundo ipsa terra de riuo de Spluga, que fuit de Calamanc, cum ipsos oliuarios; et uno oliuario in choma de Saxo, qui fuit de Gazalo.

Dimito ad Ermesen de Benauarre ipsos oliuarios quos habemus in orto de Podio.

Item dimito Raimundo unam uineam in Sallentem, que fuit de Arnall Ihouan; et ipsa terra ad Sancta Cruce super torchularios, que fuit redempta propter captiuos; et ipsa terra de Tiurizela, que fuit dotem matrem suam.

Iterum dimito Arnallo Petro ipsa terra de Cortinas, que fuit de patrimonio, prope terra sancto Vincentio;[3] et in super una tona et una tina.[4]

Relinquo inter Bernardo et Raimundo ipsa terra de Fonte Podio.

Et iterum dimito Bernardo atque Raimundo ipsas mansiones, quas sunt intus porta, per medietatem, exceptas ipsas mansiones que fuerunt de Guillelm Exabel.

FUNDACIÓ NOGUERA

Dimito omnes meas compras siue plantas uel pignoras, terris et uineis, linares, mansiones inter Bernardo atque Raimundo, exceptas ipsas quas superius sunt datas Arnallo et Bernardo atque Raimundo.

Item dimito Raimundo ipso linare, qui est in de la Parte, prope ipso de Arnall Guillelm.

Et omne quod habemus in Nozed cum ipsa era que est ad fonte, et ipso torchulario quid est ad Sancta Cruce, dimito inter Bernardo et Raimundo.

Alios alaudios, qui remanent de patrimonio siue de auiatico, diuidantur equaliter fratres et sorores, excepta Orracha qui iam habet suam porcionem.

Et illa carta et ipsa donacione, que ego, Petrus Exabellus, dedi filio meo Bernardo, feci[5] in tali conueniencia ut, si fratres aut sorores querelabant eam donacionem aut tollebant, fratres et sorores qui tenuerint meum auiaticum aut patrimonium, predicti fratres donent ad supradicto Bernardo terciam partem et quintam, sicut Lex Gotorum continet,[6] et suam sortem de meis patrimoniis.

Omnia uarcula de mansione, maiora uel minora, et omnia animalia uel pecora, maiora siue minora, remaneat ad domna Senior, uxor mea, et ad filiis eius, Bernardo atque Raimundo, nisi quantum illi uoluerint dare pro anima mea.

Omne hoc, quod superius scriptum est, dimito ad domna Senior, uxor mea, ut sit domna et potentissima[7] ad facere suam uoluntatem, uindere atque donare sine blandimento filii uel filie, ita ut quomodo illa melius ad obitum[8] suum[9] mandare uoluerit.

Dimito sancto Petro per unumquemque annum migeram unam olei propter luminaria, ut donent Arnallo et Bernardo atque Raimundo.

Et hoc totum relinquo in potestate atque in baiulia domnus Poncius, uicecomes, atque Raimundo Berengario et filiis eius. Actum est hoc.

Factum hunc testamentum II idus iulii anno ab incarnacione Domni MºCºXLºV.

Sig+num Petrus Exabellus, qui hunc testamentum iussi scribere et testes firmare rogaui. Sig+num Domna Senior. Sig+num Pere Guillelm. Sig+num Berenger Gillelm. Isti sunt rogati et manumissores laudati cum uxore mea et filiis meis superius scripti. Sig+num Gillelmus, iudex. Sign+um Ramon Berenger. Sign+um Guillelmi Ramon.

Guillelmus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo supra et hoc signum + fecit.

1. discessro. 2. rre. 3. Vincentlo. 4. *La* i *escrita sobre una* o. 5. faci? *Hi ha un esborrall.* 6. *L.I.P. IV,2.* 7. potetissima. 8. iobitum. 9. ad iobitum suum *escrit a sobre.*

293

1145, juliol, 25

Beatriu, filla de Roland Marquès, atorga testament. Deixa una vinya a Sant Pere ¿d'Àger? La resta la cedeix al seu marit, Reginald.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 637, Car. 2057.
B. Cartulari, doc. 38, f. 25r-v.
C. *Resumen*, ap., doc. 29.

In Christi nomine. Ego, Beatriz, filia Rollandi Marches, qui iaceo in magna egritudine et sum in mea memoria plena, timeo ne michi ueniat repentina mors et desidero peruenire ad gaudia paradisi. Volo et mando ut, si mors michi aduenit in ista egritudine aut antequam alium testamentum faciam, ita res maeae distribute sint sicut in hac pagina ordinare iussero.

In primis domno Deo et sancto Petro pro redempcione animae maeae et parentorum meorum dimito ipsa uinea, que est ad sanctam Mariam, totam ab integrum cum suis directis.

Et alium meum alaudem dimito uiro meo, Reginaldo, ad facere suam uoluntatem dandi atque uendendi; si uendiderit, querat abbatem sancti Petri et uendat ei; et, si noluerit, uendat Petro Bertrando; et, si ipse noluerit, cui Reginaldo uoluerit dare uel uendere. Et hoc totum dimito ei ad proprium alodium.[1]

Et, si quis aliquis expartificare uoluerit, iram Dei inueniat, et cum Iudas Scharioht[2] porcionem accipiat, et peccatum anime maeae illius sit obligatum, et sit Deus inter me et uos.

Que est factum VIII kalendas augusti anno ab incarnacione Domni CXLV[3]

Sig+num Beatric, qui hunc testamentum rogaui scribere et testes firmare. Sig+num Raimundus Oliuarius. Sig+num Arnallus Girberti. Sig+num Bonet.

Bernardus, diachonus,[4] rogatus scripssit sub + die et anno quo supra.

1. aulodium. 2. *La primera* h *escrita a sobre.* 3. *Cal observar que a la data hi manca* millessimo. 4. h *escrita a sobre.*

FUNDACIÓ NOGUERA

294

1146, desembre, 31

[A?] Car 1995.
B. *Compendi*, doc. 1995.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Venda feta per Ramon i Ermessèn, sa muller, a favor de Gilabert i Rosa, la seva dona, d'una peça de terra al terme d'Àger, a Mora, pel preu de dotze diners.

Feta â 2 delas Kalendas de Janer de 1146

En poder de Guillem Prebere.

295

1147, gener, 25

R. Amat i Maria donen a Pere Amat i a la seva dona, Ermessèn, tots els seus béns, sub modo *que els serveixin com a bons fills i amb reserva d'un quart d'aquests béns per a les seves ànimes.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 250, Car. 619.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, R. Amat et Maria, donatores sumus uobis, Pere Amad et coniux[1] tua, Ermesen. Per hanc scripturam donacionis nostre donamus uobis omnia nostra que hodie habemus uel habuerimus, mobile uel imobile, cultum uel eremum, cum omnis suis[2] pertinenciis ab integrum ad uestrum proprium alaudem,[3] et ad facere uestram uoluntatem in tali conuentu, ut[4] teneatis nobis et seruiatis, quomodo[5] debent bonos filios facere patre uel matre, in uita nostra secundum uestram posesionem. Et retinemus[6] ad obitum nostrum dare pro animas nostras quartam partem de pane et uino et de bestias. Et est manifestum. Quod, si nos, donatores, aud homo uel femina, qui ista donacione disrrumpere uoluerid, in duplo uobis componad cum omnia sua melioracione, et non sid disrrupta.

Est facta VIII kalendas freboarii anno CºLºVIº post millesimum ab inkarnacione Domni.

Sign+um R. Amad. Sign+um Maria. Qui ista karta mandauimus scribere et firmamus firmarique rogauimus.[6] Sign+um Pebrada. Sign+um Pere Pebrada. Sign+um Berenger Guilelm. Sign+um Ramon[6] Exabel.

Guilelmus, presbiter, rogatus[6] scripsit sub die et anno quod + supra.

1. x *escrita a sobre.* 2. *ssuis.* 3. *Damunt de la* u *hi ha un signe d'abreviació innecessari.* 4. ud. 5. qomodo. 6. rr...

296

[*circa* 1147]

Pere Arnau fa relació dels torts que li ha inferit Arnau Arnau.

B. BC, perg. 4041, Car. 2451.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Ranchuras que abet Pere Arnal de Arnal Arnal:

Que caualga Arnal Arnal super suo senior cum suos homines.

Alia que uenit[1] Arnal Ramon de Arancis in credenca de Arnal Arnal et embla ad pater meus suo auere.

Alia: que uenit comite in Conchas et fecit pregera de auere, et Arnal Arnal fecit baiul et tollit suo auere ad meos omines.

Alia: que Arnal Arnal feri uno meo eschuder.

Alia: que Arnal Arnal ere meo omine, et ille fecit mihi dare medietate de una kaualeria et uno omine ad Berenger de Aracis per forza siue ingrad.

Alia: que Arnal Arnal ere meo ominem[2] que ille et mulier sua et suos omines trobarent asolament de meo corpore et perdida de mea onore et de meo auere.

Alia de Arnal Arnal: que Arnal Ramon de Arancis ere meo inimicus et el cholil iniuste mea onore ad mea forca.

Alia de meos placitos et de meos lexiuos que abet emblados.

Alia de una mea fracheza que pres meo omine et uincla in ipso kastello, prenom Pere Borel.

Alia de meas iusticias que non uoluit[3] facere infra meos omines, et uenit mihi malum.

Alia de opera de isto kastro uel de ipsa guarda que debet fecit facere, et non fecit.

Alia que abet facta condrezim? in suo kastro ille et suos omines contra meo kastro.

FUNDACIÓ NOGUERA

Alia de ipsas talas que abet factas ille et suos omines de ortos, de mesias et uineas qui bene ualet mille modios.

Alia: que abet mihi et mulier mea blastenados et desonrados ille et mulier sua et suos omines.

Alia; que paraula cum Ramon Guillelm perdida de mea onore.

Alia: que uadit perdere meos feuos et meos alaudes et meos omines, et non adiuuabit mihi.

Alia: de mea deuesa que chaça mochonilos ad mea forca.

Alia: de ipso chastla de ipso solo que abet pres ad forca de meo senior et de me.

Alia: que ille et suos omines ferirent meos omines de Conchas.

Alia: de mulier sua que fecit [...]la[4] quis erat in mea guarda, et fecit tollere de sua lengua.

Alia: de una mea ortolana, que fecit mihi ferire et macare in meo alaude.

Alia: que paraula Arnal Arnal cum Ramon Guillem que pres in [...][4] Ramon Guillelm et Guillelm Ramon.

Et fecit alia que uendit suos kaualls et suos mulos ad ipso comite.

Alia: de ipsos terminos de Conchas, que tollent meos uicinos et non defendit.

Alia; que caualga super Berenger Arnal de Salent.

Alia: que mulier sua desonrabit mater mea in [...][4] meo kastro.

1. *Hi ha dues lletres obliterades enmig de la paraula.* 2. omiminem. 3. i *escrita a sobre.* 4. *El text és borrós en conjunt. La tinta està esvanida. Es tracta d'un palimpsest.*

297

1147, febrer, 10

Gerreta constitueix el dot a favor de la seva promesa Adalais per valor de la desena part de tots els seus béns segons prescriu la Lex Gothorum.[a]

A. BC, perg. 4020, Car. 2399.
B. Cartulari, doc. 92, f. 53v-54r.

FUNDACIÓ NOGUERA

C. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Hic est libellum dotis uel donacionis quod da uir honestus, nomine Gerreta, in manu sponsa uel uxori sue, nomine Adaled. Mox futurorum coniugi diuina est Dei prouidencia, qualiter Deus et domnus noster Ihesus Christus cuncta re[1] generaliter ordinare[2] disposuid. Idcircho, amatisima sponsa uel uxori mee, dono tibi in tua dote pro decimum quod tibi dare debeo, sic dono in Ager uel in suis terminibus: in primis totos meos directos de ipsas kasas de Belforad, et uno barril, et una terra ad Boltorera; afronta de duas partes in terras de Bernard Malet, de alia in terra de Ramon[1] Oliuer, de quarta Arnal Arnal. Et una uinea ad Sallente; affronta de una parte in unea Ramon[2] Amad, de alia in uinea de Guarner, de tercia in uinea de Arnal Roman,[1] de quarta in uinea de Arnal Pere.[3] Et alia uinea, que est ad Radiger;[1] afronta de una parte in uinea Pere de Mulnar qui iam fuid, de alia in uinea de Ramon[1] Pepin, de tercia in uinea de Ramon[1] de Latorre, de quarta in terra[4] de Iulian. Et uno linar ad Regula,[1] ad ipsa trilla; affronta de una parte in torrente, de alia in zequia, de tercia in linar de Arnal Mir, de qarta in linar de Adaled. Quantum inter iste suprascripte afrontaciones includunt, sic dono tibi omnia suprascripta cum suis arboribus et cum omnis suis pertinenciis ab integrum, ad tuum proprium alaudem pro mea bona uoluntate. Et est manifestum. Quod, si ego, donatore, aud homo uel femina, qui ista karta dotis inquietare uoluerid, in duplo tibi componad cum omnia sua melioracione, et non sit disrupta.

Est facta IIII idus freboarii anno CºXLºVIº post millesimum ab inkarnacione Domni.

Sign+um Ego, Gerreta, qui ista dote mandaui scribere et firmare. Sign+um Rramon Mir. Sign+um Bonet. Sign+um Pere Gito.

Guilelmus, presbiter, rogatus[1] scripsid cum literis rasis[1] et emendatis in regula septima sub die et anno quod + supra.

a. *LIP, III, I, 5.*

1. rr... 2. hordinare. 3. Arnal Pere *escrit sobre un text raspat, al qual fa referència el rogatari a la subscripció.* 4. tera.

FUNDACIÓ NOGUERA

298

1149, febrer, 8

Arnau, abat de Sant Pere d'Àger, cedeix a Bernat Escolà una terra en cens a Camporrells, sub modo *que li entregui un quart dels fruits procedents de la zona de regadiu i un terç dels procedents de les terres de secà.*

A. APA, Car. 590.
B. *Resumen*, doc. 205.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod Arnallus, Dei gratia Aggerensis ecclesie abbas, cum omni conuentu eiusdem ecclesie secundum uoluntatem suam atque tocius conuenti dedit Bernardo Escholano de Camporrels omnique sue posteritati diuisionem quam feci cum Gerallo, uicecomite, in Champorels illam uero partem que est sancti Petri. Dedit Bernardo predicto omnique posteritati sue omni tempore, nisi facerent tale fortfactum, quod non possent emendare, abbati atque chanonicis illius loci. Et hoc tali pacto dedit illis, ut de so rreg donent terciam partem domui sancti Petri, et quartum de sechano. Et est manifestum. Quod si nos, donatores, aut ullus homo uel feminam aut uili personam, qui hanc cartam inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componant; et in antea ista carta firma et stabile maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta ista carta donacionis VI idus freboarii anno ab incarnacione Domni M°C° XL°VIII°.

Sign+um Arnalli, abbatis, qui fecit hanc cartam donacionis Bernardo predicti atque Petro Guillelmi omnique posteritati illorum. Sign+um Guilelmi Raimundi, priori. Sign+um Petri Raimundi, Mommagastrensis prioris. Sign+um Raimundi Arnalli, priori Balagarii. Sign+um Helie. Clerici ipsius loci. Si

Raimundus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno + quod supra.

299

1149, juliol, 1

Arnau atorga testament. Nomena marmessors la seva dona Adalen, Pere Oliver, el seu gendre Bernat i Pere Segon.

FUNDACIÓ SALLENT

A. BC, perg. 4103, Car. 564.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Dei eterni miseratoris et pii. Ego, Arnallus, iaceo in lectulo meo in egritudine, adhuc loquela plena et memoria integra, sic cogito in cor meum et per elemosina aut per aliqua bona opera possem anima mea creatori meo reddere, et propter hoc rogo testamentum meum scribere, ut, si mors mee aduenerit in isto anno aut aliis annis aduenientibus antequam alium testamentum faciam, licenciam habeant manumissores mei omnem meum auere mobile que abeo cum muliere mea, Adalen, distribuere et dare pro anima mea, sicut illis hic inuincxero. Isti sunt manimissores mei, id est Adalen, uxore mea, et Petrus Oliuer, et suo genere, Bernardus, et Petrus Secundi. Quomodo hic uident scriptum, sic donent pro anima mea.

In primis siant soluti nostri debiti in simul, et remaneat in ipsa mansione mea parte de ipsa uascule maiora uel minora, et postea aprehendant manumissores mei ipsam meam partem de meo mobile de pane et uino, et de oues et capras et porcos, et faciant inde tres partes: I partem dimitto ad filio meo, Yohan, et ad filias meas, Maria et Sancia, et ad uxore mea, Adalen, et II partes pro anima mea.

Et dimitto ad sancti Michaelis pro redemptione anime mee et ad suos clericos illorum usaticos; alium meum mobile, qui remanet de mea parte, donent manumissores mei in quale mercede melius extimare potuerint. Et ad Bernardum, scriptorem, solido I.

Et dimitto ad sancte Marie de Campo de Radio mea parte de I oliuario ad ipsa Mata, subtus ipsas kasas.

Et dimitto ad sancti Michaelis ipsa sorte de terra super ipso orto qui fuit de uicecomite, unde mihi clamorem faciebant clerici sancti Michaelis, quomodo dimisit uicecomite ad sancti Michaelis in carta et in suo testamento per ipsa uinea de Gentil quod ego teneo.

Et dimitto ad muliere mea, Adalen, totos ipsos alaudios que abeo per uicecomite et per Guillelm Bernard de Vallebrera, quomodo resonat in carta quam mihi fecit in uita sua. Post suum obitum dimito ad filium meum, Yohan, et Maria, et Sancia; et, si uoluit meliorare muliere mea I de filiis suis, cui illa se uoluerit, licenciam abeat. Et est manifestum.

Factum istum testamentum kalendas iulii anno XI regnante Leudouico rege iunioris.

FUNDACIÓ NOGUERA

Sig+num Arnallus, qui istum testamentum rogaui scribere et testes firmare feci, et cum manu mea firmaui. Sig+num Adalen. Sig+numPetrus Oliuer. Sig+num Bernardus. Sig+num Petrus Secundi.

Bernardus, sacer, rogatus scripsit et + die et anno quo supra.

300

1150, juny, 12

Company i la seva muller, Jordana, d'una banda, i Ramon, de l'altra, permuten diversos béns. Els primers donen al segon unes mansions *i dues terres a Agulló, sengles vinyes a Llobet i Nocet, un llinar a Santa Maria i un hort a Cananill. Ramon dóna al matrimoni Company-Jordana tot el seu alou d'Àger. Igualment es compromet a lliurar* post obitum *al fill que Company designi la meitat d'una vinya a Nocet.*

A. ACL, fons d'Àger, doc.741, Car. 2421.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Compannon, et coniux mea, Iordana, donatores sumus tibi, Ramon.[1] Per hnc [scri]pturam[2] donacionis nostre donamus tibi unas mansiones et duas terras ad prad de Agulon, et duas uineas; una, qui est ad coma de Lobet, et alia a Nozet.[3] Et uno linar ad Sancta Maria. Et uno ort ad Chananil cum suis arboribus. Omnia suprascripta est in terminibus de Aier. Aduenid nobis[3] de parentorum uel de omnesque uoces. Sic donamus tibi cum earum pertinenciis et arboribus qui ibidem sunt, francum et liberum et ingenuum ad te et omnes cui uolueris donare uel dubitare, ad tuum proprium alaudem et ad facere totam tuam uoluntatem. Ego, Ramon,[1] dimito ad te, Compannon, tot alium[4] alaudem et omnia que habes,[5] qui fuid de meo patrimonio[6] in Aier uel in suis terminibus, ad facere tuam uoluntatem. Post obitum meum, si mihi non fuerid necesitas, remanead[1] cui uoluero ego dubitare de filiis uel filias de Compannon, medietate de ipsa uinea de Nozet.

Est facta IIe idus iunii anno ab inkarnacione Domni millesimo C^{o}L^{o} ab inkarnacione Domni.

Sign+um Ego, Compannon. Sig+um Iordana. Qui ista karta donacionis mandauimus scribere et firmamus firmarique rogauimus.[1] Sign+um Bernard de Mirauet. Sign+um Berenger de Montlor.

Sign+um Pere Puculul. Sign+um Giton. Sig+num Ramon, qui hoc laudo et affirmo.

Gilelmus, presbiter, rogatus[1] scripsid cum literis suprapositis in linea VII sub die et anno quod + prefixo.

1. rr... 2. *A causa d'una arruga del pergamí.* 3. nn... 4. alium *escrit a sobre. A això fa referència el rogatari a la subscripció.* 5. que habes *íd. anterior.* 6. patrimonionio.

301

1150, novembre, 2

Pere Bertran, pensant a anar a lluitar a l'Espanya musulmana, atorga el present testament. Nomena marmessors Ramon Berenguer, Ramon Pere de Sant Just i Ramon de Clarmont.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 598, Car. 1720.
B. Cartulari, doc. 66, f. 41r-v.
C. *Resumen*, doc. 206.

In Christi nomine. Ego, Petrus Bertrandi, uolo pergere in Ispaniam ad onorem Dei et sancte Marie, uirginis, et hoc uolo facere ad damnum paganorum et honorem christianorum. Volo et mando ut, si mors michi aduenit in isto itinere antequam aliud testamentum faciam, ita res mee distribute sint, sicut in ac pagina subterius ordinare iusserit. Ideoque iubeo[1] ut sint[2] manumessores mei Raimundi Berengarii, et Raimundus Petri sancti Iusti, et Ramon[3] de Clarmont. Et abeant potestatem aprehendere mea omnia et facere sicut in ac pagina subterius ordinauerit.

In primis dimito domno Deo et sancto Petro de Ager pro anima mea uno hominem de meo alaudio, nomine Boschet.

Et similiter dimito ad Ospitali Iherusalem hominem quem habeo in Aggerri,[4] cum una terra, quem abeo data plantare in Castellioni.

Et dimitto ipso feuuo, quem ego teneo per Raimundo Petrus, si Deus dederit michi infante, abeat illum sicuti ego abeo uel abere debeo per Raimundo Petrus uel per suos, cui ille uoluerit, et habeat in baillia Bernardo, fratri meo. Et, si minus uenerit de illo, similiter abeat in baillia Bertrando, fratri meo, usque meo infante possit tenere ipso feuuo de Agger cum omne quem pertinent ad illum feuum. Et, si minus uenerit de meo infante, remaneat ipso feuuo[5] suprascripto Bernardo, fratri meo. Et, si minus uenerit de Bernardo, abeat Bertrando.

Et abeat Bernardo inter Petra et Mont Dessor quale ille uoluerit, et alio abeat Bertrando.

Et Domna, mulier mea, sit poderosa quantum uoluerit stare in ipsa domo uel in ipsa honore. Et, si noluit illa stare in ipsa domo uel in ipsa honore, abeat illa dote quem ego feci ei, et possideat et teneat in uita sua, et postea remaneat ad infantem qui de me et illa erit, si Deus dederit nobis. Sin autem remaneat ad fratres meos, et Domna, mater mea, sit domna et poderosa de feuuo et de alaudio quem ego abeo uel abere debeo in ullusque loci in uita sua.

Adhuc dimitto pro animam meam et pater meus, Bertrandus, et mater mea et Rollandus[6] Marches et sua mulier in manu mei manumessores uel mei seniores, qui sunt suprascriptos, ut ad fratres meos et ad mater mea et eos, qui tenuerint hoc suprascriptum de meum honorem, uos, mei seniores, faciatis eos tenere uno presuitero, qui cantet missas usque ad quinque annos completos in ecclesia sancti Petri. Et, si uos, manumissores mei, non feceritis illo clerico tenere V annos ad eos qui tenebunt honorem meum, et illos nolunt eum tenere per mandamentum meum, dimitto meam partem de uinea de Verbel ad sanctum Petrum, ut abbatem ipsius loci uel aliorum clericorum teneant illo clerico donec annorum[7] quinque adimpleantur, et abeat sancto Petro uel suus abbas et cannonicis ibidem ecclesie illa uinea usque in perpetuum ipsam terciam partem, quem ego ibi abeo.

Et dimitto de totis rebus, qui exibunt de nostram laboracionem de pane et uino, meam partem dimitto in manu mei distributores, ut dent per missas pro anima mea uel parentum meorum.

Et precor uobis, manumessores mei, pro amore Dei et per beatissimam matrem eius ut, quomodo superius scriptum est, ita faciatis adimplere, et sit Deus inter me et uos.

Et dimitto mea mulier et mater mea et fratres meos et, si abuerit infante, ipsum cum honore mea in baiulia de comitem nostrum, Poncium, atque Gerallo, filio suo, et Raimundo Berengario cum aliis mei manumessores.

Sig+num Ego, Pere Bertrando, qui hoc testamentum iussi scribere et testes firmare firmarique rogaui. Sig+num Bernardo, fratri meo. Sig+num Domna, mulier mea. Sig+num Domna, mater mea. Sig+num Raimundi Berengarii. Sig+num Raimundus Petri. Sig+num Ramon de Clarmont.

Facta ista carta IIII nonas nouembris anno ab incarnacione Domni M°C°L°.

FUNDACIÓ NOGUERA

Et debitos nostros sunt pagads antequam diuidatur nullam rem. Et, si minus uenerit de fratres meos sine infantes de legitimo, remaneat ipsum feuum de Agger cum medietate de totos nostros alaudios et cum Petra et Mont Dessor ad Ramon de Corza et ad suo fratre. Et alia medietas de totos nostros alaudios remaneat sancto Petro in tali pactu, ut omni tempore teneant clerico, qui cantent missas pro animas nostras uel de parentorum nostrorum abbas uel cannonicis ipsius loci.

Raimundus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

1. *Hi ha un esborrall.* 2. ssint. 3. Rramon. 4. *Algerri?* 5. *Hi ha un esborrall.* 6. Rallandus. 7. *La segona* n *afegida a la interlínia.*

302

1150?, desembre, 25

[A?] Car. doc. 474.
B. *Compendi*, doc. 474.
B. *Resumen*, doc. 20.

Eulària muller del q^o^ Abdígam, se offereix a Déu y a St Pere de Ager en mà del Abat Arnal, y demés Clergues, ab tot lo que li pertañía, per deíxa de son marit, en lo castro de Gavassa, y sos termes, y en lo castro de Calasans, en què díu, que té tres salinas y dos heras, y diferentes pesses de terra.

Fet â 8 delas Kalendas de Jané del any 1150.

303

1151, abril, 19

Pere de Tartareu, en cas de premoriència, deixa a Pere d'Aspremont la custòdia del seu fill i dels seus béns fins a la majoria d'edat del fill. A més, Pere de Tartareu i Pere d'Aspremont es nomenen mútuament hereus, a manca de l'existència de legítima descendència.

A. BC, perg. 3999, Car. 2185.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In nomine Domni. Hec est carta conueniencia, que facit Pere de Tartarenz et Pere de Aspremont, que de ista ora in antea que abemus conuenientia in simul. Si minus uenerit de me, Pere de

Tartarenz, dimitto mea honore tota ab integrum, que abeo uel abere debeo. Et aduenit michi de patre meo, Arnal Poncius, et de Poncius Dalmacii, meo auio, in qualitercumque locis abeo uel abere debeo, in marca et in montaga, feuos et aloudes, castros et uilas, et totos dominicos, et cauallarios et omines quis Poncius Dalmacii dimitto ad pater meo, Arnal Ponc, in suum testamentum, que abeas in baiulia usque tantum que meo filio siat tale que poscat retinere, et non faciatis nullum tort. Et, si minus uenerit de illum et non abet infantem de legitimum coniugii, siat tota ab integrum ipsa honore de Pere de Aspremont. Et ego, Pere de Aspremont, si minus uenerit de me et non abeo infantem de legitimum coniugii, similiter dimitto ad te, Pere de Tartarenz, ut filium tuum, tota honore, feu et alode, quam Poncius Dalmacii, meo auio, dimittit ad meo pater, Guilelmus Poncius, in suum testamentum, tota ab integrum. Et est manifestum.

Facta ista carta conuenientia III° X° kalendas mai annis ab incarnacione Domni M° C° quinquagesimo I°.

Sign+um Pere de Tartarenz. Sign+um Pere de Aspremont. Qui ista carta mandauit scribere et testes firmare. Sign+um Andreu. Sign+um Pere Arnal. Sign+um Arnal Bernard. Hec sunt testes uisores et auditores.

Bonetus, presbiter, rogatus scripsit + sub die et anno quod supra.

304

1151, maig, 28

Arnau, abat de Sant Pere d'Àger, juntament amb el Capítol de la mateixa església, entrega en cens a Pere, fill de Pere Joan, uns horts a Balaguer.

B. APA, Car. 716. Còpia coetània.
C. APA, Car. 707. Còpia notarial de 9 de setembre de 1234.
D. *Resumen*, doc. 210.

Notum sit omnibus ominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Arnallus abbas, cum conuentu sancti Petri donatores sumus tibi, Pere, filio Petro Iohanni, et uxor tua, Maria. Per hanc scripturam donacionis nostre damus uobis ipsas sortes quas abemus in orta Balagarii in Martin totis ab integro, quantum abemus de Segre usque in zeequia. Abet afrontationes: de una parte de

Berengario de Torroia, de alia in Pere Ramon qui iam fuit. Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic damus uobis cum exiis uel regressis et suis pertinenciis ab omni integritate ad uestrum proprium alaudium in tali uero conuentu, ut non diuidatis inter filios neque inter filias, set filium aut filiam eligatis unum qui teneat ipso alaudio. [1]Et [qui] ipsum alaudium suprascriptum tenuerit non diuidatur, set omni tempore abeat et possideat unum post unum[1.] Et Petro, yam dicto, et mulier sua et filium uel filiam qui tenuerit ipso alaudio faciat censum per unumquemque annum uno kafiz frumento, et alium de ordeo, et alium de auena aut de milio. Et qui tenuerit predicto alaudio non eligat alium seniorem neque alium patronem nisi abbas Agerensis ecclesie uel cannonicis ipsius loci, et teneat et abeat ad suum seruicium et ad suam fidelitatem omni tempore illum qui hoc alaudium tenebit ad abbatem uel ad suis cannonicis.

Facta ista carta V kalendas iunii anno ab incarnacione Domni MºCºLI º.

Sig+num Ego, Arnallus abbas, qui hanc cartam rogaui scribere et testes firmare firmarique rogaui. Sig+num Guillelmus, prior. Sig+num Raimundi Arnaldi. Sig+num Bernardus, prepositus. Sig+num Petro sancti Iusti.Sig+num Elias, magistro. Sig+num Raimundus Amatus.

Tomas. sacerdos, rogatus sub iussione A[arnalli], Aggerensis abbatis, translatum hoc scripsit et hoc signum + fecit.

3. *El text assenyalat en aquesta nota apareix a peu de pàgina a B, entre les signatures dels testimonis i la del rogatari, sense fer cap esment del lloc que ha d'ocupar al text. No surt a C; de totes maneres, es tracta d'una fórmula que es presenta en tots els contractes de cens i que als documents posteriors al segle següent rebran el nom clàssic d'emfiteusi.*

305

1151, agost, 20

Duran Arnau, arxidiaca d'Urgell i capellà de Santa Maria d'Artesa, cedeix l'usdefruit d'aquesta darrera església a Ponç.

B. APA, Car. 118. Còpia del segle XII ex.
C. *Resumen*, doc. 211.

Anno ab incarnacione Domni MºCºLºIº, XIII kalendas septembris.

FUNDACIÓ NOGUERA

Ego, Duranus Arnallus, archidiachonus sancte Marie sedis Vrgellensis et capellanus sancte Marie Artese, donator sum tibi, Poncio, ipsa canonica sancte Marie Artese que ego abeo et teneo, ut sias prepositus et senior subtus me de ipsa honore que hodie abet et in antea Deus dederit, sine ipsa que ego retineo ad meo dominico per capellania, scilicet Totela cum Salent cum suis terminis. De omni re que inde exierit que a sancte Merie pertinet et in antea, cum uineis que Arnallus Mironis tenet, et cum Arnallo de Rialb et sua clericia que ille tenet, et aliis clericis que ibidem sunt uel erunt, ut siant de Poncio, salua mea fidelitate. Et hoc dono in tali conuentu, ut sias meo dominico contra cunctos homines, et non heligas de hac honore alium seniore nisi me sine meo consilio. Et ego, Arnallus, si uoluerit relinquere ipsa honore de sancta Maria de Artesa, ut dono a te et laudo et non posum dare ad alius omo nisi ad te; et tu teneas et abeas et posideas iam dictas honores,[1] et ego adiuuet te a tenere et defendere contra cunctos homines, sicut ego abui et tenui. Et hoc dono fuit factum in presencia de Berengario de Almenara, et de Pere Guillelm, et Mir de Mirambel, et de Ramon Mir de Artesa, et de aliis plures omines.

Sig+ni Arnallus, archidiachonus, qui hoc scriptum uel donum iussi scribere et ad testes firmare rogaui. Sig+ni Arnall de Rialb, sacer. Sig+ni Ramon Ponc, sacer. Sig+ni Guillelm sacer de Agremont. Sig+num Gueral de Artesa. Testes sunt.

Petrus, sacerdos, rogatus scripsit et signum hoc + impresi in die et anno prefixo.

1. honore.



306

1151, octubre, 2

Guerau de Cabrera i la seva dona, Berenguera, donen a Ramon la torre d'Ivars de Noguera amb la meitat del seu alou i la meitat d'uns molins. Guerau es reserva la meitat dels beneficis que aquesta meitat comporti, un cop pagat el moliner; Ramon i aquells als quals deixi aquests béns han de guardar fidelitat i estar al servei de Guerau i dels seus hereus.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1004, Car. 1555.
B. BC, perg. 4187, Car. 2100. Còpia coetània.
C. *Resumen*, doc. 212.

In Christi nomine. Ego, Gerallus de Cabrera uicecomitis, et Berengaria, uicecomitissa, donatores sumus tibi, Raimundo. Per hanc scriptura donacionis nostre damus tibi turrim unam ad Iuarz cum ipso alaudio, qui ibidem est, et cum casas, et ortos et linares, cultum uel eremum, et de ipsas tres fexas, qui sunt superius super ipsas fexas sancti Petri. In antea damus tibi medietatem de totum ab integrum usque ad ipso bracal, qui est inter uos et homines de Pignana, et ascendit de Nogera per ipso bracal, et de ipso bracal ascendit per medium serrad usque in sumitatem montis, et de montis descendit in uallem, et de uallis ascendit per ipsam costam usque in capite, et uadit per ipsa serra qui est super ipsa trila de fonte, quomodo uertit aqua, et de ipsa serra descendit ad illo termino iam dicto prope fexas de uicecomite, et uadit usque in supradicto flumine Nogere. Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, ita damus tibi ut abeas medietatem de rego et secano cum exiis uel regressiis et suis pertinentiis ab omni integritate ad tuum proprium alaudium et facere tuam uolumptatem. Et de nostro iure tradimus in tuam potestatem, ut facias totam tuam uolumptatem. Adhuc damus tibi medietatem de illos molinos, quantos amplius facere potes infra predicto termino, et Guillelmo Berengario alia medietas in tali uero conuentu ut, de quantis facere possitis, nos retenemus ipsa medietate, molinarii pagad, et alia medietas uos abeatis ad proprium alaudium et ad uestram uolumptatem facere. Sicut superius est scriptum, ita damus tibi in tali uero pacto, ut habeas francum et liberum et ingenuum ad nostrum seruicium et ad fidelitatem et ad nostram posteritatem tu et illos cui dimiseris per tuam uolumptatem.

Actum hunc scriptum VI nonas octobris anno ab incarnacione Domni M°C°L°I°.

Sig+num Gerallus de Cabrera, uicecomitis, qui ista carta donacionis mandaui scribere et testes firmarique rogaui. Sig+num Domna Berengera, coniux sua. Sig+num Raimundus Berengarii. Sig+num Berenger de Torroga. Sig+num Raimundi Petri sancti Iusti. Sig+num Raimundi Oliuarii. Sig+num Ponz de Seganta, qui hoc laudo et afirmo. Sig+num Arnallo, fratri suo.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

FUNDACIÓ NOGUERA

307

1152, gener, 1

Bernat Escolta i la seva dona, Ermengarda, venen a Ramon Amat, al seu fill Pere, a Maria, mare de Ramon, i a Ermessenda, esposa de Ramon, una casa a Àger, a la vora de la Portella, pel preu de dos morabatins.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1027, Car. 810.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Bernard Escolta, et uxor mea, Ermengards, uobis emptoribus nostris, Raimundo Amato et Petro, filio suo, et Maria, mater sua, et Ermessenda, uxori sua. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus uobis una casa qui est in uilla de Ager suptus ipsa portella. Affrontat de una parte in Arnall Roma, de alia in Pere Exabel qui iam fuit, de tercia in [...][1]. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus uobis cum exiis uel regressis et suis pertinenciis ab omni integritate ad uestrum proprium alaudium et ad facere uestram uoluntatem. Et uindimus illas eras?,[2] qui sunt in ipsa domo. Hoc totum abeatis, quomodo superius est scriptum uos et uestra posterita cui uolueritis dubitare. Et est manifestum. [Quod, si nos],[1] uinditores, aut ullus omo uel femina, qui hanc cartam inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componant; et ista carta firma et stabile maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta ista carta kalendas Ianuarii anno ab incarnacione Domni MºCºLºIº.

Sig+num Ego, Bernardo. Sig+num Ermengards. [Qui hanc][1] cartam rogauimus scribere et testes firmare firmarique rogauimus. Sign+um Ermessen. Sign+um Bernardo, filio suo. Sig+num Arnall Roma. Sig+num Pere Guilelm de Colobor. Sig+num Ramon [...].[1] Et precio de illa casa est duos morabetinos et cum cias, quomodo est scriptum.

Raimundus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno + quod supra.

1. *L'escriptura està malmesa per la humitat a ambdós laterals.* 2. *Paraula dubtosa.*

FUNDACIÓ NOGUERA

308

1152, setembre, 25

L'abat Arnau juntament amb la resta de membres de la canònica d'Àger cedeixen en cens a Pere Bovet i a la seva dona, Ermengarda, un alou, una terra per edificar i un llinar, béns situats a Os de Balaguer. Els donants es reserven la cinquena part del total, la tercera part del molí i la meitat de les oliveres.

B. ACL, fons d'Àger, doc. 434, Car. 368. Còpia notarial de 20 de febrer de 1276.
C. *Resumen*, doc. 214.

Hoc est translatum bene et fideliter factum X kalendas marcii sub anno domni Mº CCº LXXº Vº de quodam instrumento quod sic abetur:

Sciatur a cunctis hominibus tam presentibus quam futuris quod ego, Arnallus abbas, cum conuentu sancti Petri sum donator tibi, Pere Bouet, et coniux tua, Ermengarts. Per hanc scripturam donacionis nostre damus uobis ipso nostro alaudio, quem habemus in Os uel in suis terminis, similiter cum ipssis[1] mansionibus, quas ibi abemus. Et damus uobis de supradicto alaudio una terra per chasaladge et uno linar. Et prenominatim est ipsa terra ad Malumma?. Afrontad de una parte in Radiger, de altera in terra de Guilelmo Atto, de tercia in torrente. Et ipso linar, qui est ante uilla, abet affrontaciones: de una parte in uinea Ramon Franh et Ponz Franch, de alia in linar de Bernad Pere de Sancta Lezinia, de tercia in linar de Boschet. Hoc autem damus tibi, Petro, et uxori tua totum ab integro ad uestrum proprium alaudium. Et de alterum alaudium prescriptum retinemus quintam partem, et in ipso molino terciam partem, et de oliuariis medietatem de illas que hodie sunt uel in antea erint. Et, si uineam uolueritis plantare uel uolueritis, habeatis eas ab integro, et detis nobis bibere uel hominibus nostris per totum tempus. Et de alias arbores, quas in illo alaudio iam dicto plantaueritis, uos nec uestra posterita habeatis ab integro, et hoc abeatis ad nostrum seruicium. Et, sicut scriptum est superius et dictatum, ita uobis dono ego, Arnaldus, uel canonicis aliis sancti Petri tibi, Petro iam dicto, cum uxore tua, Ermengards, ut habeatis ad uestrum proprium alaudium uos omnisque posteritati uestre, cui uos dimiseritis aut[1] dubitaueritis, sine tantum quod non possitis diuidere inter filios aud filias, set unum eligatis filium aut[2] filiam, qui teneat et habeat et possideat predicta omnia suprascripta, et det nobis directis nostris, quomodo suprascriptum est. Et abhinc habeatis ad seruicium et ad

fidelitatem de abbate sancti Petri uel successore suo uel aliorum cannonnicorum uos et uestros qui post uos uenerint. Et Guilelmo Raimundo sit domno et potentissimo de hoc totum suprasciptum sine blandimento de Petro uel uxori sua de illa uel de alia que unquam habuerit. Et Maienza, mater sua, similiter habeat ipsam donacionem, quomodo Guilelmo Raimundo in uita sua.

Acta ista carta VII kalendas octobris anno ab incarnacione Domni MºCºLIIº.

Sig+num Ego, Arnallus abbas, qui hanc cartam mandaui scribere et testes firmare firmarique rogaui. Sig+num Guillelmo, priori. Sig+num Bernardo, preposito.Sig+num Petro, prior[3] Momagastrensis. Sig+num Raimundo Arnaldo. Sig+num Petro sancti Iusti. Sig+num Guilelmo Raimundo. Isti sunt testes uissores et auditores et donatores cum earum exiis uel regressis et suis pertinenciis de hoc totum, quomodo superius est scriptum. Sig+num Domno Raimundo Berengario. Sig+num Berengarii de Torrota. Sig+num Pere de Clarmont.

Raymundus, leuita, rogatus fuit et scripsit et suum proprium signum + fecit.

Arnaldus dAlos, presbiter, scripsit hoc translatum sub iussione G. de Os, rectoris eiusdem ecclesie, et hoc Sig+num fecit.

Et ego, Guillelmus, capellanus d'Os, qui hoc iusit scribere et meum + hic scripsi.

1. au. 2. ad. 3. prior *escrit a sobre.*

309

[1153],[a] febrer, 9. Roma, Sant Pere

Eugeni III ordena a l'arquebisbe de Tarragona que restitueixi el bisbe d'Urgell en tots els drets que com a sufragani del primer li corresponen; el Papa fa referència a la disputa existent entre el bisbe d'Urgell i l'arquebisbe de Tarragona i que ha finalitzat amb la intervenció del legat pontifici, l'arquebisbe d'Embrun, i la petició personal de perdó al Papa per part del bisbe d'Urgell.

B. BC, perg. 4088, Car. 2113.
C. *Resumen*, doc. 208.
a. KEHR, II, doc. 61, pp. 332-333.

Eug[enius] episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri B. Terrachonensi archiepiscopo, apostolice sedis legato,[1] salutem

et apostolicam benedictionem. Magistra bonorum omnium karitas, que nichil sapit extraneum, nichil asperum, nichil confusum, ita exercet[2] corda atque corrobora,[3] ut nil graue, nil difficile[4] set suaue tantum modo sit et dulce quod agit. Huius itaque cum sit proprium nutrire concordiam, seruare composita, dissociata coniugere, praua dirigere et uirtutes ceteras perfectionis sue munimine solidare: quisquis in eius radice se ingerit,[5] nec a uiriditate deficit nec a fructibus inanescit; quoniam fecunditatis amorem opus efficax[6] non amittit.[7] Ceterum inter te et uenerabilem fratrem nostrum B. Vrgellensem episcopum orta iam diu controuersia huius perfecte uirtutis feruore, sicut rei effectus[8] demonstrat, extinxit. Et quia controuersia ipsa celerem finem non habuit,[9] spiritus utrimque[10] turbati sunt, scandalum creuit et hactenus contra sacerdotalem modestiam perdurauit. Quia uero controuersiam ipsam uenerabilis[11] frater noster G. Ebredunensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus,[12] ex mandato nostro iam Deo gratias terminauit, dignum ualde est, ut, sicut causa ipsa dictante iustitia finem habet, ita commotio et indignatio de corde tuo penitus deleatur et amodo eum tamquam fratrem et cooperatorem tuum in Domino diligas et fraterne pertractes. Nos siquidem ipsum ad apostolice sedis[13] clementiam uenientem in omnibus nobis humiliter obedire paratum, considerato itineris eius labore et humiliationis exhibitione,[14] post increpationis et correctionis asperitatem in plenitudine sui offici[15] de sedis apostolice consueta benignitate restituimus et gratia nostra donatum ad ecclesiam suam duximus remittendum.[16] Cui nimirum in mandatis dedimus, ut tibi sicut prelato et metropolitano suo honorem debitum reuerentiam et obedientiam, quod facere nobis firmiter promisit, humiliter deferat. Per presentia itaque scripta fraternitati tue mandamus, quatenus eum cum[17] osculo pacis tam oris quam cordis fraterne et caritatiue recipias honores diligas et ita[18] sua ei iura ex hoc nunc intemerata conserues, ut denuo aduersum te iustam querelandi occasionem non habeat et nos tibi duriter scribere compellamur.

a. *La data a Kehr. Al* Resumen *hi diu literalment: "Aunque no tiene fecha alguna, sin duda pertenece al año 1151, o a su cincunferencia, atendidas las circunstancias de los hechos de los tres concurrentes Papa, Arzobispo y Obispo, que consta por otros instrumentos a ellos pertenecientes."*

1. s.l. 2. exercee. 3. coroborat. 4. dificile. 5. *inserit* VU. 6. eficax. 7. ammitit. 8. efectus. 9. abuit. 10. utrunque. 11. uenerabili. 12. a.s.l. 13 sede. 14. exibicionem. 15. oficii. 16. remitendum. 17. in. 18. *A continuació i obliterat* ei.

NOGUERA

310

[1153],[a] febrer, 9. Roma, Sant Pere

Eugeni III ordena a l'arquebisbe de Tarragona que corregeixi i esmeni els greuges inferits [per l'arquebisbe] al bisbe d'Urgell, en rebre diversos excomunicats i celebrar en esglésies subjectes a interdicció.

B. BC, perg. 4088, doc. 2, Car. 2113.
C. *Resumen*, doc. 209.
a. KEHR, II, doc. 62, pp. 333-335.

Eug[enius] episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri[1] B. Terraconensi archiepiscopo,[2] apostolice sedis legato,[3] salutem et apostolicam benedictionem. Iusticie ac[4] rationis ordo deposcit, ut aliis inferre minime debeamus, quod nos ab[5] aliis sustinere non uolumus. Veniens ad apostolice sedis clementiam uenerabilis frater noster B. Vrgellensis episcopus, postquam eum suo officio[6] restituimus, nobis familiariter retulit, quod ea que ad ius ipsius[7] spectare noscuntur, eo inconsulto in parrochia eius contra sanctorum patrum statuta iudicas et[8] disponis, quod eius excommunicatos recipis, quod interdictum eius non seruas nec facis ab aliis[9] seruari, quod Guillelmum Egidii, qui cum rebus ecclesie Villemaioris aufugit[10] et ab eo excommunicatus extitit, manuteneas et post nostrarum prohibitionem literarum in ecclesia de Agremonte eum missam feceris per biduum celebrare, quod ecclesiam eius de Coueded absque audientia ei nuper abstuleris, quod Petrum Guillelmi archidiaconum[11] Gerrensem atque Gerrensem abbatem[12] atque Bertrandum[13] de Alantorn, quos propter inobedientiam[14] et excessus suos[15] excommunicationis sententia[16] innodauit, in eius iniuriam manuteneas et defendas. Que omnia si ueritate nituntur, graui correctione digna sunt et a nobis nullatenus tolerari debent. Eapropter per apostolica[17] scripta tibi mandamus, quatenus,[18] si res ita se habet,[19] ita ea que supra diximus per te ipsum fraterna caritate corrigas et emendes, ut denuo ad aures nostras exinde querela peruenire non debeat. Quod si uera non sunt,[20] fraternitatem tuam uolumus precauere,[21] ne aduersus memoratum fratrem aliquid agas, quod sanctis canonibus obuiat,[22] cum ipse iustam contra te occasionem habeat[23] murmurandi. Nichilominus tibi quoque mandamus, quatinus B. Arnalli de Anglerola pro eo quod[24] P. Arnalli presbiterum in captione tenuit, sententia[25] excommunicationis religatum teneas.

Dat.[26] Rome apud sanctum Petrum V idus februarii.

FUNDACIÓ NOGUERA

a. *La data a Kehr. Al* Resumen *hi diu*: *"Ha de corresponder a la circunferencia de el año 1152."*

1. frater. 2. archiepiscopus. 3. a.s.l. 4. hac. 5. ab *manca*. 6. oficio. 7. impius. 8. et *manca*. 9. alio. 10. audfugit. 11. archid. 12. abates. 13. Bertrandus. 14. obedientiam. 15. excessibus suis. 16. sententiam. 17. a *manca*. 18. p.s.t.m.q. 19. abet. 20. uero n.s. 21. precauare. 22. obseruare. 23. abeat. 24. quod *manca*. 25. sententiam. 26. Data.

311

1153, febrer, 27

Guerau, vescomte d'Àger, dóna a l'església de Sant Pere tots els delmes i primícies, censos, usatges i la resta de drets que li pertanyen a la torre de Cogul, al terme d'Àger, procedents d'una anterior donació feta per Arnau Mir a l'avi de Guerau. Aquesta donació és un desgreuge pel fet d'haver usurpat a la mateixa església, juntament amb el seu pare, l'alou de Vilamajor.

B. BC, perg. 4190, Car. 290. Còpia del segle XIII in.
C. *Resumen*, doc. 213.
a. VILLANUEVA, *Viage...*, vol. IX, ap. XXIV, pp. 279 i ss.

[Notum sit omnibus tam prese]ntibus[1] quam futuris, quod ego, Geraldus, uicecomes Ageris, diuina inspiracione compunctus, dono atque difinio mea pura et sincera uoluntate [domno Deo et ecclesie sancti][2] Petri uille mee Ageris totum illum decimarum et primiciarum cum omnibus aliis iuribus, censibus, usaticis et stachamentis ad ipsam turrem siue quadram de Cucul termini Ageris. Que aduenit mihi ex donatione facta auo meo, dompno Pontio Geraldi, per dompnum Arnaldum Mironis tempore conqueste de sarracenis. Ita uidelicet quod diuidatur per hunc modum: uidelicet unam partem pro sacricustodia dictae ecclesie pro una lampade perpetuo illuminanda in capella beate Marie Magdalene, et pro quatuor brandones decentes, qui continue annis singulis ardeant ante monumentum corporis Christi in die Iouis sancta usque posit receptionem eiusdem, ac eciam pro XV brandonillis sufficientes accendendis in facibus uidelicet septimane sancte in matutinis de uespere; et aliam partem ad abbates presentes et futuros dicte ecclesie sancti Petri per aliam lampadem illuminandam perpetuo in capella beate Catherine; et aliam partem pro uno capellano, quem instituo, et successores eius instituendum, qui habeat celebrare pro anima mea et de parentum meorum; reliquam uero partem mihi et ad successores meos tantum modo reseruando. Et hoc propter tortum et magnum dampnum quem feci ecclesie predicte sancti

Petri eo quod consului quod pater meo, dompno Geraldo Poncii uicecomes, quondam reciperet et apropiaret sibi per forzam honorem et alaudium de Villamaiore, que erat ecclesie sancti Petri, et alia plura damnna propter odium et ranchorem que portabat contra abbatem ecclesie predicte et canonicos eius. Id totum donum prescriptum ad modum supra expecificatum dono et trado, et de meo iure in uestro trado dominio et potestati tali uero pactu, ut abbas nec sacricustos, set nec capellanus, presentes et futuros, ullo modo possint dare uel alienare ad dampnum ecclesie. Et est manifestum. Quod, si ego, donator, aut ullus homo uel femina, qui hanc cartam donacionis pro inrumpendum uenerit aut inquietare uoluerit, in duplo uobis componat; et postea iram Dei incurrat et a corpore Christi et a comunione fidelium segregatum inueniat ac cum Datan et Abiron, quos terra uiuos absorbuit, et Iuda traditore in inferno inferiori porcionem accipiat.

Actum est hoc tertio kalendas marcii anno incarnacionis MºCºLºII.

S+num Geraldi, uicecomes, qui hanc cartam donacionis mandaui scribere et testibus firmare iussi. S+num Poncii de Capraria. S+num Bernardi de Camporrells. S+num Poncii de Soler, milites. Hi sunt testes. S+num Raimundi, abbas. S+num Guilielmi Romani, prior. S+num Berengari, prior Momagastrensis. S+num Petri sancti Iusti. S+num Arnalli, sacricustos. S+num Arnalli Bellimontis. S+num Bertrandi Castrensi. S+num Magistri Helie. S+num Poncii, prepositi. Canonici, qui predicta acceptamus cum gratiarum actione et complere promittimus, laudamus atque firmamus. S+num Comes Poncius, qui hoc donum prescriptum laudo atque adfirmo.

Guillermus Brunus, presbiter, rogatus scripsit et hoc + fecit die et anno prefixo.

1. *Pergamí esvorancat al marge superior esquerre.* 2. *Text borrós.*

312

1153, març, 25

Martí Escaravita i la seva dona, Alez, venen a Ramon Galí pel preu de nou sous una terra a Àger, a l'indret anomenat Fecén.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 624, Car. 2440.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Marti Excarauita, et mulier mea, Alez, tibi[1] emtori nostro, Ramon Galim. Per hanc scripturam uin-

dicionis nostre uindimus tibi una terra, qui est in terminibus de Ager, in locum que uocant Fezen. Aduenit nobis de parentorum uel de omnesque uoces. Affrontat de una parte in Pere Puculull, de alia in Arnal Pere, de III in Marti Gitardo qui iam fuit. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus uobis cum exiis et regressiis et pertinenciis suis ad tuum proprium alaudem ad facere tuam uoluntatem propter precio placibile, quod de te accepimus, VIIII solidos. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut ullus homo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, non possit facere sed in duplo tibi componat aut componamus.

Que est actum VIII kalendas aprilis anno CºLºIIIº post millesimum ab incarnacione Domni.

Sign+um Ego, Marti et mea mulier, Alez, qui ista carta mandauimus scribere et testes firmare. Sig+num Bonet, genero de Pere Mir. Sign+um Arnal Comparad. Sign+um Carbonel de Moreta.

Bern[ardus],[2] subdiachonus, qui hoc scripsit sub die et anno + quod supra.

1. tibi *escrit sobre un esborrall.* 2. *Pergamí esvorancat a la part inferior.*

313

1153, març, 30

Dorcas, Maiassén, Bernat Miró i Ermessèn venen a Guillem Çavedrenya i a la seva dona, Estefania, els seus drets als molins existents a Vall-llebrerola, a excepció de la part que els correspongui del delme; el preu és de set sous, a pagar en espècie.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 482, Car. 2437.
B. *Resumen*, ap., doc. 30.

In Dei nomine. Ego, Dorcha, et coniux sua, Maiasen, et Bernardus Mironi, et coniux sua, Ermesen, uinditores sumus uobis ad uos, domnus Guillelmus de Cauedregna, et ad coniux sua, domna Estephania. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus nos uobis totos nostros directos de ipsos molinos, excepta ipsa parte de ipsas decimas,[1] qui iam fuerunt subtus ipso castro de Valebrerola Et aduenit nobis de parentorum aut per ullasque uoces. Et est namque in terminio de castrum Valebrerola. Et abet afrontaciones:[2] de I parte in ipso passo ante ipsos molinos, de alia parte in ipsa serra de ad Cap Oculos, de III in ipso congosto, de IIII uero parte in ipso riuo[3] de Lauancola, qui inde escurrerit. Quan-

tum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus nos uobis totos nostros directos que ibi abemus uel abere debemus de ipsos[4] molinos, qui sunt suprascriptos, cum suis aquis uel aqualis et suis gleuaribus, et petras mobiles uel immobiles, uieductibus uel reductibus, ad uestrum proprium alaudium ad facere uestram uolumptatem ad uos uel ad posteritati uestre post uos per secula cuncta. Et recepimus de uos precio placibile, solidos VII, in res ualente. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut ullus omines uel feminas, qui contra hanc ista karta uindicionis uenerit pro inrumependum, non hoc ualeat uindicare, set componat uobis in duplo cum omni sua inmelioracione; et in antea ista karta uindicionis firma sit modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta ista karta uindicionis III kalendas aprilii anno ab incarnatione Domni MºCºLº IIIº .

Sig+num Dorcha. Sig+num Maiasen. Sig+num Bernardus Mironi. Sig+num Ermesen. Nos, qui ista karta uindicionis mandauimus scribere et ad testes firmare rogauimus. Sig+num Willelmus, sacerdos. Sig+num Petrus Rodlandus. Sig+num Poncius Guitardus. Isti sunt testes.[5] Sig+num Guillem. Sig+num Dolca. Sig+num Berenger.[5]

Arnallus, leuita, qui hoc scripsit die et anno + quo supra.

1. exceptu... decima *escrit a sobre.* 2. i *escrita a sobre.* 3. rr... 4. -os *repetit.* 5. *Les tres darreres signatures estan escrites en columna, amb diferent tinta i al marge dret.*

314

1153, abril, 18

Guillem dóna post obitum *a Sant Pere d'Àger un alou a Àger.*

A. APA, Car. 1583.
B. Cartulari, doc. 230, f. 107v.
C. *Resumen*, doc. 217.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Guillelmus, sum donator domno Deo et sancto Petro de Ager in manu Arnallo, abbate, et aliorum cannonicorum quartam partem de omne alaudio que abeo in Ager uel in suis terminis qui huiusmodo abeo uel habere debeo, excepto ipso quem iam dederam filia mea, Maria, et uiro suo, Petro Arnallo. Et hoc facio in tali uero conuentu, ut totum teneam in uita mea, post obitum[1]

meum accipiat abbate ipsius loci uel aliis suis, cannonicis hoc donum suprascriptum sine ipsa melioracione, quem ego feci scribere Petrus Arnallo et uxor sua, Maria. Et hoc donum suprascriptum facio ut habeat ecclesie sancti Petri post obitum[1] meum cum exiis uel regresis et suis pertinenciis ad integritate ad alaudem ecclesie sancti Petri uel abbate ipsius loci uel aliorum cannonicorum; et in antea ista carta firma et stabile maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta ista carta XIIII kalendas madii anno ab incarnacione Domni MºCºLIIIº.

Sign+um Ego, Guillelmus, qui hanc cartam iussi scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Petro Arnallo. Sign+um Maria, uxor sua. Sign+um Bernardi Exabelli.

Raimundus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

1. hobitum.

315

1153, abril, 20

Ramon Oliver i la seva dona, Berenguera, venen a Bernat una vinya a Àger, a Sallent, pel preu d'onze sous.

B. Cartulari, doc. 310, f. 139r-v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

[I]n[1] Christi nomine. Ego, Ramon Oliuer, et coniux mea, Berenguera, tibi emptori nostro, Bernard. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus tibi una uinea cum suis arboribus et terra in qua est fundata. Est in terminibus de Ager, in uocitato loco ad Sallentes; aduenit nobis de parentorum uel de omnesque uoces. Affronta de una parte in torrente, de alia in uinea de Arnal Lugana, de tercia in uinea de Ramon Auenas, de quarta in uinea de Arnall Roman. Quantum inter istas affrontaciones includunt, sic uindimus tibi ipsa uinea cum suis pertinenciis, quomodo superius scriptum est, ad tuum proprium alaudem, propter precio placibile, quod de __ accepimus, solidos XI. Et est manifestum; quod, si nos, uindiores, aut ullus homo uel femina, qui ista carta uindicionis inquietare uoluerit, non uindicet hoc, set in duplo tibi componat cum sua melioracione, et non sit disrupta.

Est facta XIIº kalendas madii anno Cº Lº IIIº post millesimum ab incarnacione Domni.

Sign+um Ego, Ramon Oliuer. Sign+um Berenguera. Qui ista carta mandauimus scribere et firmare firmarique rogauimus.[2] Sig+num Ramon. Sig+num Berenger. Sign+um Pocho. Sig+num Pebrada. Sign+um Arnal Girbert. Sign+um Arnal Gerreta.

Guillelmus, presbiter, rogatus scripssit sub die et anno quod + supra

1. *Vegeu la introducció.* 2. mus *afegit a la interlínia.*

316

[*circa* 1153], abril, 27

Maria dóna a l'església de Sant Romà d'Estanya el quart dels fruits d'una terra i el terç de les oliveres d'una altra.

B. BC, perg. 4241, doc. 4, Car. 923, Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 160.

In nomine Domni. Ego, Maria, dono ad sancti Romani de medietate de I terra, qui est a Serralada, ipse quarto de ipso espleto qui exierit per secula cuncta; et tercia parte de ipsas oliuas de ipso solano. Sic dono ad sancti Romani de Staga, quia teneant et possideant ipsos espletos clericis qui seruituri erunt ad sancti Romani pro redempcione peccatis meis et de parentibus meis, ut Deus hereditet nobis in paradiso. Actum est hoc.

Facta carta VI kalendas madii.

Sign+um Maria, qui ista carta mandaui scribere et testes firmare. Sign+um Bonet, uiro Marie. Sign+um Ramon Trasuer. Sign+um Miret. Testes sunt.

Petrus, sacer, rogatus scripsit die et anno quo + supra.

317

1153, novembre, 30

Ramon Joan, el seu fill Martí i l'esposa d'aquest, Ermengarda, venen a Bernat Fauleta, pel preu de dos sous i mig, una terra a Àger, a l'indret anomenat Pla de Matas.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 76, Car. 1912.
B. Cartulari, doc. 71, f. 43v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Ramon Iouan, et filio meo, Marti, et coniux eius, Ermengards, tibi emtori nostro, Bernad Fauleta. Per

hanc scripturam uindicionis nostre uindimus tibi una terra qui est in terminibus de Ager, in locum quem uocant Plan de Matas. Aduenit nobis de parentorum uel de omnesque uoces. Affrontat de una parte in uia, de alia in Pere Bernad qui iam fuit, de III in Mir de Besora. Quantum inter istas affrontaciones includunt, quod superius scriptum est, sic uindimus tibi cum exiis uel regressiis et suis pertinenciis ad tuum proprium alaudem, ad facere tuam uoluntatem, propter precio placibile, quod de te accepimus, II^{os}. solidos et mig. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut omo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, non possit facere, set in duplo tibi componat aut componamus.

Que est acta II kalendas december anno C^{o}L^{o}III° post millesimum ab incarnacione Domni.

Sign+um Ego, Ramon Iouan, et filio meo, Marti, et coniux eius, qui hanc cartam mandauimus scribere et testes firmare. Sign+um Calbert Benedet. Sign+um Gilelm Felemir. Sign+um Adria. Sig+num Iouan, filio de Marti.

Bernardus, subdiachonus, scripsit sub die et anno + quod supra.

318

[*Circa* 1150-1153], març, 26

Ramon Berenguer, la seva dona i el seu fill Ramon donen a Arnau Mir i a la seva dona, Ermengarda, la torre de Viladós.

B. Cartulari, doc. 447, f. 220r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Qualiter Raimundus Berengarii dedit Arnaldo Mir et uxori eius, Ermenyarts, turrem de Vilados.

[I]n[1] Christi nomine. Ego, Ramon Berenger, et mulier sua uobis, Arnal Mir et uxor sua, Ermengards ad filio meo, Ramon, donatores sumus uobis ipsa turre de Vilados ab ipsos alodios in kastrum Clarmont. Sic dono in tali conuentu, ut teneatis per medietate uos et ad posterita uestra ego, Ramon Berenger, que mittimus suam partem in ipsos alodios usque infinem seculi. Et est manifestum. Quod, si ego, donator, aut ullusque homo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, in duplo uobis componam, et in antea ista carta firma[2] et stabile permaneat modo uel omnique tempore non sit disrupta.

FUNDACIÓ NOGUERA

Facta ista carta VII° kalendas aprilii

Sig+num Ramon Berenger et mulier sua qui ista carta mandauimus scribere et testes firmare. Signum Ramon Berenger de Torroga et mulier sua. Sig+num Ramon de sancti Laurencii. Sig+num B. Berenger. Testes sunt uisores et auditores.

B., sacer, superpositus istas literas + die et anno[3] quod supra.

1. *Vid. la introducció.* 2. firma *repetit*. 3. ano.

319

1154, gener, 20

El vescomte Guerau de Cabrera i la seva esposa, Berenguera, atorguen carta de franquícia a Adrià de l'alou que té a Àger, amb l'obligació de mantenir-lo al servei i fidelitat de l'atorgant. Els drets i obligacions d'ambdues parts són transferibles mortis causa.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 454, Car. 2206.
B. Cartulari, doc. 283, f. 129v-130r.
C. *Resumen*, doc. 215.

In Christi nomine. Ego, Gerallus de Cabrera uicecomitis, cum coniuge mea, Berengaria, facimus tibi cartam franchitatis Adriano de ipso alaudio quem habes in Ager uel in suis terminis. Et de totum, quantum hodie habes, laudamus tibi et affirmamus franchitatem in tali uero pacto ut simus tibi guarents nos et nostri tibi et tuis, cui uolueris donare uel dubitare. Et habeatis ad nostrum seruicium et ad nostram fidelitatem de nos et nostram posteritatem tu et illis cui tu dimisseris per tuam uoluntatem. Et nos, prescripti Geralli cum coniuge mea et nostram posteritatem, faceremus tibi ante te et tuam posteritatem hunc et in perpetuum, et saluaremus totam tuam rem suprascriptam contra cunctos homines uel feminas, qui sunt uel erunt.[1] Et in antea ista carta firma et stabile maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta ista carta X° III kalendas febroari anno ab incarnacione Domni M°C°L°III.

Sig+num Ego, Gerallus, qui hanc cartam iussi scribere[2] et testes firmare rogaui. Sig+num Berengaria, coniuge sua. Sig+num Raimundi Berengari. Sig+num Raimundi Oliuarii. Sig+num Petro Bertrando, uicarius castri Ageris.

Raimundus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

1. *Hi ha un esborrall.* 2. *Íd. anterior.*

320

1154, març, 5

Ramon Pere de Sant Just, el seu fill Pere i la dona d'aquest, Galarda, donen pro animis *a Sant Pere d'Àger la quarta part del delme dels seus alous de Castelló, la part del delme que els correspon dels alous de Sant Pere d'Àger a Castelló i la part corresponent dels delmes dels alous que Sant Pere d'Àger té a Ivars i a Castelló.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 198, Car. 807.
B. APA, Car. 703. Còpia del segle XII ex.
C. APA, Car. 949. Còpia notarial d'1 d'agost de 1209.
[D]. Car. 948. Còpia notarial de 26 de juliol de 1242.
E. APA, Car. 790. Còpia notarial de 14 de juny de 1251.
F. *Resumen*, doc. 216.

Sciatur a cunctis, presentibus quam futuris, quod ego, Raimundus Petrus sancti Iusti, et filio, Petro, meo, cum uxor sua, nomine Galarda, donatores sumus domno Deo et sancto Petro pro redemcione animarum nostrarum uel parentum nostrorum, qui ex hoc seculo obierunt. Per hanc scripturam donacionis nostre donamus Deo et sancto Petro de ipso dominico que habemus in Castellione ipsos alaudios quem modo habemus uel in antea habuerimus in terminibus de Castellione ipsam quartam partem de decimum quod nobis pertinet. Et de alaudios, que modo habet sanctum Petrum in Castellione uel in antea habuerit in suis terminis, similiter damus nostram partem de decimum,[1] quod nobis pertinet, ad sanctum Petrum. Simili modo donamus nostram partem de decimum de ipsos alaudios quem habemus in Iuarz,[2] et de alaudios que modo habet sanctum Petrum in Iuarz[2] siue in suis terminibus uel in antea potuerit adquirere uel examplare in Iuarz[2] siue in Castellione nostram partem de decimum, quod nobis pertinet. Hoc totum damus, sicut superius est scriptum, ad tabulam sancti Petri in manu Arnalli abbatis et canonicis eiusdem loci ibique deprecentur Deum pro animas nostras uel parentum nostrorum, ut Deus dimitat nobis omnia peccata nostra amen.[3] Et abbas uel canonicis sancti Petri non possint dare uel alienare nec tollere ex tabula sancti Petri. Quod, si nos, donatores, aut nullus homo uel femina, qui ista carta donacionis inquietare uoluerit,

in duplo componat cum sua melioracione; et in antea ista carta firma permaneat et non sit disrupta.

Acta ista carta III nonas marcii anno ab incarnacione Domni MºCºLºIIIº post millesimum.

Sig+num Raimundo Petro. Sig+num Petro, filio meo. Sig+num Galarda, uxor sua. Qui hanc carta mandauimus[3] scribere et testes firmare. Sig+num Raimundo Berengarii. Sig+num Raimundo Oliuarii. Sig+num Bernardo de Ager. Hec sunt testes uisores et auditores.

Bernardus, subdiaconus, scripsit + sub die et anno quod supra.

1. de decimum *escrit sobre un text obliterat*. 2. Hiuarc. 3. hanc carta mandauimus *íd. anterior.*

321

1154, setembre, 8

Pere, prior de Sant Miquel de Montmagastre, cedeix en cens a Lleonard i a la dona d'aquest, Mora, un alou a Montmagastre i un altre a Montmagastrell amb l'obligació de construir i entregar el quart dels fruits, a excepció de les oliveres, que n'ha de lliurar dos terços a Sant Miquel [de Montmagastre]. El censatari en percebrà una tercera part, mentre que de les oliveres de nova planta en percebrà la meitat. A més d'això, haurà de fer entrega anyalment d'una cuixa de porc, vuit fogasses i dues canades de vi.

B. ACL, doc. 466, Car. 1133. Còpia de 10 de gener de 1285.ª
C. *Resumen*, doc. 220.

Actum est hoc IIIIº ydus yanuarii anno Domini Mº CCº octuagesimo IIIIº. Hoc est translatum bene fideliter secundum cuiusdam instrumentum in quo sic habetur:

In Christi nomine. Ego, Petrus prior Momagastrensis sancti Micahelis, et inde Bernardus Raimundi, et Dalmacius qui nuncupatus Carbonel, et Iohannes sacer, et Arnaldus clericus, cum aliis clericis eiusdem loci. Nos simul in unum donatores sumus tibi, Bernardus, et coniux tua, Mora. Per hanc scripturam donacionis nostre donamus uobis ipsum alaudem sancti Micahelis qui est in circuitu ipsa rocha de Momagastro cum ipsum alodium de Momagastryl et ipsos domos cum ipsos ortos et ipso columbario cum ipsa era cum ipsas uineas qui sunt ante ipsas domos, et cum ipsa trylla de Momagastryl, et I pecia de uinea qui fuit de

Bremundo Arnalli et ipsa uilla que fuit de Guillelmus Naipri? Donamus namque uobis ipsa costa de Kadaleta[1] cum ipsa condemina suptusque ipsas domos et ipsa trilla et medietatem de ipso orto et ipso columbario in tale conuentu que labores tota hec omnia bene omni tempore sicut debet facere bonum laboratorem; et in istum alodium iam dictum mitamus nos et successores nostros ipsam medietatem de sementem cum totum ipsum conduit. Et habeamus nos et successores nostros ipsa medietate de ipsa hec omnia superius scripta; et altra alodium iam dictum donamus uobis in tale conuentu que laboretis eum bene, et faciatis parietes et rasas ubi opus sint; et donetis nobis et successores nostros ipsum quartum de ipsum espletum que inde exierit que sunt in circuitu de ipsas domos cum medietate de ipso orto de Momagastryl; et ipsa trilla damus tibi in tali conuentu bene labores eam, et ipsum hermum que inter ea est que adificetis et plantetis sicut melius potestis; et ipsos arbores qui ibidem sunt bene mitatis. Hoc quod superius scriptum damus uobis et uos et ad unum de filiis uestris cuius uos dubitaueritis in tali condicione ut de hoc quod superius resonat alium seniorem non eligatis nisi domum sancti Micahelis et priore et canonicis eiusdem loci quo modo sunt et in futuro erunt. Et ipso stercus qui fuerit fecs? in ipsos domos, iactate ipsa medietate in ipsus alaudium sancti Micahelis in ipsum quod tenetis per medietate, et ipsos oliuarios quo modo sunt ibi bene laborate eos et fructum que inde exierit collocatis, et duabus partibus donetis ad sancti Micahelis, et tercia ad uos retineatis. Et uos alios oliuarios plantetis ubi plantare potestis siue de omnes arbores, et habeatis inde ipsa medietate uos et posterita uestra; et faciatis uos et posterita uestra, ipsum qui tenuerit alodium iam dictum, seruicium ad domum sancti Micahelis et abitatores eiusdem loci perna I obtima de porcho et octo fogaces cum cannades II de uino per unumquemque anno. Et est manifestum. Vt ab hodierno die et tempore in Dei nomine firma habeatis potestatem ad seruicium sancti Micahelis sicut superius resonat.

Facta ista carta donacionis anno dominice incarnacionis C.L.IIII post millesimum, VI° ydus setember.

Sig+num Arnallus, abbas. Sig+num Petrus, prior. Sig+num Carbonel. Sig+num Ioan, sacer. Sig+num A., clericus. Sig+num Arnallus Guillelmi, canonicus sancti Petri. Sig+num Yd. Secundi. Sig+num G. Maynol, baiulo. Qui hanc carta donacionis mandauimus scribere et testes firmare rogauimus.

Et damus uobis hec omnia pro iussione A. Mironi et filia sua et pro necessitate de ipso seruicio et ipsa laboracione que non potuit facere Arnallus Mironi.

Bernardus, sacer, rogatus scripsit et + die et anno quo supra. Ego, G. de Capiteuille presbiter, qui modo pro teste susbscribo et meum sig+num impono.

Martinus Bacheti, presbiter, notarius publicus de Montemagastre, qui translatum scripsit et meum sig+num possit.

a. *Data equivocada al* Compendi 1284.

1. *Hi ha un esborrall enmig de la paraula.*

322

1154, desembre, 31

Ermengarda, anomenada Guaita, dóna a Sant Miquel de Montmagastre un farraginal a Montmagastre, reseruato usufructo *de la quarta part d'aquest.*

A. BC, perg. 4162, Car. 665.
B. *Resumen*, doc. 221.

In nomine Domni. Ego, domna Ermengardis que uocatur Guaita, donator sum Deo et sancti Michaelis I ferragenale ante uillam de Momagastre, ut teneat sancti Michaelis in uita mea per laboracione et donent mihi ipsum quartum; et, si mito ibi medietatem de ipsa semente, abeam medietatem, sin autem quartum de expletum qui inde exierit; et de post obitum meum abeat sancti Michaelis ipso ferragenale totum sine ulla resseruacione pro anima mea siue de uirum meum et de filiis meis. Afrontaciones eius sunt: de I parte in uia et in orto de Bernardus Berengarii, de alia in ferragenale sancti Michaelis, de III in alaudio de Petrus Secundi et de suos fratres cum suis exiis et regresiis. Adhuc dono ad sancti Michaelis alio ferragenalet prope ipso ferragenale qui fuit de Guillelmus Bernardi, et prope ferragenale de uicecomiti, et[1] prope ipsa karrera qui pergit per caput ipsius ferragenale, cum suis exiis et regressiis ad suum proprium alaudium; et de meo iure trado in potestate sancti Michaelis. Et est manifestum. Quod, si ego, donator, aut ullus homo uel femina, qui ista carta donacionis uoluit disrumpere uel inquietare, in quadruplum componat aut componam.

Factum est hoc II kalendas ianuarii anno C°L°IIII° post mille.

Sig+num Domna Ermengardis, qui ista carta donacionis rogaui scribere et testes firmare feci et manu mea firmaui. Sig+num Ramon Berenger. Sig+num Brunet. Sig+num Iouan Oliuer. Testes sunt.

Arnallus, clericus, rogatus scripsit die + et anno quo supra.

1. et *afegit a sobre*.

323

[Abans de 1155]

Relació de les oblades (?) *que s'han de satisfer a l'església de Sant Pere d'Àger* (?)

B. ACL, fons d'Àger, doc. 418, Car. 2465. Còpia del segle XII ex.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Memoria de ipsas oblias:
De Bernard Onofre et[1] Bernard Enego oblias II.
Enego Gudila similiter.
Igela similiter.
[...][2] de casa de Bonsom Ellemar similiter.
Petro Giskafret s[imiliter].[3]
Ramon Exclua similiter.
Oromir Oriol similiter.
Guiscafret Trasmon similiter.
Sinfret de Porta similiter.
De casa de Dongels similiter.
Petro Guanser similiter.
Mir Godisclo similiter.
Bernard Sinfret similiter.
Ssala Viues similiter.
Obuxol? similiter.
Bernard Ellebo similiter.
Mir Oromir similiter.
Mir Guanser similiter.
Sinfret Oromir similiter.
[....]fret[4] Mir similiter..
Goldregod[5] de Giscafret similiter.
Gilelm Godmar similiter.
Et ipsas fillastres[6] de Gilelm similiter.
Viues Recosen similiter.

FUNDACIÓ NOGUERA

Verell similiter.

Isarn Galim II.

Ermengarda de Gilelm I.

Rekil de Godmar Bons similiter.

1. de Bernard Onofre et *escrit a sobre.* 2. *El text apareix borrós a sobre d'un raspat.* 3. *Text malmès al final de la ratlla.* 4. *Text malmès.* 5. d *escrita a sobre.* 6. La segona l *íd. anterior.*

324

[Abans de 1155]

Relació dels greuges que Ramon Guillem ha inferit a Pere Arnau.

A? BC, perg. 4035, Car. 2184.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Ranchuras quas abet Petrus Arnalus de Ramon Guillem:

Vt promisit mihi ut faciat mihi chaualerus et non fecit; et ego fuit suo omine et non dedit mihi uno kauallo cum sela et freno.

Alia de una espada que prelaxabit mihi pater meus et ego prestabit et non redidit.

Alia de uno aspergo que ego prestabit et non redidit.

Alia de merchaderos qui ego priso in guarda et mater mea et ueniuit? ad nos et ille fransit nostris nostras chasas et tollit suo auere.

Alia abeo de Ramon Guillem qui fuit suo omine in suo cosimento et seruiuit illo bene et non fecit mihi nullo bene.

Alia que fuit suo [...]ouem[1] omine, et seruit ille, et conuenit mihi XX denariorum, et non dedit.

Alia abeo de Ramon Guillem de suo kaualero qui prehenderit uno meo kaualero et dederit ei multas et solares et in ipso brago.

Alia de uno omine qui denegauit mihi et ego detraxit,[2] quia non est meus et Ramon Guillem facit mihi gratia de onta.

Alia de Guillem Bonus Omo que tollit Ramon Guill una egua cum alias malas que fecit et ego abeo perditum.

Alia de Arnal Pere [...][1] quod abet Ramon Guillem uncias X, et non dedit mihi partem.

FUNDACIÓ NOGUERA

Alia de Guitard Guillem, unde abet solidos V et non dedit.

Alia de Guillem Ramon similiter.

Alia de Arnal Dodona, unde abet solidos XXVI et non dedit.

Alia de Guillem Guillem, unde abet solidos XVI et non dedit.

Alia de Ramon Rodlan de solidos VI, unde fui pliui? et non dedit.

Alia de Maca[...]dio[1] que tollit uno porcho et postea non [...][1] dedit meo censum.

Alia de capte que fecit pater meus de suo et ego de ille, et abet mihi tolt et peiorad.

Alia de toltes et forces que fecit, unde perdidit mea onore et est peiorada.

1. *L'estat de conservació del pergamí és deficient, la seva lectura és difícil en diversos passatges.* 2. et ego detraxit quia *a sobre de* et *i* quia *hi ha tres punts; suposen l'anul·lació de tot el text, només de les paraules sobre les quals estan col·locats o bé tenen un altre significat?*

325

1155, gener, 13

Memòria dels alous que Sant Pere d'Àger té a Estanya.

B. APA, Car. 924. Còpia del segle XII.ª
C. BC, perg. 4082, Car. 742. Còpia del segle XII ex.
D. BC, perg. 4154. Car. 741.
E. *Resumen*, doc. 218.

Hec est memoria de ipsum alodem[1] que abet sancti Petri in Estagna:

In primis de hereditate que fuit de Giribert[2] Sinifred:[3] I terra qui est ad ipsos collos; abet affrontaciones de totas partes in uias. Et alia ad ipso estagno; afrontat[4] de I parte in terra de Giribert Sinifret,[3] de oriente in estagno, de meridie in uia, de occidente in terra de Giribert. Et alia terra in loco ubi dicitur ad ipsa connamina; afrontat[4] de oriente in Estagna et usque ad ipsa cirera, de meridie in terra de Giribert Sinifret,[3] de occidente in linar de Ferran, ab aquilone stirpe. Et alia terra ad ipsa fonte; affrontat[4] de I parte in terra de Gitard, de alias in terra de Giribert Sinfret.[3]

FUNDACIÓ NOGUERA

Et de hereditate de Bernard Honofret:[5] ipsa terra qui est inter ipsos estagnos; afrontat de oriente in termino de Castrum Serris, de meridie in uia publica, ab aquilone in ecclesia sancti Andraeae. Et alia terra ad ipsas clotas; afrontat[4] de oriente in terra de Ferran, de meridie in uia, de occidente in terra de Gitard Bernad, ab aquilone in terra sancti Petri qui fuit de Salla. Et alia terra ad coma de Cubels; afrontat[4] de meridie in uia, de occidente in terra de Albert Exipio, de oriente stirpe. Et alia terra ad Campel; afrontad[4] de I parte de Albert Exipio, de alia Bernad Onofret[6]

Et de hereditate de Arnallus Mironi: I terra qui est ad coma de Stopagna; afrontat[4] de oriente in terra de A[rnallus] Mironi, de alia in uia, ab aquilone similiter, de occidente in terra de Giribert Sinifret.[7] Et alia terra ad Kanaliig;[8] afrontat[4] de oriente in uia, de occidente A[rnal] Mir, de meridie in cequia, ab aquilone stirpe.

Et de hereditate de Salla: I terra ad ipsas clotas; afrontat[4] de occidente in terra A[rnal] Mir, de oriente in terra de Ferran, ab aquilone stirpe. Et alia terra ad Kanaliig;[8] afrontat[5] de duas partes in uias, de III in cequia.

Et de hereditate de Mir Olf: I terra super Kanaliig[9] ad ipsa coma; afrontat4 de occidente in uia, ab aquilone in terra de A[rnallus] Mironi et de Mir Olf; et tenet supra una terra qui fuit de Bernad Honofred[10] cum ista terra qui fuit de Mir Olf et est de sancti Petri; illa terra afrontat[4] de II[as] partes in terras sancti Petri, de meridie in terra de Bernad Honofred[10].

Et de hereditate de Giribert: I terra ad ipsa coma; afrontat[4] a parte orientis in cequia, de meridie in uia, de occidente in terra de Bernad Honofret,[10] de aquilone in fita qui est ad ipsa pera et in uinea qui fuit de Bernad Honofret.[10]

Et de hereditate de Albert Exipio: I terra ad ipso Campel; de parte orientis Albert Exipio, de meridie in terra de Giribert Sinifret,[3] de occidente in terra de Bernad Honofret,[10] et pergit de ipso marung, et ascendit per ipsa olzina usque ad ipsa pardina, ab aquilone uia publica. Et in ipso loco una terra qui fuit de Bernad Onofre;[10] afrontat[4] de parte orientis[11] in terra sancti Petri, ab aquilone in uia, de occidente in terra sancti Romani.

Et de hereditate de Ferran: I terra, et est ad ipsas clotas; afrontat[4] de I parte oriente[11] in terra de Mir Borrel et in stirpe, de occidente in terra sancti Romani, de meridie in stirpe. Et alia terra qui est ad fonte Pere Albert; afrontat[4] de parte orientis[11] Ferran, et de occidente ab[12] aquilone uia. Et I terra qui fuit de Giribert

Sinifre[4] et est prope ipso castello; afrontat[5] de parte orientis[12] in uia publica, de meridie in castello et in era de Mir Ramon. Et Iº linar ad ipsa fonte; afrontat[5] de I parte aquilone[13] in linar de Arnall Mir, de meridie in stirpe. Et una uinea ad ipsa comma;[14] de I parte oriente in fonte, de meridie in uinea qui fuit de Bernad Onofret,[10] de aquilone in uinea de Arnall Ramon. Alia pecia de uinea a ad Campel; afrontat[5] de meridie in uia, de oriente in uinea de Albert Exipio.

[15]Actum est hoc idus ianuarii anno ab incarnacione Domni MºCºLºIIIIº.

Hostendit Guitard iamdictum alaudium sancti Petri quod abebat in Estagna in presentia Poncii, uicarii de Stagna, et Petri Gitardi, et Raimundi Gilaberti, et Petri de Cubels, et aliorum proborum hominum de Stagna, sicut superius scriptum est.

Petrus, capellanus, qui hoc scripsit sub iussione Guitardi sub die et anno quo[16] supra.[15]

a. *És difícil establir la relació entre els tres exemplars del document. En els tres casos es tracta de còpies, si bé en els dos primers l'escriptura sembla bastant propera a la data de redacció, l'ortografia és una mica més dubtosa. En el cas de D l'escriptura sembla bastant posterior, si bé l'ortografia està més a prop del que podia ser el document original. Possiblement es tracti d'una còpia més acurada en aquest aspecte; d'altra banda, és l'únic dels tres que porta completa la subscripció final des de la data, cosa que manca als altres dos exemplars.*

1. alaudem *D.* 2. Guiribert *D.* 3. Sinifrez *D.* 4. affrontat *D.* 5. Honofrez *D.* 6. Onofre *D.* 7. Sinifre *D.* 8. Cannalil *D.* 9. Canalil *D.* 10. Onofrez *D.* 11. ab oriente *D.* 12. et *D.* 13. ab aquilone *D.* 14. coma *D.* 15. *Tot el text comprès enmig de les dues notes manca a B i C.* 16. *Manca la subscripció del rogatari a D.*

326

1155, març, 5

Bernat Jospert i la seva dona, Sança, donen a Sant Miquel de Montmagastre unes terres a Montmagastre.

A. APA, Car. 749.
B. *Resumen*, doc. 219.

In Dei nomine. Ego, Bernardi Iozpert, et mulier mea, Sancia, donamus a domno Deo et ad sancti Michaelis I terra qui est in termine de Mamagastre, in locum que uocant a Madrigad. Et aduenit ad me, Bernard, per exouar, et ad mulier mea per parentorum uel per qualique uoces. Et afrontad ipsa terra de I parte in terra de Sonca Pladiano qui fuit, de alia in ipso uiaro

qui uadit a Pugderro, de alias partes in alodios[1] de nos, donatores. Quantum predicte affrontaciones includunt, sic donamus ad sancti Michaelis[2] ipsa terram pro redemptione animas nostras, et ad obitum de Sancia non potuimus donare alium auere nisi ipsa terram cum exiis uel regressiis earum. Et de nostro iure tradimus in potestate sancti Michaelis ad suum proprium aloudium. Sane si quis homines uel feminas qui ista carta inquietare uoluerit, in quadruplum emendiet, et non siat disrupta, set firma modo uel omnique tempore.

Facta ista carta III nonas marci anno ab incarnacione Domni MºCºLIIII.

Sig+ Bernardi Iozperti. Sig+ Sancia. Qui ista carta rogamus scribere et firmamus et ad testes firmare rogamus. Sig+ Ermesen, filia nostra. Sig+ Guillelm Morato. Sig+ Bernard de Chosta.[3] Sig+ Iouan de Caera.

Petrus, sacer, rogatus scripsit die et + anno quo supra.

1. s *afegida a la interlínia.* 2. *Mihcaelis.* 3. h *afegida a la interlínia.*

327

1155, octubre, 4

Ramon Amat dóna a Sant Pere unes cases, que l'abat torna a Pere Amat en concepte de cens juntament amb altres béns.

B. Cartulari, doc. 370, f. 172v-173r.
C. *Resumen*, ap., doc. 31.

Qualiter R. Amatus dedit beato Petro quasdam domos et abbas dedit ad censsum Petro Amati.

[N]otum[1] sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quam ego, Arnaldus, abbas, cum conuentu sancti Petri fuimus in iram et in discordiam cum Raimundo Amate propter ipsas suas domus et alium qui fuit de Amate et, quando uenit ad obitum suum, dimisit iam dictas domos sancto Petro, et una uinea a Salente cum medietate de ipsis arboribus qui ibi sunt, et uno orto ad Regacol cum medietate de ipsis oliuariis. Et hoc fecit in tali uero conuentu, ut Petrus Amate teneat pro sancto Petro ille et suis; et abbas ipsisus loci et canonicorum aliorum donent tantum de suo alaudio, ut pro ipso et pro illo faciat censsum Petrus Amate et suis ad ecclesiam sancti Petri; et donant prenominati una pecia de terra de ipsa condamina, de fita qui est a parte occidente de

Calbet Benedet, et descendit usque ad ipso puiyol ad alia fita, et de ipsas fitas in antea usque ad terra de Guarner. Et una terra a Nozet, et alia ad Mora, et alia ad Agullo super ipsas matas; quantum afrontat in ipsa de P.G., et alia[2] ad terra ad puiyol cum una oliua, et uno linar ad sancta Maria, et uno linar a Pug, et una uinea, qui fuit de Raimundo Amate, cum suis arboribus, et una uinea, qui fuit de Guillelm Arnal de Besora. Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic damus tibi cum exiis et regressiis et suis pertinenciis ab omni integritate, ad tuum proprium alaudium in tali uero conuentu, ut per unumquemque annum facias censsum de II sestari de farina, et uno porcho de III solidos, et uno ariete, et uinum II sestarios uino puro, et III galines. Quod, si nos, donatores, aut ullus homo uel femina, qui han cartam inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componamus; et in antea ista carta firma et stabile maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta ista carta IIII nonas october anno ab incarnacione Domni millessimo C° L° V°.

Sig+num Ego, Arnallus abbas, qui hanc cartam rogaui scribere et ttestes firmare rogauit. Sig+num Guillelmo, priori. Sig+num Petro, preposito. Sig+num Guilelmo Romani, sacricustos. Sig+num Arnaldo Guilielmus. Sig+num Raimundi Berengari. Sig+num Raimundi Oliuarii. Sig+num Bernardo de Ager.

Raimundus, leuita, rogatus scripssit cum literis rasis qui sunt in XIX[a] linea aut in XX[a]II[a] sub die et anno + quo supra.

1. *Vegeu la introducció.* 2. *Escrit a sobre d'unes paraules obliterades* uadit usque.

328

1155, desembre, 27

Dorca i la seva dona, Maiassenda, donen post obitum *a Sant Miquel de Montmagastre unes oliveres a Vall-llebrerola.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 513, Car. 387.
B. *Resumen*, doc. 222.

Sciatur a cunctis presentibus et futuris quod ego, Dorcha, et uxore mea, domna Maiassinde, donatores sumus domno Deo et sa[ncti Micha]elis[1] de [Mom]magastre[1] nostra parte de ipsos oliuarios que abemus cum Raimundo Guillelmo. Et sunt ipsos oliuarios infra terminos de Valle Lebrerola. [Et][1] abent afrontationes:

de I parte in uia qui pergit ad ipso port, de alia in alod de Ramon Arnal, de tercia in uia qui pergit de Valle Lebrera a Mo[mm]agastre,[1] de quarta in ipsa sorte de alaudio qui est de Viues. Quantum inter istas afrontationes includunt et isti termini continent, sic donamus domno Deo et [sancti][1] Michaelis ipsa nostra medietate que abemus in ipsos oliuarios ab integrum cum exiis et regressiis earum propter remedium animas nostras et pro anima [patres et][1] matres nostras et parentum nostrorum, tam uiuis quam et defunctis, sic damus post obitum nostrum. Et aduenit nobis de parentorum aut per qualicumque uoces. Et propter hec[1] donum quod uos facitis, Petrus, prior, cum conuentu sancti Michaelis collegimus uos in beneficio sancti Michaelis et in societate nostra in missis, in oracionibus et in elemosi[nis et aliis][1] cunctis beneficiis nostris et de successores nostros per secula cuncta. Quod si nos, donatores, aut ullus homo uel femina, homines uel femine, qui ista carta dona[cionis uo]luit[1] frangere uel disrumpere, in quadruplum componat aut componamus.

Facta ista carta anno dominice incarnacionis CºLºVº post millesimum, VI kalendas ianuarias.

Sig+num Dorcha. Sig+num Domna Maiassinde[2]. Qui ista carta rogauimus scribere et testes firmare [et cum man]us[1] nostras firmamus. Sig+num Bernardus Carui. Sig+num Guilelmus, presbiter. Sig+num [...].[1]

Bernardus, sacer, rogatus scripsit et + die et anno quo supra.

1. *El pergamí està en un estat deficient i mutilat en diversos punts.*
2. Maiassassinde.

329

[Després de 1155]

Relació dels alous que va donar Arnau Mir de Tost a Sant Pere d'Àger i que posteriorment ha perdut l'esmentada església.

B. BC, perg. 3974, Car. 2157.
C. *Resumen*, doc. no consta.

No[ticia][1] de omnibus alodis sancti Petri Aggerensi ecclesie quos domnus Arnallus, qui edificauit hanc ecclesiam in onore Domni, dimisit beato P[etro], siue castros, siue alodis planis quem in eodem loco congregauit ibi cannonicam uitam cannonicorum,[2] et nunc uolumus deducere ad memoriam[3] hoc quod beatus Petrus

perdidit de uniuersis rebus. In primis ipse dominico de Tost; et ipsum ominem de Mesulolo; et duos omines de Castellio cum terciam partem de ipsis placitis; et dominicum de Sex; et ipsum molendinum de Artesa; et condamina I in Foradada; et quendam ominem in Oronneriers; et terram unam in Casso cum ipsis placitis; et escusads II in Agger et terra I; et in Sancto Laurencio escusad I; et medietate de ipsos placitos de Corciano; et ipso dominico de Valle Secura; et in Stagna duas pecias de terra, et capellaniam de Castellnou.

1. *El text està lleugerament malmès per la humitat a la part superior esquerra.* 2. cannonicorum *escrit a sobre. A sota està obliterat* ex canonicis. 3. *moriam.*

330

[1156],[a] març, 7. Benevento

Adrià IV ordena a l'arquebisbe de Tarragona que executi la sentència dictada per Jacint, cardenal legat, que va deposar l'abat d'Àger; així mateix, ordena que es nomeni un nou abat i que siguin adduïts a la Santa Seu els pretesos privilegis de l'elecció de l'abat. Si l'abat deposat es negués a acceptar el seu cessament, ordena que sigui excomunicat i que s'eximeixi als membres de la comunitat del deure d'obediència al deposat, els amenaça, en cas de desobediència amb la pena d'anatema.

A. ACU, *papales*, núm. 8.
a. BARAUT, doc. 1527, pp. 40 i ss.

Adrianus episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Terraconensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Ea que per legatos apostolice sedis rationabiliter statuta esse noscuntur in sua debent stabilitate consistere et firmitatem perpetuam obtinere. Dilecto autem filio nostro Iacinto, diacono cardinali, referente accepimus, quod abbatem quondam Agerensis monasterii, cum ipse in Yspania legationis officio fungeretur, pro multis facinoribus que commiserat ab abbatie amministratione suspendit. Quod nos auctoritate apostolica ratum habentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eum pro suspenso immo pro deposito habeas, et fratres eiusdem ecclesie non differas diligentius ammonere ut aliquam honestam idoneam et literatam personam, cum consilio uenerabilis fratris nostri Vrgellensis episcopi sibi eligant in abbatem, qua electa, priuilegia et instrumenta ipsius monasterii diligenter inquiras, et, si a Romanis

pontificibus abbates eiusdem monaterii consueuerint benedici, personam ipsam nobis benedicendam predicti fratres studeant presentare. Priuilegia autem Romanorum pontificum si qua habuerit, qui benedicendus adueniet secum afferat, ut ad cuius ius ecclesia ipsa pertineat plenarie cognoscamus. Quod, si memoratus depositus nollet ab administratione cessare, in eum tamquam in contumacem et inobedientem sententiam excomunicationis exerce, et omnes fratres ecclesie apostolice sedis auctoritate ab obedientia eius absoluas, eosque anathematis interminatione prohibeas ne de cetero ei presumant obedientiam uel reuerentiam exhibere.

Datum Beneuenti nonas marcii.

1. *La datació de l'any a Baraut.*

331

1156, setembre, 26

Guerau de Cabrera torna, en donació mixta, a Ramon Arbert l'alou que li havia donat prèviament i posteriorment sostret, un molí i unes mansions *ubicades a Ibars* sub modo *d'un mul valorat en vint morabatins.*

A. BC, perg. 4202, Car. 309.
B. *Resumen*, doc. 226.

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego, Gerallus de Cabrera, dono et reddo ipsum alodium Raimundo Arberto, quem ei et fratri suo, Companno, primitus dederam eis et postea abstuli eis iniuste et dedi hominibus de Pignana. Modo uero Raimundo prescripto reddo totum ab integrum et illum quod nunc reddo in ista ora facio illi emenda in meo dominico de subtus ipso bracal usque in Noguera, quomodo affrontant ipsas meas fexas; in tali uero pactu, ut habeat ad suum proprium alodium. Aduc uero conuenio Raimundo, ut faciam emenda ad homines de Pignana aut per qualicumque racione faciam ipsum alodium deliberare predictis hominibus et reddere Raimundo totum ab integro. Eum in super dono ipsum molendinum predicto Raimundo, totum ab integro, in illo loco in quo modo est aut, si potuerit transmutare aut uoluerit in alio loco, faciat, et similiter habeat ad suum proprium alodium totum ab integro. Et predictum alodium et molendinum de meo iure trado in potestate iamdicto Raimundo ad faciendam totam suam uoluntatem. Et ego pro hac donacione uel reddiccione accipio de ipso Raimundo unum bonum

et obtimum mulum precii uiginti morabitinos. Aduc uero reddo ei unas mansiones in Iuarcz, quas ipsemet dedit mihi; et super hoc totum promitto illi atque conuenio per fidem meam, ut dem ei tantum honorem et alodium, ut probus esse possit omnibus diebus uite sue.

Facta ista carta VI kalendas octubris anno ab incarnacione Domni MºCºLºVI .

Sign+um Geralli de Cabrera., qui hanc cartam donacionis mandaui scribere et testibus firmare iussi atque rogaui. Sign+um Raimundi Berengarii. Sign+um Raimundi de Agna. Sign+um Arnalli de Artesa. Isti sunt testes uisores et auditores.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

332

1156, desembre, 24?

Pere de Tartareu atorga testament.

A. APA, Car. 315.
B. *Resumen*, doc. 223.

Sub Trinitatis[1] nomine [et][2] eius gracia. Ego, Pere de Tartarex, iaceo in egritudine et timeo penas inferni et cupio peruenire ad claritatem Domini, et sic facio meum testamentum de mea honore que ego habeo uel abere debeo in cunctisque locis. Et sic dimitto ad mea mulier, Hermesen, ipsa honore in uita sua cum uiro et sine uiro; post obitum suum, de Hermesen, remaneat ipsa[3] honore ad Bereger, filio meo, sine Na[ga et Al]gere,[4] que dimitto ad ipso qui est in utero matri sue. Si fu[eirt uiro, et turris Algere si fuerit femina],[4,5] et, si minus uenerit de Be[rereger sine infante de legitimo coniugio, uadat omnia altero filio qui remanserit].[4] Et pro anima m[ea...][4] cum Ramon de Champorels et ipsos seniores de sancti Petri possunt au[...][4] meum corpus. Et dimitto ad ponte de Trogo Ii[os] morabetinos, et ad de Balager I morabetino; et, sis fecerit ipso pont de Corbins, alium morabetino, et ad sancti Iachobi alio morabetino. Et alium auere, que remanet, dimitto pro anime mee per missas. Hactum est hoc.

Factum istum testamentum suprascriptum nonas[5,6] kalendas ianuarii anno ab incarnacione Domni MºCºLºVIº.

Sig+num Pere, qui istum testamentum iussit scribere et testes firmare firmarique rogauimus. Sig+num Ramon de Champorels. Sig+num Bertran de Tora. Sig+num Pere de Midia. Sig+num Ponzo

de Valfraosa. Sig+num Baro de Champorels. Sig+num Pere Arnal. Isti sunt tests uisores et auditores.

Bernardus, sacer, scripsit et hoc + fecit cum literis suprapositis in VII linea.[5]

1. Trinitis. 2. *Manca al text.* 3. a *escrita a sobre.* 4. *El pergamí està rosegat en ambdós costats per la part central, gairebé en la seva totalitat. El suplert és una reconstrucció a partir de B.* 5. *Lloc al qual fa referència el rogatari en parlar de lletres escrites a sobre i que gairebé no podem entendre per la mutilació del pergamí.* 6. *Es tracta d'una simple distracció del rogatari o potser volia dir novè?*

333

1157, gener, 27. Balaguer

A., comte de Pallars, P., sagristà de Barcelona, Rus, ardiaca de Girona, P., ardiaca d'Urgell, Miró Guillem de Puigverd, Ponç de Santa Fe i Artal de Caldes jutgen les diferents querelles que el comte d'Urgell i Guerau de Cabrera tenen presentades mútuament.

B. BC., Reg. 4245, ms. 439, Car. 2498, doc. 7, f. 50 i ss. Còpia en paper del segle XIII.

C. *Resumen*, doc. 224.

In causa que uentilata fuit inter dominum et comitem Vrgellensem et Gueraldum de Cabraria, conquestus fuit predictus comes super Gueraldo predicto de dominicatura sua de ipso castro de Albesa quam ipse promiserat ei ostendere et diuidere, et ei suam partem dare et sine fatigatione; quoniam de his causis in eo non fecerat, cepit baiulum comitis et, eo inuito, clausit dominicaturam comitis et imparauit de ea quantum sibi placuit, de expletis autem que inde exierant dirripuit quantum uoluit. Ad quod Geraldus respondit: quod nichil de iure comitis ibi accepit, nisi tum quippe decessores sui apud decessoribus comitis per donum adquisierant, et ad hoc hostendebat per instrumentum scripture in quo ipsa adquisitio continebatur, et nullo instrumento uidebantur litere rase et emendate et, quod grauius fuit: in loco ubi continebatur dies et annis, unde pars comitis predictam scripturam inualidam esse dicebat, quod pars Geraldi negare non potuit, sed dicebat hoc a se non esse factum neque ab aliquo per suum mandamentum. His auditis raonamentibus et supradicto instrumento perlecto, iudicauere iudices, scilicet, A. comes Pallariensis, et P. sacrista Barchinonensis, et Rus, archidiaconus Ierundensis, et P. archidiaconus Vrgellensis, et Miro Guillelmi de Podio Virido, et Poncius de Santa Fide, Artal-

dus de Caldariis, de quya predicta dominicatura a predicto comite tradita et diuisa non fuerat sicuti comes se facturum ei Geraldo promiserat et, comite absente, sua sine fatigatione quam Geraldus in eo non fecerat, ipsam dominicaturam inuaserat et imparauerat, ut et ablata in integrum comiti restituat et desonorem ei emendet; instrumentum autem propter litteras rasas et emendatas inualidum esse indicauerint, saluo tamen iure Geraldi in predicto castro, si aliquod in praedicta dominicatura legaliter sic habere, hostendere potuerit. Si autem hec omnia deffuerint, predictus comes donet Geraldo de predicta dominicatura secundum quod a bonis hominibus utriusque partis laudatum fuerit.

Secundo, conquestus fuit Geraldus super comite de castro de Albella et de castro de Lorenz, que adquisierunt antecessores sui ab antecessoribus comitis, et etiam habuerunt tenedonem antecessores sui de ipso castro de Albella, quod totum comes se scire negauit. Ad hoc iudicauerunt predicti iudices quod, si G. possit probare per scripturam uel per idoneos testes hoc esse uerum quod affirmabat, predictus comes redderet ei predicta castra sicut predecessores G. melius adquisierunt. De terminis autem castri Castilionis et Balagerarii unde inter eos erat, iudicauerunt quod secundum instrumenta scripturarum utriusque partis et testimonium antiquorum hominum ipsa contentio terminaretur.

Deinde conquestus est comes super G.º qui non uult dare ei potestatem de castris que per eum tenet, scilicet, de Ager et de Hos, et de Casserres. G.º uero respondit quod predictorum castrorum potestas habuerunt antecessores sui in pignore pro peccunia eis debita, quia ad hoc comprobandum hostendebat scripturas quas pre manibus habebat, ex quibus duabus illarum prospectis et perlectis, scilicet, illa de Agger et illa de Hos. Quia neque dies neque annus nullus continebatur neque aliquis subscriptor ibi inueniebatur quia contra leges condite fuerant, iudicauere illas esse inualidas et nullius mouenti et iudicauerunt quod propter hanc rationem non uetasset ei potestatem de predictis duobus castris.

De scriptura antem quam G. hostendit de castro de Casserres, qua pater comitis fecerat eam dum adhuc esset sub tutela et baiulia G[i] Poncii, auii istius Geraldi, et etiam infra annos sicut testatur iudicium testamentum G[i] de Molleruça, iudicauere illam esse inualidam eo quod condita fuerit contra leges, et propter hoc non debere uetare potestatem de predicto castro de Casserres domino suo comiti.

FUNDACIÓ NOGUERA

De malefactis autem unde uterque illorum conquerebatur tam de se quam de suis hominibus iudicauere ut, si comes possit probare se fatigasse de directo in G. et eum atundasse, nichil ei redirigat de malefactis; si hoc comes probare non poterit et G. negauerit hoc per sacramentum, et, si comes etiam uoluerit per batallam, tunc comes redirigat ei Gueraldo predicta malefacta. De hominibus autem illorum, scilicet utriusque partis, faciant inuicem sibi directum.

Iterum conquestus est prenominatus comes de predicto G. quod noluit recipere directum sibi a comite oblatum, et Geraldus minatus est ei facere guerram, propter hoc comes fecit magnas expensas et habuit magnum damnum; conquestus est etiam comes de supradicto Guillermo qui nolebat ei facere seruitia que debebat; Geraldus uero respondit quod comes non fatigauit esse meum quin acciperet ab eo directum sibi oblatum nec uetauit ei seruitium quod facere sibi debet; super hoc iudicarunt predicti iudices quod, si comes possit probare hoc quod produxit esse uerum, emendet ei G^us^ totum damnum et missiones et seruitium sibi negatum in duplo.

De ordinatione supradictorum iudiciorum dixerunt, ut, facta firma securitate in manu comitis de suis directibus iudicia, que ad Geraldum pertinent prius fiant secundum morem curie.

Que iudicia fuerunt dada a supradictis iudicibus in curia domini E. comitis, apud Balagarium, VI kalendas febroarii, anno Dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo sexto.

Sig+num A. Mironis, comitis Paliarensis.

Petrus, sacrista, subscripsit.

Sig+num Petri, Vrgellensis archidiaconi.

334

1158, març, 18

Guido, la seva dona, Guinedel, Ramon i la dona d'aquest, Boneta, venen, pel preu de vuit sous, a Bernat Fauleta i a la seva dona, Florència, una vinya a Radiger.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 808, Car. 2439.
B. Cartulari, doc. 257, f. 117r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

FUNDACIÓ GUERA

In Christi nomine. Ego, Guido, et uxor mea, Guinedel, et Raimundus et uxor mea, Boneta, uinditores sumus tibi, Bernad Fauleta et ad uxor tua, Florencza. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus uobis I uinea cum totis arboribus qui ibi sunt. Et est ipsa uinea ad Radiger. Afrontat ab oriente in nos uinditores,[1] ab occidente Mir de Oria, ab aquilone et ab meridie in nos, uinditores.[1] Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, quod superius scriptum est, sic uindimus uobis cum exiis et regresiis et suis pertinenciis ab omni integritate ad uestrum proprium alodium et facere uestram uoluntatem propter precio placibile, quod de uos accepimus, solidos VIII. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores,[1] aut nullus homo uel femina, qui hanc cartam inquietare uoluerit, non hoc ualeat, sed in duplo uobis componat cum omni sua melioracione.

Actum est hoc XºVº kalendas aprilis anno ab incarnacione Domni MºCºLºVIIIº.

Sig+num Guido. Sig+num Guinedel.[2] Sig+num R[aimundi]. Sig+num Boneta. Qui hanc cartam mandauimus scribere et testes firmare.Sig+num Petrus Gillelm. Sig+num Gillelm Opilo. Sig+num R[aimundi] Esteua. Hec sunt testes uisores et auditores.

Bernardus, leuita, scripsit sub die et anno + quo supra.

1. uiditores 2. Guidenel.

335

1158, març, 18

Fumaz, la seva esposa, Ermessèn, i la filla d'ambdós, Bonafilla, venen a Bernat i a la dona d'aquest, Florència, pel preu de setze sous, una casa situada a Àger, a l'indret anomenat Corts.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 511, Car. 2447.
B. Cartulari, doc. 110, f. 61r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Fumaz, et uxor mea, Ermesen, cum filia nostra, Bonafilia, uinditores sumus[1] tibi, Bernad, et ad uxor tua, Florencza. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus uobis I casa de terra usque in celum. Et est ipsa casa in castrum de Ager, in locum que uocant ad Corts. Afrontat ab oriente in nos, uinditores, de meridie ferragenall, ab aquilone R. Bracabou, de quarta parte magister Elies. Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, quod superius scriptum est, sic

uindimus uobis cum exis et regresis et suis pertinenciis ab omni integritate ad uestrum proprium alodium et ad facere uestram uoluntatem propter precio placibile, quod de uos accepimus, solidos XVI. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut nullus homo uel femina, qui hanc cartam inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat cum omni sua melioracione.

Actum est hoc VºXº kalendas aprilis anno ab incarnacione Domni Mº.Cº.Lº.VIIIº.

Sig+num Fumaz. Sig+num Ermesen. Sig+num Bonafilia. Qui hanc carta mandauimus scribere et testes firmare. Sig+num Gilelm Escuder. Sig+num Mir de Galos. Sig+num R. de Bracabou. Hec sunt testes uisores et auditores.

[2]Et adhuc uindo uobis meam partem de intrata, que retinuimus ad nostrum opus quod nobis est magnum opus, et accepimus propter nostra parte de ipsa intrada prenominatam de grada auale solidos tres.[2]

Bernardus, leuita, scripsit sub die et anno quod + supra.

1. sumus *afegit a la interlínia.* 2. Et adhuc... solidos tres *afegit per una mà diferent*.

336

1157, juny, 20

Berenguera, vescomtessa de Cabrera i dona del vescomte Guerau Pons, atorga testament. Nomena marmessors Guillem de Balanyà, Guillem d'Ederis, Bernat de Gurb, Pere de Villaglanis i Arnau d'Artesa.

A. BC, perg. 4193, Car. 955.
B. *Resumen*, doc. 225.

Quoniam nullus in carne positus morte euadere potest. Ideo ego, Berengaria uicecomitissa de Capraria, maxima infirmitate pressa, timens ne superueniat mihi repentinus[1] casus mortis, facio meum testamentum et eligo manumessores meos: Guillelmus uidelicet de Balagnano, et Guillelmum de Ederis, et Bernardum de Gurbo, et Petrum de Villagelanis, et Arnallum de Artesa; ut, si forte de hac infirmitate uel quam aliud testamentum faciam me mors contigerit, ipsi distribuant res meas sicut inferius ordinauero.

In primis dimitto domno Deo et sancto Saluatori de Breza corpus meum ad tumulandum et animam meam ad gubernandum, et unum bonum mansum in Arbuciis ubi habitat Guillelmus de

Forns; iterum dimitto eiusdem ecclesie CC^{os} solidos, et meum lectum, et meum runcinum cum sella et freno.

Dimitto etiam sancto Petro d'Ager unum mansorum quem Guillelmus Romani tenet en Viarcel et L solidos pro missis.

Dimitto sancte Marie de Gerunda et episcopo ipsius ecclesie C solidos, ut ipse episcopus sit memor anime maeae.

Iterum dimito operi sancti Petri de Vico L solidos, et opus sancte Marie de Vico L solidos, et episcopo de Vico L solidos, ut sit memor anime meae.

Dimito sancte Marie Riuipollenti LXX solidos, et sancto Iohanni de Riuipollo XXX solidos.

Dimito sancte Marie de Stagno L solidos.

Dimito sancto Petro Castriserrensi XV solidos.

Et sancte Marie de Mesleo XV solidos.

Et bonis feminis de Valle Marie dimito XX solidos.

Dimito etiam sancto Hospitali de Ierusalem meum mantellum uarium

Dimito etiam Poncio, filio meo, omnem illum honorem quem Gerallus de Capraria, maritus meus, mihi donauit in sponsalicium, castrum uidelicet de Momagastro cum susis terminis, et castrum de Artesa cum suis terminis, et castrum de Auellana cum suis terminis, et castrum de Villagelanis cum suis terminis, et meam dominicaturam de Roda. Sicut omnem supradictum honorem habeo et habere debeo, et sicut melius resonat in ipsa carta mei sponsalicii, sic predicto Poncio, filio meo, eum integiter dimito ad habendum et possidendum in perpetuum.

Et precor dominum et maritum meum, Gerallum de Capraria, ut ipse faciat et compleat hoc omne quod superius scriptum est, et reddat omnibus supranominatis locis et episcopis hoc omne quod ibi dimito, et in super persoluat omnia mea alia debita ubicumque sint.

Si quis hoc disrumpere uoluerit, agere non ualeat, set in duplum componat, et in super firmum permaneat omni tempore.

Quod est factum XII kalendas iulii anno XVIIII regni regis Lodouici iunioris.

Sig+num Berengarie, que hoc testamentum facio et firmo, firmari rogo. Sig+num Geralli de Capraria, uicecomitis. Sig+num Guillelmi de Balaniano. Sign+um Guillelmi de Ederis. Sig+num Bernardi de Gurbo. Sig+num Petri de Villagelanis. Sig+num Arnalli d'Artesa.

Raimundus, sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo + supra.

1. u *escrit a sobre.*

337

1157, març, 25 - 1158, març, 24

Els germans Guerau i Arnau de Tragó donen a Sant Pere d'Àger un home a Cabrera, un molí a Cantarella i una terra al Pla de Santa Maria.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 209, Car. 1716.
B. Cartulari, doc. 288, f. 131r.
C. *Resumen*, doc. 227.

In Dei nomine. Hec est carta donacionis que facimus ego, Geraldus et Arnallus de Trogo fratres, domno Deo et beato Petro de Ager pro anima fratris nostri et omnium parentorum nostrorum. Donamus in manu Gillelmi, abbatis, et clericis eiusdem loci eorumque successoribus unum hominem in Cabrera, et uno molino qui est ad illa Cantarella, et una terra qui est super ipso plano de Sancta Maria. Et affrontat ipsa terra de oriente terra de Maria de Berenger[1] de Clarmont, de occiduo Pere Bonet, ab aquilone ipsa uia, de meridie nos, donatores. Et est manifestum. Quod, si nos, donatores, aut aliquis nostre proienie, qui hanc carta irrumpere uoluerit, non in hoc ualeat, set in duplo componat.

Facta ista carta anno ab incarnacionis Domni M°C°L°VII°, regnante R[aimundo] Berengario.

Sign+um Geraldi. Sign+um Arnaldi, fratri sui. Sign+um Valenza. Sign+um Rodlan de Blancafort. Sign+um Raimon, filio suo. Sign+um Bernardi de Arancis. Sign+um Martin Placian. Sign+um Petri sancti Iusti, capellani sancte Marie.

Michahelis, sacerdos, rogatus scripsit +.

1. *La lletra inicial és dubtosa: sembla una u obliterada amb una ratlla vertical.*

338

1158, juny, 4

Arnau Giribert entrega una vinya ubicada a Lavaner, que té en penyora de trenta sous, a Sant Pere d'Àger sub modo *de determinades honres fúnebres; en cas de rescatar-se la penyora, l'import serà entregat a l'esmentada església.*

A. ACL, fons d'Àger, caixa 171, doc. 144, Car. 1934.
B. Cartulari, doc. 117, f. 64r.
C. *Resumen*, doc. 228.

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego, Arnallus Guirberti, offero [.....] corpus domno Deo et beato Petro Apostolo. Et hoc facio in uita mea in manu Guillelmo, abbati, uel aliorum cannonicorum in tali uero pacto, ut ad meum obitum recipiant meum corpus honorifice in ecclesia sancti Petri et faciant sepulturam bene, sicut facere debent homo probissimus. Et propter hoc suprascriptum, ut tali modo faciant sicut superius est scriptum, dimitto domno Deo et sancto Petro ipsa uinea de Lauaner in tali conuentu, ut tantum teneant cannonicis sancti Petri donec redimat Bigorra propter triginta solidos, et sit sua libera et solida ab integro ad suum proprium alaudem et ad facere suam uoluntatem. Et ego, Arnall Guirbert, trado de meo dominio in potestatem Bigorram in tali uero conuentu ut donet XXX solidos suprascriptos ille aut homo pro illo, qui propter suam uoluntatem dimiserit.

Facta ista carta II nonas iunii anno ab incarnacione Domni MºCºLºVIIIº.

Sign+um Ego, Arnall Girbert, qui hanc cartam rogaui scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Pebrada. Sign+um Pebradola. Sign+um Guillelmo, abbas, qui hoc laudo et afirmo. Sign+um Arnallo, preposito. Sign+um Guillelmo, priori. Sign+um Guillelmo Romani. Sign+um Elias, magistro. Sign+um Berenger de Castello. Sign+um Petro sancti Iusti.

Raimundus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

339

1158, juny, 23

Ramon Berenguer atorga testament. Nomena marmessors la seva dona, Maria, Ramon Pere de Sant Just, Odaç i Pere de Clarmont.

A. BC, perg. 4090 r, Car. 42.
B. ACL, fons d'Àger, doc. 921, Car. 148. Còpia notarial de 24 de novembre de 1316.
C. Cartulari, doc. 33, f. 23r-v.
D. *Resumen*, doc. 229.

Sub Trinitatis nomine sacro et eius gratia. Ego, Raimundus Berengarii, gratias Deo sum sanus et memoria plena, timeo

FUNDACIÓ NOGUERA

ut mihi ueniat repentina mors et de facultatibus meis tam Deo quam sanctis et hominibus unicuique separatim hanc scripturam plenisimo roboraui, ut, quando ex hoc seculo discessero, tam de meis mobilibus rebus quam inmobilibus ita sit largitum propter remedium anime maeae, sicut in hoc testamentum subterius erit prenotatum. Ideoque iubeo ut sint manumessores mei uxor mea, Maria, et Raimundus Petri sancti Iusti, et Odaz, et Pere de Clarmont.

Primitus dimitto ad ipsam Caualleriam de Iherusalem meum cauallum cum meis armis et, si non habuero cauallum, XX^{ti}. morabitinos.

Et, si minus uenerit de me, Maria, uxor Raimundi Berengarii, dimitto ubi corpus meum iacuerit meam mulam; et, si non habuero mulam; dimitto XX^{ti}. morabetins. Postea dimitto domno Deo et ecclesie sancti Petri pro anima mea ipsam turrim de Olm, totam ab integrum, et cum omni alaude quod ibi habeo, et cum exiis et regressiis et pertinenciis cunctis, sicuti habeo ego. Et Petrus de Olms teneat hoc quod ibi tenet ad seruicium sancti Petri. Et post obitum mulieri maeae dimito sancto Petro ipsam meam condaminam de Vilados et ipsam uineam de Agullon.

Dimito ad ipsam Caualleriam unum meum hominem, nomine Petrum Guillelmum.

Et ad ipso Ospital de Iherusalem unum hominem, nomine Guiem Felelmir, cum suis fratres in Ager cum hoc totum quod mihi facere debent.

Et ad sanctam Mariam Riuipollensis dimitto unum meum hominem in Ager, nomine Ramon Comparad.

Dimitto ad sanctum Petrum Ageris dimitto pro luminaria ipsas meas oliuas que sunt in uinea de Ager.

Dimitto ad sanctam Fidem de Blancafort pro luminaria ipsos meos oliuarios qui sunt in ipsa condamina.

Dimitto aduc ad sanctum Petrum Ageris unum hominem in Millano, nomine Bernardum Maleti, cum omne hoc quod mihi facere debet.

Dimitto filie mee Berengarie ipsum castrum de Millano et de Alarig cum omnibus suis pertinenciis et cum duas partes de dominico.

Et terciam partem dimitto Maience, filie mee, ut teneat in uita sua et, post obitum suum, reuertatur ad Berengariam totum

FUNDACIÓ NAVARRA

ab integrum, nisi unum hominem quod dimittat pro anime sue, et hoc de melioribus.

Dimitto Berengarie castrum de Castellione, et castrum de Os, et castrum de Tartarenc, et castrum sancte Lizinie, et castrum sancti Iacobi.

Dimitto filie mee Ermesendis castrum Ageris, sicuti ego habeo, et castrum Clariomontis, et ipsum honorem quod Odaz tenet propter me. Aduc dimitto ipsum castrum de Iuarz et castrum de Algerri in tali uero pactu, ut mulier mea sit inde domna et poderosa in uita sua et, post obitum suum, remaneat Ermesendi. Dimitto aduc castrum de Blanchafort Ermesendi, filie maeae.

Dimitto mulieri maeae ipsam meam porcionem de castrum Trogon ad suum proprium alaudem et ad facere suam uoluntatem.

Dimitto uxori mee ipsum mobilem, totum ab integrum, ut soluat inde illos debitos.

Dimitto filie mee Maience castrum de Pignana et de Box cum illo dominico de Pignana[1] et de Box ut teneat in uita sua et, post obitum suum, remaneat ad Maurin.

Omnem meum honorem et coniugem et filios et filias dimitto in baiulia domno Deo atque seniori meo, comiti Poncio atque uicecomiti[2] Gerallo, et de meis hominibus, et hoc per ben et non per mal. Et precor uos, seniores mei atque homines mei, quod, si aliquis uoluerit facere ullum tort ad meam coniugem uel ad filiis meis uel ad filias, ut adiuuetis eis ad defendere sicuti bonos[3] seniores atque bonos homines facere debent. Et precor uos, manumessores mei, quod, si mors mihi euenerit antequam alium[2] testamentum faciam, sicut superius est scriptum, ita faciatis et adimpleatis.

Actum hunc testamentum VIIII kalendas iulii anno ab incarnacione Domni Mº CºLºVIIIº .

Sig+num Raimundi Berengarii, qui hunc testamentum mandaui scribere et testibus firmare rogaui. Sig+num Domne Marie, qui hoc laudo et adfirmo. Sig+num Raimundi Petri sancti Iusti. Sig+num Odaz. Sig+num Petri Clariomontis.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. Pigna. 2. *Al marge esquerre hi ha un buit en un seguit de línies successives compreses entre els punts assenyalats.* 3. *Darrere hi ha obliterada la paraula* homines.

FUNDACIÓ NOGUERA

340

1158, octubre, 17

[A] Car. doc. 522.
B. *Compendi* 522.
C. *Resumen*, doc. 230.

Ramon Pere de Sant Just, se ofereix a Déu, y a la Iglésia de St Pere, ala Regla dels Canonges, en mà del Abat Dn Guillem, y de sos Canonges, y deixe a dita Iglésia per redemció de sa Anima, un Mas, y Heretat que tenía, ab tots sos Drets sens reservarse cosa, y també les servituts que tenia comprada en empeño per 200 S en lo terme de Cas, y també alguns censos que li fèyan en Oroners, y un Mas que tenia en Castello, ab molts censos, y lo Delme, y també altres bens que tenia en Algerri, y en Albesa.

A 15 delas Kalendas de No[v]embre any 1158

341

1158, octubre, 29

El vescomte Guerau Pons restitueix en donació mixta a Sant Pere d'Àger l'alou de Vilamajor, del qual s'havia apropiat injustament, i uns molins.

A? ACL, fons d'Àger, doc. 839, Car. 509.
B. Cartulari, doc. 76, f. 45v-46r.
C. BC, perg. 4316, arxiu 541, PEROT D'ÀGER, *Llibre y Rational de la villa de Ager*. Còpia en paper de 1534. Còpia ex B.
D. *Resumen*, doc. 231.
a. SANAHUJA, *Historia de la villa de Ager*, ap. 32, pp. 352 i ss.

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego, Gerallus uicecomes, diuina inspiracione compunctus, dono, reddo ac deffinio domno Deo et ecclesie sancti Petri ipsum meum alodium de Vilamaiore, totum ab integro. Hoc autem facio propter donum quod domnus Arnallus Mironis et Gerallus Poncii, auus meus, dederant ecclesie sancti Petri in suis scriptis. Et ego agnosco quod feceram inde magnam iniuriam supradicte ecclesie et magnum tortum de supradicto alodio de Vilamaiore et de illos duos molendinos, qui sunt subtus uilla[1] de Ager. Hoc autem totum suprascriptum dono, reddo ac diffinio domno Deo et ecclesie sancti Petri, scilicet ipsum alodium de Vilamaiore cum molendinis prescriptis, ad proprium alodium, sicuti ego habeo uel habere debeo, cum decimis et primicii et sine ulla resseruacione.

Et retineo ibi ad opus Guillelmi Berengarii ipsum alodium, quod dederam ei propter emendam de ipsam quartam partem molendini de Barbelles et de domibus de Iuarç, quod dederam Raimundo Arberto, et teneat tantum donec sit ei emendatum in meo honore[2] ad ualorem illius molendini et de domibus. Aliud totum, quomodo superius scriptum est, sic dono ac reddo domno Deo et ecclesie sancti Petri in manu Guillelmi, abbatis, aliorum cannonicorum ad proprium alodium; et de meo iure trado dominio et potestate tali uero pactu, ut abbas predicte ecclesie non possit dare uel alienare ad damnum eclesie. Ego autem, Gerallus iamdictus, hoc donum suprascriptum facio propter redempcionem anime maeae et parentum meorum et ut omnipotens Deus dimittat nobis omnia peccata nostra. Et accipio de supradicta ecclesia et de manu Guillelmi, abbatis, aliorum cannonicorum LX morabetinos optimos. Hoc donum facio, sicuti superius scriptum est, cum aexiis et regressiis suis et pertinenciis cunctis ab omni integritate per fidem sine ullo malo ingenio, sicuti ullus homo intelligit aut melius intelligere possit, ad profiscuum ecclesie. Et est manifestum. Quod si, ego, donator, aut ullusque homo uel femina, qui hanc cartam donacionis pro inrumpendum uenerit aut inquietare uoluerit, in duplo uobis componat aut componant; postea iram Dei inueniant et cum Iuda traditore in inferno inferiori porcionem accipiant.

Actum est hoc IIII kalendas nouembris anno ab incarnacione Domni MºCºLºVIII.

Sign+um Geralli, uicecomitis, qui hanc cartam donacionis mandaui scribere et testibus firmare iussi. Sign+um Berengarie, uicecomitisse. Sign+um Poncii Geralli, filius eius. Sign+um Raimundi Berengarii. Sign+um Petri Arnalli Castrumserris. Sign+um Bernardi Stopagnani. Sign+um Artalli de Foxan. Sign+um Arnalli sancti Adiscli. Sign+um Arnalli sancti Stephani. Sign+um Arnalli de Guiri. Sign+um Nodacii. Sign+um Raimundi Pennalbe. Sign+um Guillelmi Berengarii.

Sign+um Comes Poncius, qui hoc donum prescriptum laudo et adfirmo.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *La primera* l *escrita a sobre entre línies.* 2. sit... honore *escrit sobre un text raspat.*

FUNDACIÓ NOGUERA

342

1159, març, 31

Ramon Olivar i la seva esposa, Berenguera, venen a Bernat Fauleta i a la dona d'aquest, Florència, pel preu de vint-i-tres sous una vinya a Àger, a l'indret anomenat Santa Coloma.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 27, Car. 1963.
B. Cartulari, doc. 155, fol 80r-v.
C. *Resumen*, ap., doc. 32.

In Dei nomine. Ego, Raimundus Oliuarii, et uxor mea, Berengaria,[1] uinditores sumus tibi, Bernad Fauleta, et uxor tua, Florenza. Per hanc scripturam et propter nostram bonam uoluntatem et quare nobis est magnum opus, uindimus uobis una uinea in castrum de Ager, in locum que uocant Sancta Columba. Afrontat ab oriente Mir Galos, ab occidente coma de Gilelm Guarner, ab aquilone Companno, de meridie nos, uinditores. Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, quod superius scriptum est, sic uindimus uobis cum aexiis et regresiis et suis pertinenciis, ab omni integritate ad uestrum proprium alodium et ad uestram uoluntatem facere. Et est precio placibile, quod de uos accepimus, solidos XX^i^. et III. Et est manifestum. Quod, si uinditores aut ullus homo uel femina, qui ista carta ad inrumpendum uenerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat.

Facta ista carta II kalendas aprilis anno ab incarnacione M^o^C^o^L^o^VIIII^o^ .

Sig+num Raimundus Oliuarii. Sig+num Berengaria. Qui hanc carta mandauimus scribere et testes firmare. Sig+num R. Rog. Sig+num Berenger. Sig+num Pere. Sig+num Gilelm. Sig+num Bernad. Sig+num Dolcza. Sig+num Guilelm Guarner. Sig+num Mir Galos. Sig+num A. Lugana. Hec sunt testes uisores et auditores.

Bernardus Amindula, leuita, scripsit sub die et anno + quo supra.

1. *La* i *sobresurt de la caixa de la línia. Pel que sembla, es tracta d'una correcció posterior.*

343

1159, maig, 11

Maria, el seu fill Pocollull, la dona d'aquest, Maria, Bernat i la seva dona, Sança, venen a Pedrona i al seu marit, Pere, pel preu de

FUNDACIÓ RAMON ESCOLA

dotze denaris una vinya ubicada a Àger, a l'indret anomenat Puig d'Anyarel.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 111, Car. 1966.
B. Cartulari, doc. 353, f. 166v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Maria, et filio meo, Pocolul, et uxor sua, Maria, et Bernad, et coniux sua, Sancza, uobis emtoribus [nostris, nomi]ne[1] Sancza et filia tua Pedrona, et uiro suo, Pere. Per hanc scripturam [uindi]cio[nis][1] nostre uindimus uobis una uinea in termino de Ager, in loco nominato ad Pug An[na]rel.[1] Aduenit nobis de parentorum uel de omnesque uoces. Affrontat ab horiente in uia, de meridie in nos, uinditores, de occiduo in uinea de Arpi, ab aquilone in uos, comparatores. Quantum infra iste affrontaciones includunt, quod superius scriptum est, sic uindimus uobis cum exiis uel regressiis et pertinenciis suis uel cum arbores, qui ibi sunt, ad uestrum proprium alaudem ad facere uestram uoluntatem propter precio placibile, quod de uos accepimus, XII denarios. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut homo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, non possit facere, set in duplo uobis componat aut componamus.

Que est acta V idus madii anno C°L°VIIII° post millesimum ab incarnacione Domni.

Sign+um Ego, Maria et filiis meis, Pocolul et Bernad, et uxores eorum, qui ista carta iussimus scribere et testes firmare. Sign+um Bonet Arpi. Sign+um Gualter. Sign+um Bernad Calbert.

Bernardus, leuita, scripsit sub die et anno + quo supra.

1. *El pergamí està malmès.*



344

1159,ª juny, 12

Emmo fa donació d'un alou, procedent del seu dot, a Sant Miquel de Montmagastre.

A? APA, Car. 346.
B. *Resumen*, doc. 324.

In nomine Domni. Ego, Em femina, donator sum domno Deo et sancti Michaelis ipsum meum alaudium de ipsa bassa, que ego habeo in dote quod fecit mihi uirum meum, nomine Bernardus Mironi. Et est ipsum alaudium in castro Momagastre, in locum

que dicunt ad ipso Collo. Et abet afrontaciones de II partes in uias, de III in alaudio de Arnallus Guillelmi, de IIII uero parte in alaudio sancti Michaelis. Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti termini continent, sic dono et trado domno Deo et sancti Michaelis ipsum alaudium suprascriptum, totum ab integro, cum exiis et regressiis et suis pertinenciis pro redemcione anime mee et de uiro meo uel parentum meorum. Et est manifestum. Quod, si ego, donator, aut ullus homo uel femina, homines uel feminas, qui ista carta donacionis uoluit disrumpere uel inquietare, in duplo eam componat aut componam cum sua melioracione; et in antea ista carta firma sit omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta ista carta donacionis II idus iunii anno C.L°VIIII post mille.

Sig+num Em, qui ista carta donacionis rogaui scribere et ad testes firmare feci, et cum manu mea firmaui. Sig+num Arnallus Charriga. Sig+num Ioan Compan. Sig+num Arnallus Petri. Isti sunt testes uisores et auditores.

Arnallus, presbiter, rogatus scripsit + die et anno quo supra.

a. *Tant el* Compendi *com el* Resumen *donen el 1177 com l'any d'aquest document. La part final de la data té un esborrall produït per la humitat. Sí que hi ha certa distància entre la* L *i* VIIII, *però nosaltres no hi apreciem cap senyal. El que sí que ens sembla totalment incomprensible és d'on degué treure Caresmar el número 77.*

345

1159, novembre, 14

Arnau d'Anglesola i les seves germanes, Sança i Ilisén, amb el vistiplau de la seva mare, Berenguera, donen a Arnau de Casserres la meitat de l'honor que tenen entre Castelló [de Farfanya i Os de Balaguer], així com la meitat de les millores que s'hi puguin fer. Igualment es comprometen a donar-li la meitat de la torre i l'almúnia del Corb, en el cas que finalment en siguin els propietaris.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1015, Car. 1560. Quiròg raf partit per A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y.

B. *Resumen*, doc. 232.

In nomine Domni. Ego, Arnallus de Anglerola, una cum germanas meas, nomine Sancia et Ilichsen, cum consilio et uoluntate de matre nostra, domna Berengaria. Placuit nobis, libenti animo et spontanea bona uoluntate, ut facimus cartam donacionis

uobis, domno Arnallo de Casserras et uxori uestre et filiis uestris et omnia posteria uestra. Donamus uobis per uestrum bonum seruicium et per bonum nostrum amorem de nostrum honorem quem habemus infra terminos de Castellone ad Os, quid nobis[1] aduenit de nostro auiatico et de nostro patrimonio. Donamus uobis in supradicto castro et in [ui]lla[2] et in suis terminis medietatem de omnia que habuit et tenuit Arnallus Berengarius de [Angle]rola,[3] auus noster. Et ad me, supradicto Arnallo, et ad meas germanas aduenit de nostro patrimonio. Id sunt hominibus cum suis tenedonibus, et terris, et uineis, et casas, et casalibus, ortis, ortalibus, arboribus fructiferis et infructiferis, molendinibus cum aqueductibus et reductibus et aquariis suis, de cultum et incultum, de heremum et de plantatum; de totum in simul donamus uobis et ad filiis uestris et ad posteritate uestra medietatem ab integrum cum exiis et regressiis suis franchum et liberum ad uestro proprio alaudio et ad facere uestra propria uoluntate per secula cuncta, ut ita habeatis ingenum et liberum sicuti nos habemus et tenemus. Et, si rem ullam possumus meliorare nec examplare per qualicumque uoces in supradicto castro, quid nobis adueniat de supradicto auio nostro, similiter donamus uobis medietatem sicut spradictum est. In ipsam autem turrem et almuniam, quod dicitur Coruo, si habemus eam et aduenerit ad nostram partem, similiter donamus uobis medietatem in tali dono et pactu sicut hoc alium supradictum. Et est manifestum.

Facta ista carta donacionis XºVIII kalendas decembris anno ab incarnacionis Domni MºCºLºVIIIIº, regnante Raimundo Berengarii, Barchinonensium comite, Aragonensium principe et in Ilerde et Dertose.

Gerallus, uicecomes in Ager et in supradicto Castellone. Sig+num Domna Berengaria. Sig+num Arnallus de Anglerola. Sig+num Sancia. Sig+num Ilichsen. Qui hanc cartam rogauerunt scribere et testes firmare et suas signas facerent. Sig+num Arnallus de Cornelian. Sig+num Arnallus Berengarius de Falces. Sig+num Gomballus de Siscare. Sig+num Bernard de Castellone. Sig+num Petrus de Bescharre. Isti sunt testes.

Ermengaudus de Chas[4] scripsit et hoc sig+num fecit die et anno quo supra.

1. nobis *repetit*. 2. *El pergamí està lleugerament rosegat*. 3. *Hi ha un esborrall*. 4. *Al* Compendi *i al* Resumen *l'abreviatura és* subdiaconus*, però al final és molt clara*: dchas*. A més, és l'únic document signat per aquest rogatari.*

NOGUERA

346

1159, desembre, 21

Bernat d'Amèndola, que vol anar en pelegrinatge a Jerusalem, atorga el present testament. Nomena marmessors Ramon, sagristà, i Pere Amat.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 465, Car. 1753.
B. Cartulari, doc. 167, f. 84v-85r.
C. *Resumen*, doc. 233.

Sub Trinitatis nomine sacro et eius gracia. Ego, Bernardus de Amindula, uolo pergere in Iherusalem ad sanctum sepulcrum Domni. Volo et mando quod, si mors mihi euenerit antequam alium testamentum faciam in isto itinere, ita res maeae distribute sint sicut in hac pagina ordinare iussero. Manumessores mearum rerum istos iubeo esse: Raimundus, sacricustos, et Petrus Amati, et isti habeant potestatem ex omnibus meis rebus. In primis dimitto domno Deo et ecclesie sancti Petri Aggeris unam terram et unam uineam, quod mater mea mihi dedit. Et est ipsa terra ad illos Mudares. Et illa uinea est ad Cortinas; adfrontat a parte orientis in uinea Pocollule, de meridie in uinea Martini Raimundi Iohani, ab occidente in uinea Guillelmi Rogi, ab aquilone in uia publica. Et ex ipsis duobus oliuariis qui sunt in illa uinea, dimitto unum oliuarium ad sanctum Nicholaum et alium ad sanctam Mariam Ageris cum meam porcionem de ipsis oliuariis quod habeo in terminum Amindule Alttmans?, quod pater meus mihi dedit tali uero pactu, ut ipsi sacricustodes, qui erunt ecclesie sancti Petri, omni tempore teneant lampadam unam in omnibus sabatis Quadragesime et in Aduentum Domni. Aduc dimitto LX solidos denariorum quod Iohanis de Ager mihi debet, et IIII^{or} morabotinos quod Bernardus de Cion mihi debet. Et, si minus uenerit de me in isto itinere, date unum morabotinum Poncio Borser, meo compatri. Et, quando finem meum audieritis, tenete bene et optime refectorium[1] sancti Petri unum diem et scribatis mihi in capitulario, et faciatis mihi omni tempore aniuersarium. Et alium, qui remanet, dimitto ad opera ecclesie sancti Petri tali uero pactum, ut recolligant et sepeliant mea mater in cimiterio ecclesie sancti Petri. Precor uos, manumessores mei, ut, sicut superius prenotatum est, ita teneatis et adimpleatis, et sit Deus inter me et uos.

Actum est hoc XII kalendas ianuarii anno ab incarnacione Domni M^{o}C^{o}L^{o}VIIII°.

Sign+um Bernardi, qui hunc testamentum iussi scribere et testibus firmare rogaui. Sign+um Ermessendi, mater eius. Sign+um

Guillelmi Raimundi, prioris. Sign+um Magistri Elie. Sign+um Raimundi, sacricustodi. Sign+um Petri Amati. Sign+um Poncii Borser.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. refrectorium.

347

1160, març, 14

Guillem de Vedrenya es querella pels seus drets al castell de Cabestany enfront de Bernat Ramon, Berenguer Ramon i Guerau Ramon. Com que la seva demanda no és satisfeta, fa davant dels jutges una declaració de fadiga *o* fatigatio.

A?[a] ACL, fons d'Àger, doc. 255, Car. 846.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Anno ab incarna[cione][1] MºCºLºVIIII, pridie idus marcii, sic querelauit Guillelmo de Vedrenna ipsum castrum de Capud Stagnum ad Bernardus Raimundi et ad Berengarius Raimundi et ad Gerallus Raimundi. Et noluerunt ei facere directum in presencia Mironus Arnalli de Calasancz, et Raimundus Guadalli, et Guillelmus de Castellioni, et de Iohanes de Caput Stagnum, et Petrus Galindi, sacer, et alii pluri homines; et propter hoc iratus fecit consilium ipsum que illis uoluerit per fadiga de directum quod in illis inuenit.

Sig+num Mironus Arnalli. Sig+num Raimundus Guadalli. Sig+num Guillelmus de Castellioni. Sig+num Iohanes. Sig+num Petrus Galindi, sacer. Nos, qui uidimus et audimus ista fadiga.

a. Caresmar diu que es tracta d'una simple còpia perquè hi manca el rogatari. Nosaltres ho veiem com una senzilla *notitia*.

1. *El pergamí està lleugerament cremat al centre de la seva part superior.*

348

1160, abril, 11

Arnau d'Anglesola dóna a Sant Pere d'Àger els acapetos *fets per Arnau d'Anglesola a...*

A. APA, Car. 282.[a]

FUNDACIÓ NOGUERA

B. *Resumen*, doc. 234.

[Notum sit][1] omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego, Arnallus de [.....][1] ecclesie sancti Petri cum consilio[.....].[1] ipso acapte quod feci de Arnallo de Anglerola in Castelionis uel in suis terminis de totas ipsas [...].[1] ecclesie sancti Petri de totum ab integrum. et dimitto ipsam [.....].[1] partem cum medietate de [.....].[1] Bernardo de Castellnou. Hoc totum suprascriptum dono ac concedo ecclesie sancti Petri[.....].[1] Castellione, et de meo iure trado in uestro dominio ac potestate cum exiis et regre[siis et suis pertinenciis][1] ab omni integritate ad uestrum proprium alaudem et ad facere uestram uoluntatem. Et est manifestum. [Quod si][1] ullusque homo uel femina qui han cartam donacionis ad disrumpere uenerit, induplo componat aut componam.

Actum est hoc III idus aprile anno ab incarnacione Domni MºCºLXº.

Sign+um [Arnalli][1] de Anglerola, qui istam mandaui scribere et testes firmare iussi. Sign+um [.....],[1] sororis eius. Sign+um Marie, uxoris Arnalli de [.....][1] qui hoc concedo et adfirmo et testibus[.....].[1] Sign+um Raimundi Berengar[...][1]. Sign+um Rodlandi. Sign+um Petri sancti Iusti. Sign+um Petri Bertrandi de Pilzan. Et ego, Petrus Arnalli, dono unum bosc sancti Petri in Mont[.....][1] Alarig cum omni sensu et cum omni decima quod mihi facit atque dat. Similiter dono medietatem de una uinea et de una coma, et aliam medietatem retineo ad opus meum [.....],[1] et post obitum meum sit totam ab integrum de sancto Petro.[2]

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

a. *Caresmar dóna com a reproduït aquest document amb el núm. 218 al f. 103v del Cartulari, però es tracta d'una errada.*

1. *El pergamí està bastant borrós en conjunt, té una part rascada i una altra té la tinta esvanida.* 2. medietatem... Petro *afegit al peu del pergamí després de la subscripció del rogatari.*

FUNDACIÓ

349

1160, abril, 20

Ramon Berenguer dóna a Sant Pere d'Àger unes oliveres ubicades a Àger. Dóna també a l'altar de Santa Maria de la mateixa església

dotze oliveres situades a la Guàrdia de Règola. Ambdues donacions estan subjectes a la clàusula modal que cremi una llàntia en determinades dates.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1227, Car. 573.
B. Cartulari, doc. 394, f. 184v.
C. *Resumen*, doc. 235.

In Christi nomine. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Raimundus Berengarii, sum donator domno Deo et ecclesie sancti Petri ipsas nostras oliuarias, qui sunt in mea uinea de Ager, et nominatim sunt quatuor calzs ipsas oliuarias. Et dono eas totas ab integro in tali uero conuentu, ut omni tempore sacricustos predicte ecclesie accendat unam lampadam ante altare sancti Petri, qui ardeat per totam Quadragesimam. Et adhuc dono ipsas meas oliuarias quem abeo ad ipsa Guardia de Regula cum mulier Petro Mulner et filiis. Et sunt ipsas oliuarias XII, et dono eas ad altare sancte Marie in tali pacto, ut omnes sabatos de anno ab integro ardere faciat sacricustos unam lampadam ante ipsum altare; et filiis de Petro Molinarii laborent illas oliuarias bene, et per illam laboracionem accipiant medietatem de ipsas oliuas; et, si bene illas non laborant, nil accipiant in illas oliuas et totas ab integro aprehendat sacricustos, et teneat ipsam lampadam suprascriptam ante altare sancte Marie sabatos ad uesperum per omni tempore. Et, quomodo suprascriptum est, ita abeant altare sancti Petri et altare sancte Marie omni tempore ad proprium alodium pro anima mea et parentum meorum sine blandimento de nulli filii mei uel filie. Et de meo iure in potestatem sancti Petri trado et sacricustos predicte ecclesie.

Facta ista carta XII kalendas madii anno ab incarnacione Domni MºCºLXº.

Sign+um Raimundus Berengarius, qui hunc donum mandaui scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Raimundo sancto Laurencio. Sign+um Ameli. Sign+um Bernardo Berengario.

Raimundus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

350

1160, maig, 4

Bernat Camarro i la seva dona, Gazola, venen a Bernat Fauleta i a Florència, muller de Bernat, una vinya a Lavaner. No consta el preu.

FUNDACIÓ

B. Cartulari, doc. 223, f. 105v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Qualiter Bernardus Camario uendidit Bernardo Fauleta quandam uineam que est a Lauaners.

[I]n[1] Christi nomine. Ego, Bernard Camarro,[2] et uxor mea, Gazola, uobis emptoribus nostris, B. Fauleta et uxor tua, Florença. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus uobis una uinea que est in terminibus de Ager, in locum que uocant Lauaner. Aduenit nobis de plantacione uel de omnesque uoces; habet afrontaciones: de una parte in torrente, de alias tres partes partes in Bonet Dialo. Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus uobis cum exiis uel regressiis et suis pertinenciis ab omni integritate ad uestrum proprium alodium et ad facere uestram uoluntatem uos et qui uolueritis dare uel uindere atque dubitare; et in antea ista carta firma et stabilis maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta ista carta IIII° nonas madii anno ab incarnacione Domni M° C° LX°.

Sig+num Ego, Bernardi. Sig+num Gazola. Qui hanc cartam mandaui scribere et testes firmare firmarique rogauimus. Sig+num Peret. Sig+num Ermessen. Sig+num Maria, sorori sue. Sig+num Iohan Picer. Sig+num Bigorra. Sig+num Alegret et fideiussor de saluetate.

Raimundus, leuita, rogatus scripssit sub die et anno + quo supra.

1. *Vid. la introducció.* 2. r *afegida a la interlínia.*

351

1160, juny, 13

Arnau Joan i la seva esposa, Ermengarda, venen a Pere Amat i a la seva dona, Ermessén, una terra a Verbel pel preu de dotze diners.

A. APA, Car. 308.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Arnall Iohan, cum uxore mea, Ermeniards, uobis emptoribus nostris, Petrus Amati et uxori uestre, nomine Ermessen. Per hanc scripturam uindiccionis nostre uindimus uobis unum uancal siue terra in termino de Ager, uocitato loco ad Verbell. Affrontat illa terra de una parte in torrente, de

alia in uia publica que uadit ad illos trulls, de tercia in roca. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus uobis illa terra cum exiis et regressiis[1] et suis pertinenciis cunctis ad uestrum proprium alaudem et ad facere uestram uoluntatem. Et hoc propter precium placibile quod uobis placuit dare et nobis aprehendere XII^{m}. diners. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut ullusque homo uel femina, qui hanc cartam uindiccionis pro inrumpendum uenerit, in dupplo uobis componat aut componamus cum sua melioracione.

Actum est hoc die?[2] idus iunni anno ab incarnacione Domni M^{o}C^{o}LX°.

Sign+um Arnalli Iohanni. Sign+um Ermeniardis. Sign+um Berengarii. Sign+um Aalez. Nos, qui hanc cartam uindiccionis mandauimus scribere et testibus firmare rogauimus. Sign+um Raimundi Exabelli. Sign+um Bertrandi Benedicti. Sign+um Boneti Olibe.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. regrressiis. 2. *Lectura dubtosa, ja que tot el text està tacat a causa de la humitat.*

352

1160, agost, 24

Pere Secundo i la seva muller, Ramona, donen a Sant Miquel de Montmagastre dues peces de terra i dues de vinya i un camp d'oliveres, tot ubicat a Montmagastre, i vint sous en diners.

A. APA, Car. 333.
B. *Resumen*, doc. 236.

Sit notum a cunctis presentibus et futuris quod ego, Petrus Secundi, cum uxore mea, Raimunda, donatores sumus domno Deo et sancti Michaelis Archangeli II sortes de terris et de II sortes de uineas et quartam partem de I oliuario que abemus apud sancti Michaelis a Rarig et oliuario I qui est in alodio de sorte de Perela; et adhuc damus de ipso mobile XX solidos; et est binnia in terminos de castre Mamagastre; et est I sorte de terra super ipsa fonte de Osenz que comparauimus de Ermessen Guina; et est ipsa alia sorte de terra in coma de Osenz, et afrontat in ipso torrent, de alias totasque partes in alodio de Ramon Ra-

rig; et ipsa I sorte de uinea que abemus in ipsa co[ma] sancti Yohanis que abemus aput Raimundo Rarig; et ipsa alia sorte de uinea que abemus apud Petro Guasch ipsas malotas, sic damus domno Deo et sancti Michaelis pro animas nostras et parentum nostrorum tam uiuis quam et defunctis ; et ipsas terras et uineas qui sunt suprascriptas teneat I de propinquis nostris per sancti Michaelis; et donet suus directum. Quod, si nos, donatores, aut aliquis homines uel femine qui [istam cartam] donationis uoluerit disrumpere uel inquietare, in quadruplum componat aut componamus cum sua melioracione, et in antea ista carta firma sit omnique tempore.

Facta ista carta a[nno incar]nacione Domni C°.LX° post millesimum, VIIII kal. september.

Sig+num Petrus Secundi. Sig+num Raimunda. Qui ista carta rogauimus scribere et testes firmare feci[mus] et cum manus nostras firmamus. Sig+num Bernardus de Podol. Sig+num Guillelmo de Casal Redon. Sig+num Guillelmo Ferrer.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit et + die et anno quo supra.

353

1160, octubre

Pere Arnau amb els seus germans Ramon, Joan i Arnau, i la mare d'aquests, Ermessén, venen a Pere de Viacamp, Pere, cunyat de l'anterior, i Maria, cunyada dels venedors, tot l'alou que tenen a Os i que prové d'una anterior donació de Ramon Berenguer. El preu és de vuitanta sous i set ovelles.

A. BC, perg. 3983, Car. 2363.
B. *Resumen*, doc. 237.

In Dei nomine et eius gratia. Ego, Pere Arnall, cum fratres meos nominati Ramon Arnall et Ioan Arnall et Arnall, presbiter, et mater nostra, Ermessen, uenditores sumus uobis, Pere de Viacamp et ad Petro, cognato tuo, et cognata nostra, nomine Maria, nostrum alaude quod abemus in kastrum de Hos, illud quod nobis dedit Ramon Berenger. Hoc est kasas kasalibus, ortis ortalibus, terris et uineis cum ipso molendino,[1] cultum uel eremum ad facere uestra uolumptate per secula cuncta[2] cum ipso mobile qui ibi est nostrum, uaxillis et ferramentis, et alium totum qui ibi est, salua

fidelitate Ramon Berenger, propter precium placibile, quod inter nos et uos aduenit, scilicet octuaginta solidos denariorum et VII^{em} oues. Et ipsa dote, quod abeo in Figerola, relinquo ad congatos meos pro ista uendicio, et de ipso precio apud uos, emptores, nichil remansit, et nos, uenditores, de presente illut accepimus. Et est manifestum. Quod, si ego, Pere Arnall, cum mea mater et fratres mei iam suprascripti aut aliquis homo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, non ualeat, set in duplo uobis componat.

Facta ista carta mense octuber Era M^{o}C^{o}XC^{o}VIII°.

Sig+num Pere Arnall. Et sig+num mater nostra, Ermessen. Et sig+num Ramon Arnall. Et sig+num Ioan Arnall. Et sig+num Arnall. Nos, qui ista carta rogauimus scribere et testes firmare et suas signas facere. Et sunt uisores et auditores et testimonii Pere Bouet et eius sig+num. Karuin et eius sig+num. Arnall Clauiger et eius sig+num. Domnus Ramon Berenger laudat et firmat ista uendicio et eius sig+num.

Pere Guilelm, sacer, rogatus scripsit et hoc + signum fecit.

1. cum ipso molendino *afegit a la interlínia.* 2. *Darrere hi ha una* s *obliterada.*

354

1160, desembre, 17

Ermessén fa donació universal als seus fills sub modo *que la serveixin com a bons fills durant la resta dels seus dies.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 57, Car. 1496.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Ermessen femina, et Er[mengards][1] Miranda?, et Ramon et uxor tua, De[.....]s[1] nostre donamus uos per nostra bon[a][2] uoluntate omnem nostram [...][1] abemus uel abere debemus in castrum Ageris uel in suis terminis. Id su[nt.....] aribus[1], casas, casalibus [cum][1] arboribus, cultum uel eremum. Omnia suprascripta abeant [.....][1] per medietatem [.....][1] uos in tali conuentu ut stiatis nobiscum in uita nostra de nos ambo et abeatis in simul ui[...][1] uestrum et seruiatis nobis quomodo boni filii debent seruire ad suas matres. Et post obitum de nos [.....] bus[1] si uolueritis stare, sic non facite uestra uoluntate. Et adlogent [nos]tros[1] infantes secundum [.....][1] in ipsa mansione. Et, si hoc non uolueritis facere aut non potueritis, abeat unusquisque suam

porcionem, et de mobile retinet se Ermessen de ipsa sua parte, qui est medietate, terciam partem ad s[uam][1] uoluntatem facere, et Ermengars similiter. Aliud mobile siat de Poculul et Ramon totum [.....]guam[1]. Et non faciamus nullum extractum. Et nullus de nos qui exierit de ista conueniencia et [.....][1] directum bonis hominibus non se emendauerit usque ad XXX^ta^. dies, perdat medietatem de suos directos.

Que est acta X^o^VI^o^ kalendas ianuarii anno ab incarnacione Domni post millesimum C^o^LX^o^.

Sign+um [Erme]ssen[1] et Ermengars, qui hanc cartam mandauimus scribere et testes firmari fecimus. [.....][1] mobile uel sel[.....]tit[1][.....]uit[1] Poculul et Ramon de suas uxores abeant per medietatem. Sign+um Pocolul. Sign+um Ramon. Sign+um Raimunda. Sign+um De[.....][1]. Sign+um Pocolul. Sign+um Emeric. Sign+um Bonet.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

[.....]as[1] et presalias et plantaciones [...][1] Ramon et Poculul per medietatem.

1. *El document està escrit al revers del pergamí, està rosegat a la part superior central, a més la seva lectura és impossible al marge dret i en alguns indrets de la part inferior.* 2. *Hi ha un esborrall.*

355

1161, gener, 16

Martí Fumaç i la seva dona, Ermessén, Pere Salvany i la dona d'aquest últim, Ermessén, venen a Bernat Fauleta i a la seva muller, Florència, una terra a Àger, a la riba de Pinyana, pel preu de cinc sous.

B. Cartulari, doc. 249, f. 114r-v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Qualiter Martinus Sumaz uendidit Bernardo Fauleta quandam terram que est a riba Pinynana.

[I]n[1] Christi nomine. Ego, Marti Fumaç, et mulier mea, Ermessen, et P. Saluanyn, et uxori sue, nomine Ermessen. Vobis emptoribus nostris, B[ernardo] Fauleta et uxori uestre, nomine Florença. Per hanc scriptura uindicionis nostre uindimus uobis una terra in termino de Ager, in locum que uocant riba Pignana; afrontat ab oriente in terra Arnalli Guerrete, de meridie in torrent

siue in terra Petri Diaboni, de occiduo in illa roqueta, ab aquilone in terra Raimundi Comparati. Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus uobis ipsam terram cum exiis et regressiis et suis pertinenciis ab omni integritate, ad uestrum proprium alaudem, et hoc propter V^e^ solidos. Et est manifestum. Quod, si nos aut ullusque homo uel femina, qui hanc cartam uindicionis pro inrumpendum uenerit, in duplo uobis componat aut componamus.

Actum est hoc XVII° kalendas februarii anno ab incarnacione Domni M^o^ C^o^ LX°.

Sig+num Marti Fumaç. Sig+num Ermessendis. Sig+num Petri Saluagni, teste. Sig+num Ermessendi. Nos omnes qui hanc cartam uindicionis mandauimus scribere et testibus fir[mare][2] iussimus. Sig+num Petri Guillelmi. Sig+num Raimundi Bracabou. Isti sunt testes.

Bernardus, presbiter, rogatus scripssit sub die et anno quo + supra cum literis superpositis in linea quinta.

1. *Vid. la introducció.* 2. fir.

356

[1161, febrer, 22][a]

Guido i la seva dona, Guinedel, venen a Guillem Mercader pel preu de setze sous una vinya situada al terme d'Àger, a Lavaner.

A. APA, Car. 1986.
B. *Resumen*, doc. no consta.

[.....][1] Guinedel uinditores sumus uobis, Guilelm [.....][1] uindiccionis nostre uindimus uobis una uinea que [.....]nanis[1]. Aduenit nobis per [.....][1] uel omnisque [...][1] ente [...]uideta,[1] de occiduo in uinea Ramon Bracabou [.....][1] uinditores siue et Videta, de meridie in uinea Bonet [.....][1]istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindi[mus...][1] cum suis arboribus, et cum exiis ul regressiis et eorum pertinenciis [.....]ud[1] precio, que de uos accepimus, XVI solidos in diners. Et est mani[festum. Quod, si nos,][1] uinditores, aut ullus homo uel femina, qui ista carta disrumpere uo[luerit...],[1] in duplo componat aut componamus, et non [.....][1] ab incarnacione Domni millesimum C^o^LX^o^[...][1] et uxor sua Guinedel, qui hanc carta mandaui[mus...][1] firmari fecimus. Sign+um Bernad Ferrer. [.....][1] Steuan. Sign+um Bonet Caba[.....].[1]

[Bernardus, presbiter,][1] rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

a. *La data i el nom del rogatari al* Compendi.

1. *El pergamí està mutilat pel marge esquerre i la part restant està en molt mal estat de conservació.*

357

1161, abril, 1

Arnau d'Anglesola dóna a Sant Pere d'Àger les dues terceres parts d'un alou a Castelló, un home a Castelló amb tots els drets que el donant té sobre ell, així com la quarta part del delme que l'esmentat home ha de satisfer; aquesta darrera donació està subjecta a la condició suspensiva que el donant recuperi el castrum *de Castelló.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1153, Car. 574.
B. *Resumen*, doc. 238.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Arnallus de Anglerola, dono atque concedo ipsum alaudem quod dederam Arnallo de Castrum Serras, quantum ego habeo deliberatum abati in Castellione, uidelicet ad oras et a Torredam. Hoc totum suprascriptum dono atque concedo ecclesie sancti Petri atque Raimundo, abbati, aliorumque cannonicorum sicut traditum ei habeo, ut habeatis uos ipsas duas partes et Bernardus de Castellione ipsam terciam partem. Adhuc dono uobis unum hominem in Castellione, nomine Pet[r]um[1] Isarn, cum ipso capudmanso quod ille habet propter me in uilla Castellionis, et cum tota ipsa heredi[ta]te[1] quem tenet uel tenere debet in termino Castellionis siue de Balagarii, cum censis atque usaticis quod mihi facit et facere debet, et cum quartam partem de decima de illo homine, si mihi remanet castrum Castellionis. Hoc totum suprascriptum dono atque concedo ecclesie sancti Petri et Raimundo, abbati, et cannonicis ipsius loci, totum ab integrum, sicuti ego habeo uel habere debeo, cum illo orto in Sorte qui est prope ipsa sorte de sancta Maria. Et de meo iure trado in uestro dominio et potestate hoc totum suprascriptum ad faciendam uestram uoluntatem. Et est manifestum. Quod, si ego, donator, aut ullusque [homo uel][2] femina, qui hanc cartam donacionis pro inrumpendum uenerit, in duplo uobis componat aut componamus.

Actum est hoc die kalendis aprile anno ab incarnacione Domni M°C°LX°I°.

Sign+um Arnalli de Anglerola, qui hoc donum fecit et mandauit scribere et testibus firmare rogaui. Sign+um Petri de Besccharri. Sign+um Ameli. Sign+um Maurini. Sign+um P. de Casseres.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *Lleuger deteriorament al marge esquerre.* 2. *Petit esvoranc pel doblec.*

358

[1161][a]

Alexandre [III] agraeix a l'arquebisbe de Tarragona el zel mostrat a favor de l'església de Sant Pere d'Àger, l'exhorta a mantenir aquesta conducta i l'autoritza a ordenar l'abat, si ho creu convenient.

B. BC, perg. 4238, doc. 3, Car. 1007. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 240
a. KEHR, vol. II, n. 88, pp. 372.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri nostro[1] Terraconensi archiepiscopo [salutem et apostolicam benedictionem].[2] Dilectus filius noster Agerensis abbas nobis insinuauit, quod tu ei et fratribus suis superni conditoris intuitu beneficia plurima contulisti et eos a prauorum[3] molestiis uiriliter protegere in iusticiis suis propensius manutenere pariter ac fouere hactenus studuisti.[4] Vnde deuotionis[5] tue constantiam ex hoc in Domino collaudantes, gratiarum exinde tue caritati referimus actiones. Fraternitatem tuam per apostolica scripta rogamus[6] et exortamur atentius, quatinus[7] sicut bene incepisti, ipsos diligas manuteneas et eos tibi comendatos brachiss tue proteccionis ab iniquorum infestationibus[8] propensius tuearis. Ad hec discretioni tue mandamus ut, si consuetudo ipsius monasterii exigit et eum idoneum esse cognoueris, predictum filium nostrum abbatem benedicas.

a. *La data a Kehr.*

1. A.e.s.s.d.v.f.n. 2. *Manca.* 3. pauorum. 4. studuistis. 5. deuocioni. 6. f.t.p.a.s.ro. 7. q. 8. infestatioribus.

359

1162, juny, 8. Montpeller

Alexandre III confirma en la persona de l'abat els privilegis concedits a la col·legiata de Sant Pere d'Àger pels seus antecessors Nico-

FUNDACIÓ NICOLAU

lau II i Alexandre II, i l'eximeix de tota autoritat que no sigui la de la Santa Seu; li imposa com a reconeixement un cens anual de dos morabatins.

B. BC, perg. 4072, Car. 34. Còpia del segle XII.
C. ACL, doc. no consta, doc. 3, f. 2r-4r, Car. 150. Còpia del segle XII.
D. ACL, doc. 1079, doc. 3, f. 1v-2r. Car. 2510. Còpia del segle XII.
E. ACL, doc. no consta, Car. 2517. Còpia del segle XIV.
F. APA, Car. 29. Còpia 26-V-1313.[a]
G. APA, Car. 115. Còpia 23-VI-1436.
H. ACA, *Liber instrumentorum mon. Agerensis*, f. 5v. Cod. segle XIV. *Varia de cancillería*, 326.
[I] Car. 546. Exemplar perdut.[b]
J. CARESMAR, *Instrumenta varia*, p. 60, Convento pp. Franciscanos de Balaguer.[c]
K. *Resumen*, doc. 239.[d]
a. KEHR, vol. II, doc. 91, pp. 376-378.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Raimundo abbati monasterii sancti Petri Agerensis[1] eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam proffessis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito[2] reuocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, quod proprie et specialiter ad ius et tutelam sacrosante Romane ecclesie noscitur pertinere, ad exemplar predecessorum nostrorum sancte recordationis Nicholai et Alexandri Romanorum pontificum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiter obseruetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste et cannonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: castrum quod Ager dicitur cum omnibus pertinentiis suis et omnibus ecclesiis in circumadiacenti uilla constitutis, ecclesiam uidelicet sancti Vincentii, ecclesiam sancti Saluatoris, ecclesiam sancti Nicholai, castellum de Casso cum ecclesia et pertinentiis suis, castellum sancti Laurentii cum ecclesia et pertinentiis suis, castellum de Corcano cum ecclesia et pertinentiis suis, castellum de Regula cum ecclesia et pertinentiis suis, castellum de Stagna cum ecclesia et pertinentiis suis, ecclesiam Arundinar[um], ecclesiam sancti Iusti, ecclesiam

de Mindula, ecclesiam Claromontensem,[3] ecclesiam de Petra Pertusa, ecclesiam de Miliano, ecclesiam de Bellimontis, ecclesiam de Feceto, ecclesiam de Fenestris, ecclesiam de Valle Secura, ecclesiam de Blanchafort, ecclesiam de Castro Serris cum capellis suis, ecclesiam de Intenca, ecclesiam de Camporilii, ecclesiam de Naga, ecclesiam de Vallelodis, ecclesiam de Pignana, ecclesiam de Trogone, ecclesiam de Iuarco, ecclesiam de Algerre, ecclesiam Castellionis, ecclesiam Balagarii que est in ipsa Cuda cum decimis et primitiis et oblationibus ipsorum castellanorum, quartam[4] partem omnium ecclesiarum de Balagarii et uillis suis et terminis suis, scilicet[5] decimarum primitiarum et oblationum, uobis auctoritate apostolica confirmamus, ecclesiam de [O]s, ecclesiam Momagastrensis cum ecclesiis suis, ecclesiam de Artesa cum ecclesiis suis, ecclesiam de Bochcenich, castellum de Montcinis cum ecclesiis et pertinentiis suis, castellum de Foradada cum ecclesia et pertinentiis suis, ecclesiam de Castelnou[o], ecclesiam de Bechfret, ecclesiam de Manresana, ecclesiam de Comabella, ecclesiam de Lordano cum ceteris ecclesiis infra terminos eius positis, ecclesiam de Beschaire. Ad hec statuimus, ut nullus episcoporum uel [min]istrorum eius a clericis ibidem Deo seruientibus quodlibet seruitium aut redditum seu subiectionem aliquam indebite[6] presumat exigere. Censum etiam ab eadem ecclesia cum omnibus sibi pertinentibus nulla persona magna uel parua, sicut antiquitus[7] institutum est, exigat. Nulli insuper episcopo liceat in prefata ecclesia diuina officia interdicere aut de clericis ibidem commorantibus quemquam excomunicare uel ab officio diuino suspendere nec eos, qui ad eandem ecclesiam pro ecclesiasticis[8] sacramentis accipiendis uenire uoluerint, aliquatenus disturbare. In nulla quoque ecclesiam uestrarum sine culpa[9] clericorum ibidem existentium diuina pro[h]ibeantur officia uel clerici excomunicationi subdantur. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate uel tuorum quolibet successorum; nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi assensu uel fratrum pars consilii sanioris secundum Deum et beati Augustini regulam prouiderint eligendum, ita[10] quidem ut assensus fundatoris et patroni eiusdem ecclesie in eleccione abbatis a fratribus requiratur.[10] Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed illibata omnia et integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate. Ad indicium autem huius a sede apostolica percepte libertatis duos morabotinos nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc.

R.Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. BV.

+ Ego Gregorius Sabinensis episcopus. ss.

+ Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus s..

+ Ego Gualterius Albanensis episcopus ss.

+ Ego Iacintus diac. card. sancte Marie in Cosmidin ss.

+ Ego Oddo diac. card. sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.

+ Ego Ardicio diac. card. sancti Theodori ss.

+ Ego Cinthyus diac. card. sancti Adriani ss.

+ Ego Raimundus diac. card. in sancte Marie in Via lata ss.

+ Ego Ihoannes diac. card. sancte Marie in Porticu ss.

Datum apud Montem Pessulanum per manum Hermanni sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii, VI idus iunii, indictione X, incarnationis dominice anno M C LXII, pontificatus uero domni Alexandri pape III, anno III.

a. *Data equivocada* 6 idus ianuarii. b. *No hi ha cap referència d'aquest exemplar a Kehr. L'única notícia que en tenim és la de Caresmar.* c. *El* Resumen *s'equivoca una vegada més en donar els números dels pergamins que presenten aquest document: ens ofereix el 2210, quan es tracta d'un altre document, mentre que desconeix 29, 115, 546, 2517.*

1. Agerensi. 2. preposito. 3. Claromontensi. 4. quartam.... *esborrat.* 5. cilicet. 6. *Després de* indebite *apareix escrit a sobre* contra rationabilem consuetudinem hactenus obseruatam. 7. *Entre* sicut antiquitus *i* exigat exigat *contra* id, quod, antiquitus… et hactenus obseruatum. 8. sine suarum ecclesiarum iniuria *escrit a sobre de* de pro ecclesiasticis. 9. *Després de* culpa existentium *apareix afegit a la interlínia* manifesta et rationabili causa. 10. ita... requiratur *manca al Privilegi d'Alexandre III de 1179.*

360

[1162][a]

Alexandre III exhorta el bisbe d'Urgell a protegir l'església de Sant Pere d'Àger, a permetre el lliure exercici dels seus drets a les esglésies situades dins dels seus territoris, principalment a la Suda de Balaguer i al quart de totes les esglésies de Balaguer. En realitat, es tracta d'una continuació del document anterior.

B. BC, perg. 4238, doc. 1, Car. 1007. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 241.
a. KEHR, vol. II, núm. 92, pp. 379-380.

FUNDACIÓ MOGUERA

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. [Venerabili fratri][1] Vrgellensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Cum uniuersas ecclesias ex commisso nobis officio debeamus diligere, illis presertim, que ad ius et proprietatem beati Petri specialius respiciunt, et tutelam ampliori sollicitudine non oportet intendere et eorum iura illibata et integra attentius conseruare. Qualiter autem Agerensis ecclesia ad ius sacrosante Romane ecclesie ac nostrum pertineat, [a][1] tua memoria nos credimus excidisse. Inde est quod eam et fratres in ipsa Domino deseruientes tibi attentius comendamus [et][1] fraternitatem tuam[2] per apostolica scripta rogamus monemus et exhortamur in Domino, quod pro reuerentia[3] beati Petri et amore nostro[4] ipsos diligas manuteneas et a prauorum impugnatinibus propensius tuearis, ita ut[5] nos tibi exinde uberrimas gratias exsoluamus [et][1] te in petitionibus tuis opportunitate oblata libentius debeamus et efficacius exaudire. Ecclesias quoque, quas in episcopatu tuo habent, sicut ab antiquis temporibus retro usque ad hec tempora libere possedisse ac ordinasse noscuntur, ita de cetero in pace et quiete easdem ecclesias illos possidere atque ordinare permittas et eos super his quibuslibet molestiis fatigare nulla ratione presumas. Ad hec quoniam eosdem fratres, sicut ex eorum querela accepimus, super ecclesia de Balaguer Capella dicta, quam ipsi ab antiquis retroactis temporibus absque ulla molestia et inquietatione usque nunc possederunt, cum quarta parte omnium ecclesiarum de Balaguer, de uillis quoque et terminis suis multimodis infestare non cessas, nichilominus tibi mandamus, ut ipsos super eadem ecclesia ulterius molestare penitus desistas, ita ut[5] eorum clamor in nostra presentia non debeat amodo propter hoc aliquatenus replicari.

a. *La data a Kehr.*

1. *Manca.* 2. fraternitati tue. 3. re. 4. Petri amore nostra. 5. itaque.

361

[1162][a]

Alexandre III exhorta el poble d'Àger i Balaguer a defensar i protegir l'església de Sant Pere d'Àger de tots els seus enemics i a pagar els delmes i altres tributs pertinents. El document és la continuació del que es diu al document anterior.

B. BC, perg. 4238, doc 4, Car. 1007. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 242.

FUNDACIÓ NOGUERA

a. POU, ap. II, doc. VIII, p. 333.
b. KEHR, vol. II, núm. 93, p. 380.[b]

[Alexander episcopus seruus seruorum Dei].[1] Dilectis filiis militibus et uniuerso populo Agerensi et de Balager [salutem et apostolicam benedictionem].[1] Quanto amplius Aggerense[2] monasterium ad ius sacrosante Romane ecclesie respicit et tutelam,[3] tanto ipsius incremento magis nos oportet intendere et eius utilitatibus attentius prouidere. Inde est quod uobis por eo sollicitas preces porrigimus et[4] per apostolica scripta rogamus monemus et exhortamur in Domino, quatinus pro reuerentia beati Petri ac nostra predictum monasterium et fratres inibi ad Dei seruitium existentes diligatis manuteneatis et eos a prauorum molestiis potenter defensare curetis, ita ut[5] per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad beatitudinis gloriam mereamini peruenire. Decimas quoque et primitias oblationes et cetera iura, que prefato monasterio debetis, sine obstaculo contradictionis integre persoluatis. Si quis[6] uero uestrum eiusdem monasterii iura presumpserit detinere, indignationem omnipotentis Dei se nouerit incursurum.[7]

a. *La data a Kehr.* b. *Kehr, seguint a Pou, parla d'una còpia a Car. 150, exemplar que ell no va poder localitzar. Car. 150 és un petit cartulari del segle* XII *amb un total de deu fulls escrits per les dues cares, de mida quart menor, existent a ACL i actualment descatalogat. El format del seu darrer full dóna la sensació d'una interrupció brusca del cartulari, però no conté còpia d'aquest document.*

1. *Manca.* 2. Aggerensis. 3. tutulam. 4. *Manca.* 5. itaque. 6. qui. 7. incursuros.

362

[1162-1163][a]

Alexandre III ordena al bisbe d'Urgell que no exigeixi a l'abat d'Àger les esglésies de Covet, Alentorn i Grialó, ni tampoc [als clergues de Sant Pere d'Àger] obediència ni sinodals, drets que mai no ha tingut; en el cas que no estigui disposat a acceptar aquesta decisió, ordena al bisbe que se sotmeti a la jurisdicció de l'arquebisbe de Tarragona.

B. BC, perg. 4238, doc. 2, Car. 1007. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 243.
a. KEHR, vol. II, doc. 96, pp. 382-383.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. [Venerabili fratri] Vrgellensi episcopo salutem et [apostolicam] benedictionem.[1] Etsi te sicut fratrem karissimum diligamus, ea tamen que[2] a te minus

canonice commituntur,[3] irrequisita pretermittere non ualemus. Cum autem nuntium tuum olim, ad nostram presentiam destinasses, qui[2] aduersus Aggerensem abbatem aliqua proponebat, et in reuersione sua idem abbas ei postea obuiasset et ipsi proposuisset,[4] ut, si quid[5] aduersus eum uel monasterium suum haberet, ad nostram presentiam rediens in nostro consistorio eo presente manifestius aperiret,[6] ille uero iuxta commonitionem abbatis ad nos noluit remeare. Sane ex quo idem abbas ad nostram presentiam accessit, aduersus te querelam deposuit, asserens quod tu a clericis suis in eius ecclesiis constitutis obedientiam et sinodalia et cetera, que[7] nec tu nec antecessores tui usque ad hec tempora habuisse noscimini, preter consutudinem indesinenter exigis et eos ad hec tibi persoluenda irrationabiliter compellis. Similiter quoque ecclesiam de Cubiceto, quam per iudicium idem abbas obtinuit, et ecclesiam de Alantorn, et ecclesiam de Gradilo, quas idem abbas ad ius et proprietatem ecclesie sue pertinere firmiter asseruerat et quas[8] longis temporibus in pace et quiete possedit, ei per uiolentiam abstulisti et ipsas contra iustitiam detines occupatas. Vnde[9] cum supradictum monasterium sub iure et protectione beati Petri ac nostra specialius subsitat, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus,[10] si ita est, ecclesias ipsas illi libere sine contradictione dimittas, obedientiam quoque et sinodalia, que nec tu nec antecessores tui hactenus habuistis, a clericis suis nulla ratione ulterius presumas exigere. Si uero malueris causas intrare quam a supradictis desistere, in presentia uenerabilis fratris[11] nostri Terraconensis[12] archiepiscopi, cum ab eo propter hoc fueris euocatus, plenam iusticiam memorato abbati exhibere et recipere non postponas.

a. *La data a Kehr. Aquest document és coetani del següent. L'arquebisbe de Tarragona va ser a Londres el 28 de juny de 1163 com a plenipotenciari de l'església de Sant Pere d'Àger.*

1. *Alex. ep. s.s.d. V.e.s. et b.* 2. quod. 3. comituntur. 4. proposuit. 5 quit. 6. aperiri. 7. quoque. 8. eas. 9. unde quoniam. 10. *f.t.p.a.s.m.* quod. 11. uenerabili fratri. 12. Terraconensi.

363

[1162-1163][a]

Alexandre III encomana a l'arquebisbe de Tarragona que jutgi la disputa entre el bisbe d'Urgell i l'abat d'Àger a l'entorn de l'obediència

FUNDACIÓ

que el bisbe exigeix a l'abat, així com la tinença de determinades esglésies.

B. BC, perg. 4238, Car. 1007. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 246.
a. KEHR, vol. II, doc. 97, p. 383.
b. MORERA, *Tarragona Cristiana...*, vol. I. p. 584. Referència.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri[1] B. Terrachonensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.[2] Causam,[3] que inter Agerensem abbatem et V(rgellensem) episcopum super quibusdam ecclesiis ad ius suum pertinetibus et obedientia et sinodalibus, que nec ipse nec predecessores sui a clericis eiusdem abbatis habuisse,[4] noscitur agitari, discretioni tue, de qua plenam fiduciam obtinemus, committimus audiendam et fine debito terminandam. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus utraque parte in tua presentia constituta et rationibus hinc inde auditis, diligenter et cognitis eandem causam iustitia mediante decidas.

a. *La data a Kehr.*

1. A. ep. s.s.d.V.f. 2. s. et a. b. 3. causa. 4. *Manca la paraula* dicuntur *o similar.*

364

[1162-1163][a]

Alexandre III ordena a l'ardiaca A[rnau] d'Urgell que retorni a l'abat d'Àger l'església d'Artesa [de Segre] o, en cas de no estar-hi disposat, que sotmeti el plet a la jurisdicció de l'arquebisbe de Tarragona.

B. BC, perg. 4238, doc. 5, Car. 1007. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 245.
a. Kehr, vol. II, doc. 98, pp. 384 i ss.

[Alexander episcopus seruus seruorum Dei].[1] dilecto filio A. Vrgellensi[2] archidiacono [salutem et apostolicam benedictionem].[1] Dilectus filius noster R. Aggerensis abbas multiplici nobis conquestione[3] monstrauit, quod, cum tu ecclesiam de Artesa cum appendiciis suis, que prius[4] ad ius suum spectat, de manu anteccessoris sui tenendam[5] suscepisses, ita quidem quod ipsam ab abbate predicti monasterii, qui ibidem pro tempore fuerit, sicut suam recognoscere deberes, modo ab abbate, qui nunc preest, nec eam recognoscere nec ius ei de ipsa iuxta debitum in iure suo respondere. Vnde cum

prefatum monasterium ad ius et proprietatem sacrosante Romane ecclesie ac nostram principalius pertinere noscatur, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus,[6] si ita est, predictam ecclesiam ab eodem abbate[7] specialiter recognoscens, debitum ius sibi sine obstaculo contradictionis persoluas uel plenam exinde iustitiam in presentia Terrachonensis[8] archiepiscopi, cum ab eo propter hoc fueris euocatus, ei exhibeas. Quod si aliquod istorum facere forte nolueris, non poterimus pretermittere, quin, prout specialiter debemus, in sua iusticia illi auctore[9] Domino propensius assistamus.

a. *La data a Kehr. Es tracta de l'ardiaca Arnau, després bisbe d'Urgell.*

1. *Manca.* 2. Vrgellenso. 3. conquestionem. 4. *En comptes de* proprie? 5. tenendas. 6. d.t.p.a.s.m.q. 7. *Text esmenat a sobre de* ad eundem abbatem pertinere o suscipiendam. 8. Terrachonensi. 9. auctorem.

365

[1162-1163][a]

Alexandre III es dirigeix a l'arquebisbe B[ernat] de Tarragona perquè conegui el plet suscitat entre l'abat [Ramon] d'Àger i l'ardiaca A[rnau] d'Urgell al voltant de l'església d'Artesa, citi les parts, vegi i decideixi fins a dictar sentència.

B. BC, perg. 4238, Car. 1007. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 246 i 247.[b]
a. KEHR, vol. II, doc. 99, pp. 385 i ss.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili[1] fratri[2] B. Terraconensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.[3] Causam, que inter dilectum filium nostrum Agerensem abbatem et A. V(rgellensem) archidiaconum super ecclesia[4] de Artesa, de qua iuxta debitum eidem abbati in iure suo respondere postponit, noscitur agitari, discretioni tue committimus audiendam et fine debito terminandam. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus,[5] quatinus utramque partem[6] ante tuam presentiam conuoces et rationibus hinc inde auditis diligenter et cognitis eandem causam iusticia mediante decidas.

a. *La data a Kehr.* b. *És difícil distingir entre els números 246 i 247 del* Resumen. *Caresmar afegeix que el document ha de ser anterior al 26 de juliol de 1163, data de la mort de Bernat, arquebisbe de Tarragona.*

1. *A.e.s.s.d.u.* 2. Manca *nostri.* 3. *a.b.* 4. ecclesiam. 5. *s.m.* 6. parte.

366

[1162-1163][a]

L'arquebisbe de Tarragona exhorta el bisbe d'Urgell a tornar a l'abat d'Àger l'església de Balaguer que ha usurpat; si pretèn tenir-hi dret que plantegi degudament la demanda.

B. BC, perg. 4238, Car. 1007. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 248.
a. KEHR, vol. II, p. 389, doc. 104.
b. MORERA, *Tarragona Cristiana...*, vol. I, p. 584. Referència.

B. Dei dignatione Terraconensis[1] archiepiscopus. Venerabili fratri B. Vrgellensi episcopo salutem et dilectionem. Conquesti sunt archiepiscopatui nostro Agerenses clerici, quod auctoritate uestra in ecclesiam[2] eorum irrepsistis, uidelicet de Balaguer, et clericos eorum inde expulistis. Quod quantum sit rationi contrarium, uestre prudentie non credimus esse ignotum. Forsitan dicitis quod aduersus abbatem illius ecclesie aliquid habetis,[3] pro quo ecclesias illas inuasistis, sed, ut scitis, hoc fieri non debet, quia delictum persone non potest in ecclesie dannum conuerti. Propter hoc ergo mandantes precipimus uobis, quatenus ecclesiam iamdictam de Balager Agerensi ecclesie in pace tenere sinatis et, si aduersus ecclesiam illam iudicialiter agere uolueritis, abbatem illius ecclesie iudicio uobis stare faciemus. Sin autem, ecclesiam de Balager Agerensi ecclesie tenere permiseritis, ut eam habere solet, quia Romane ecclesie possessio est ecclesia illa, in iusticia sua deese minime poterimus.

a. *La data a Kehr.*

1. Terraconensi. 2. eclesia. 4. aliquit abetis.

367

1163, març, 13

Bertran canvia amb la seva mare, Ferrera, un alou ubicat a Àger per dos homes amb les seves respectives possessions situats a Àger i...

A. ACL, fons d'Àger, doc. 871, Car. 2008.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Hec est conueniencia que est facta inter Bertran et mater sua, Ferraria. In primis dimittit Bertran omnem suum alaudium quod habet in Ager et in suis terminis. Id sunt casas, casalibus, ortis, ortalibus, terras, uineas, linars et cannamars, cultum uel

heremum, cum arboribus pomifferis et impomifferis. Hoc totum, quod est suprascriptum, dimittit Bertran sue matri ac donat in uita sua ad faciendam suam uoluntatem. Et ipsa propter hoc donat Bertrando per melioramentum duos homines, unum in Ager uidelicet ipsam mansione de Narbo[.....]am[1] cum omnibus suis pertinenciis, cum terris, uineis, ortis ortalibus, linars et can[na] mars[1] cum arboribus. Et alium honorem ad Alca[.....]a,[2] uidelicet ipsam mansionem de Gu[...]ano[2] Folch cum omnibus suis pertinencis. Id sunt terras, uineas, linars et can[namars],[2] cultum uel heremum, cum arboribus.

Actum est hoc III idus marcii anno ab incarnacione Domni MºCºLXºIIº.[1]

Sign+um Ferrarie.[3] Sign+um Bertrandi. Nos, qui hanc cartam mandauimus scribere et testibus firmare rogauimus. Sign+um Petri Ageris. Sign+um Raimundi sancti Lauren[ci][2]

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *El pergamí està lleugerament deteriorat als marges laterals.* 2. *La tinta s'ha esvanit a causa de la humitat en diversos punts del document.* 3. Ferarie.

368

[1163],[a] juny, 24. Deols

Alexandre III recomana al bisbe i Capítol d'Urgell que respecti els drets de l'abat i de l'església de Sant Pere d'Àger i que no li exigeixi obediència fins que el mateix Papa doni a conèixer la decisió respecte de la disputa pendent.

B. BC, perg. 4238, Car. 1007. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 244.
a. KEHR, vol. II, doc. 105, p. 390.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri episcopo et dilectis filiis canonicis Vrgellensis[1] ecclesie[2] salutem et apostolicam benedictionem. Tantam de honestate ac deuotione[3] uestra confidentiam optinemus, ut ea que ad ius et proprietatem beati Petri et tutelam nostram respiciunt, non solum non debeatis aliquo titulo diminutionis turbare, sed etiam studeatis ipsam contra malignantium temeritatem totis uiribus confouere. Inde est quod uniuersitati uestre Aggerensem ecclesiam, quam credimus ad prouisionem nostram spectare, abbatem quoque ac fratres inibi ad Dei seruitium constitutis attentius commendamus, per apostolica

scripta mandantes monentes et exhortantes in Domino, quatinus pro reuerentia beati Petri ac nostra eos diligere ac manutenere curetis et sicut uestra uobis uultis ab ecclesia Romana seruari, ita ipsius ecclesie iura integra studeatis et illibata seruare, cum omni attentione ac sollicitudine prouisuri, ne obedientiam ab abbate iamdicte ecclesie exigere nec etiam, si ipse animi leuitate inductus eam uobis uoluntarie offerret,[4] donec causa, que inter uos et eandem ecclesiam [agi]tatur, auctoritate nostra debitum fuerit finem secuta, aliquatenus recipere presumatis. Dat. apud Dolense monasterium VIII kal iulii.

a. *La data a Kehr.*

1. Vrgellense. 2. *Manca.* 3. deuocionem. 4. *Text dubtós.*

369

1163, agost, 3

Ramona atorga testament. Nomena marmessors Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, Pere de Sant Just i Bernat d'Àger.

A. APA, Car. 297.
B. *Resumen*, doc. 249.

Sub Trinitatis nomine sacro et eius gratia. Ego, Ramona, qui iaceo in magna egritudine et sum memoria plena, timeo ne mihi ueniat repentina mors et desidero peruenire ad gaudiam paradisi et uobis mando ut, si mors mihi aduenit in ista egritudine antequam alium testamentum faciam, ita res mee distribute sint sicut in hac pagina subterius ordinare iussero. [Preco ut sint manumessores mei][1] R[aimundus], abas sancti Petri et Petrus sancti Iusti et Bernardus Aggeris. In primis dimitto domno Deo et ecclesie sancti Petri medietatem de omni meo mobile [.....][1] ecclesie sancti Petri pro redempcione anime mee II guadengas, et I cibrill, et I plomaça, et I plomaç, et VIII fanecas for, et II kafis ordei in Ager [.....]um,[1] et medietatem de illo uini de Ager, et I organas?, et I callera, et uns treptes, et uns cremadis, et I ferrol, et III porchs, et medietatem de [.....][1] maioribus, et medietatem de omnibus explets quod[2] modo exeunt siue de Ager siue de Pennauera usque ad sanctum Michaelem, et unum receptum ad [.....][1] parchat omnia peccata mea unum hominem in Ager, nomine Pere de Algerre. Et facio inde emenna ad filium meum Arnall quia dimitto ei unum hominem [.....][1] mihi. Hoc totum quod est suprascriptum dimito domno Deo et ecclesie sancti Petri pro redempcione anime mee.

Deprecor uos, manumessores mei, quod, sicut superius scriptum est, [...][1] qui sit inter me et uos.

Actum est hunc testamentum V nonas augusti anno ab incarnacione Domni MºCºLXºIIIº.

Sign+um Raimunde, qui hunc testamentum [mandaui scribere et testes firmare][1] rogaui. Sign+um Sancii de Montclus. Sign+um Raimundi de Font de Poz.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *El pergamí té tot el marge esquerre raspat, la lectura en aquest punt és impossible.*

370

1163, agost, 5. Camporrells

1163, setembre, 10. Lleida

Bernat d'Estopanyà promet a l'abat d'Àger entregar la potestas *del castell de Camporrells l'endemà de la nativitat de la Verge, en cas que no en pugui provar el seu dret. Un cop complert el termini, demana una pròrroga de deu dies, passats els quals i davant la impossibilitat de provar el seu dret, fa entrega de la* potestas *perduda.*

A. BC, perg. 4164, Car. 998.[a]
B. BC, perg. 4168, Car. 997. Còpia del segle XII ex.
C. *Resumen*, doc. 250.

Ego, Bernardus de Stopaniano, conuenio tibi, Raimundo, Agerensi abbati domno meo, quod in crastino proxime natiuitatis sanctae Mariae occurram tibi apud Almenara super Alguara, et, si potuero habere guarentiam per rationem[1] quod non debeam dare tibi potestatem castri de Camporrels, sim absolutus ab hominio tuo et ab excomunicatione qua teneor propter predictam potestatem. Si autem non potero habere guarentiam, ut predictum est,[2] donem tibi statim et canonicis tuis potestatem predicti castri et quotienscumque uolueris, iratus et paccatus, sine omni enganno, tam tibi quam successoribus tuis et canonicis aecclesiae tuae.

Actum est hoc nonas augusti, in uilla Camporrels, anno dominice incarnationis MºCºLXºIIIº.

Testes autem qui hoc uiderunt et audierunt hii sunt. Sig+num Guillelme, comitisse. Sig+num Raimundi Berengarii de Ager. Sig+num Odac. Sig+num Petri de Clusa. Sig+num Raimundi, Hylerdensis

archidiachoni. Sig+num Petri de Gallinariis. Sig+num Guillelmi de Porta, clerici Agerenssis. Sig+num Berengarii de Castelo, clerici. Sig+num Petri de Cass, clerici. Sig+num Poncii de Balager, clerici. Sig+num Bernardi de Stopaniano.

Scripta manu Arnalli, presbiteri et monachi, die et anno + quo supra cum literis rasis et emendatis in linea III et VI .

Ad memoriam etiam in posterum comendamus quod supradictus Bernardus predicto die in crastino natiuitatis sanctae Mariae non potuit habere guarentiam et iterum distulit dare potestatem eiusdem castri usque ad X dies. Post quos, cum non potuisset habere guarentiam, dedit potestatem kastri de Camporrels prefato abbati Raimundo in presentia Raimundi Berengarii de Ager, et Arnalli de Anglerola, et Raimundi de Castroseres, et Guillelmi de Petra Alta, et Raimundi de Miraueto, et Guillelmi de Stopaniano, et multorum aliorum hominum, quorum copia ibi fuit fere etiam usque ad centum milites.

Ego, predictus Arnallus presbiter et monachus, hoc idem scripsi eodem anno apud Hilerdam die sancti Clementis.[3]

a. *El* Compendi *dóna com a original B. Sempre podem tenir dubtes en presentar un document com a original, mai a la inversa. B és posterior a A des de la lletra fins a la forma del document.*

1. habere guarentiam per rationem *escrit sobre un text raspat al qual fa referència el rogatari.* 2. habere guarentiam, ut predictum est *íd. anterior.* 3. *La data de la commemoració de Sant Climent I és el 23 de novembre, data que ens sembla una mica allunyada dels fets. Giry (p. 285) dóna com a altres commemoracions del mateix sant el 10 de setembre, data que ens sembla més raonable perquè és més propera als actes que ens relata el document.*

371

1164, juny, 23

Bernat de Colobor atorga testament. Nomena marmessors Ponç de Pedra i Ramon Alfons.

A. BC, perg. 4225, Car. 714.
B. Cartulari, doc. 153, f. 79r-v.
C. *Resumen*, doc. 254.

Sub Trinitatis nomine sacro et eius gratia. Ego, Bernardus de Colobor, qui iaceo in magna egritudine, timeo ne mihi eueniat repentina mors et uolo et mando ut, si mors mihi euenerit antequam alium testamentum faciam, ita res mee distribute sint sicut in hac pagina ordinare iussero. In primis dimitto domno Deo et

ecclesie sancti Petri et cannonicis ipsius loci omnes meos directos ex hoc quod habeo in Colobor sine ipsa Forteza et Maria Trasuera, si Arnallus, frater meus, concedit ipsos camiis quod feci cum eo de hoc quod conquamiaui de Colobor propter illa moschera; et, si frater meus[1] non concedit ipsos camiis de Colobor, ecclesia sancti Petri habeat omnes meos directos de illa moschera cum duos morabotinos quod ibi dent clerici sancti Petri. Adhuc dimitto ecclesie sancti Petri omnes meos directos quod habeo in Guillelmo Petro de Colobor. Adhuc[2] dimitto ecclesie sancti Petri ipsam dominacionem et ipsam decimam de illos oliuers quod plantauit Bernard de Pedra in illo alaude quod ego uendidi ei, que erat mea parte partida. Dimitto ad ipso[3] ospital de Aras ipsa clota subtus ipso quadal que est ad Centum Fontes. Dimitto de duabus oliuariis quod habeo in Conill, dimitto ipsa sutirana ad sanctum Iohanem, et alia ad ipsa ecclesia de Colobor. Dimitto ad ipso Ospital de Iherusalem ipsos ferragenals que sunt subtus sancti Iohanni. Dimito fratri meo, Arnallo, ipsa forteza de Colobor et Mara Trasuera. Dimito fratri meo, Guillelmo, ipso linar de illa font de Conill et una terra ad super Conill. Dimitto Guillelmo Berengario una terra ad ipsa uia de Amindula, et illo esclat a Colobor; et illa uinea, quam emi a Colobor, qui est in termino[4] de Ager, laborent manumessores mei et de illo esplet dent inde duos odres de uim et duobus conuiuiis. Et ipsi qui laborauerint ipsam uineam habeant suos directos, et de hoc, quod super fuerit, dent pro anima mea; et, illo explet leuat, uendant illa uinea ad melius[5] quam potuerint, et dent pro anima mea. Manu[messo]res[6] mearum rerum istos iubeo aessae: Poncius de Pedra et Raimundus Anfossi; et habent potestatem apreendere omnia mea et dare sicuti superius prenotatum est, et sit Deus [inter me et][6] illos. Hoc totum supradictum mandaui scribere et testibus meis firmare et scribere nomen meum atque firmare et mandamentum meum adimplere.

Actum est hunc [testa]mentum[6] VIIII kalendas iulii anno ab incarnacione Domni M°C°LX°IIII°.

Sign+um Bernardi. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Bernardi [Exa]belli.[6] Sign+um Petri Bertrandi. Sign+um Poncii de Pedra. Sign+um Raimundi Anfossi. Sign+um Petri Amati. Visores et auditores: Gerallus de Paracolls et Beon et Guiem de Aguilar. Sic?.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. et si frater meus: *repetit.* 2. Aduc. 3. 1ps. 4. qui est in ter *damunt hi ha un seguit de punts, en aparença per invalidar el text, però que no tenen sentit.*

FUNDACIÓ NOGUERA

5. milius. 6. *El text és difícil de llegir ja que el pergamí està raspat al marge inferior dret.*

372

1164, juliol, 28

Ramon Berenguer torna a l'església de Sant Pere d'Àger una vinya situada a Agulló i rebuda ad plantationem *i un alou, aquest últim ubicat a Os.*

A. APA, Car. 976.
B. Cartulari, doc. 247, f. 113v-114r.
C. *Resumen*, doc. 255.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, R[aimundus] Berengarii, acaptaui unam terram de A[rnallo], abate Agerensi, ut plantarem ibi uineam et tenerem de uita mea et sua, et post obitum meum et suum reuerteretur ecclesie sancti Petri. Modo uero ego, Raimundus Berengarii, per consilium B. archiepiscopi Terrachonensi bone memorie, atque Vgonis domini, modo Terrachonensi archiepiscopi, dono atque reddo ecclesie sancti Petri ipsam uineam[1] de Agullon, totam ab integrum. Simili modo dono atque reddo ipsum meum alodium de Vilados cum ipsis seruiciis de illis hominibus et cum omnia quod ibi habeo uel habere debeo, totum ab integrum. Hoc autem totum suprascriptum dono atque reddo ecclesie sancti Petri in manu Raimundi, abbatis Agerensis, aliorum cannonicorum. Et de meo iure in eorum trado dominio et potestate.

Actum est hoc V kalendas augusti anno ab incarnacione Domni MºCºLXºIIIIº.

Sign+um Raimundi Berengarii, qui hanc cartam donacionis mandaui[2] scribere et testibus firmare rogaui. Sign+um Raimundi sancti Laurencii. Sign+um Bernardi Ageris.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *A continuació obliterat* in manu. 2. *Al final de la paraula i esborrat* mus.

373

[1164],ª setembre, 4. Lleida

Els bisbes de Vic, Pere, i de Girona, Guillem, envien al papa Alexandre III el testimoni del judici celebrat davant d'ells entorn de la disputa entre l'abat d'Àger i el bisbe d'Urgell.

FUNDACIÓ

B. ACL, doc. s. n., Car. 150, doc. 4, f. 4 v-9v. Còpia del segle XII.[b]
C. *Resumen*, doc. 256.
a. KEHR, vol. II, doc. 113, pp. 403-408.
b. MORERA, *Tarragona Cristiana...*, vol. I, pp. 184 i ss. Referència.

Sanctissimo patri et domino A. summo pontifici P. Ausonensis ecclesie minister et G. Gerundensis cum debita obedientia ac reuerentia totius beatitudinis plenitudinem.[1] Venerabilem fratrem nostrum Vrgellensem episcopum et Aggerensem abbatem, ut a uestra sanctitate in mandatis accepimus, ante presentiam nostram euocauimus, assistente nobis domno Hu. Terrachonensi archiepiscopo, quorum controuersiam ea qua ualuimus diligentia inquisiuimus et cognouimus. Primo namque Vrgellensis episcopus querimoniam suam super abbate[2] Aggerensi et clericis ecclesiarum suffraganearum deposuit, quod obedientiam et reuerentiam, quam antecessores sui Vrgellensibus episcopis[3] exibuerant, contra sacrorum institutiones canonum ei exhibere contradicant, conquerens etiam, quod predictos clericos diuina celebrare officia in ecclesiis suis permittat, quamuis excomunicationis et depositionis sententia[4] a bone memorie B. Sancii antecessore suo propter inobedientiam et excessus multiplices in eos sit lata et a Terrachonensi archiepiscopo confirmata, adiciens, quod nec ipse nec suarum ecclesiarum clerici ad sinodum ueniant, sanctum chrisma, consecrationes altarium, ordinationes clericorum ab eo accipere renuant nec in ecclesiis suis ea que ad officium episcopi spectare uidentur, eum exsequi concedant, cum sint de suo episcopatu. Abbas uero anteccessores suos Vrgellensibus episcopis[5] obedientiam fecisse negauit, sacerdotes ad sinodum uenire et eius sententiam obseruare minime debere dicebat, eo uidelicet quod Aggerensis ecclesia cum subditis in Vrgellensi episcopatu non esse credebat et quia specialis erat ecclesie Romane et priuilegiorum munimentis ab omni subiectione et ordinatione episcoporum cum suis subditis emancipata et in Romane ecclesie dominium et proprietatem a summis pontificibus retenta. Que cum in medium deducta et diligenter fuissent lecta, super sententia eorum hinc inde diu disputatum est; et non esse modo eo subsignata uel bullata, quo in Romana ecclesia subsignari et bullari solent, pars episcopi allegabat. Sed quia non erat nostrum causam determinare, priuilegia prolata uestro conspectui presentare abbati precipimus, ut sententiam eorum secundum beneplacitum uestrum ualeatis interpretari. Quod enim Aggerensis ecclesia cum suis subditis in Vrgellensi episcopatu existeret, pars episcopi multipliciter ostendere nitebantur, dicens eam esse in comitatu Vrgellensi, qui donationibus regum ac principum et confirmatione Romanorum pontificum Vrgellensi ecclesie antiquitus fuerat assig-

natus, aliam etiam adiungens, ut ei uidebatur, satis probabilem rationem, quia dominus uidelicet Terrachonensis archiepiscopus, qui nuper ad Christum migrauit,[6] cum causa inter Ylerdensem et Vrgellensem episcopos de terminis sue[7] diocesis uerteretur, Aggerensem ecclesiam[8] cum suis[9] Vrgellensi ecclesie possessionem adiudicauit, saluo iure proprietatis, si quod haberet Ilerdensis, ut in instrumento poteritis cognoscere a prefato archiepiscopo edito. Cum autem de predicta obedientia ab episcopo testibus certiorari uellemus, an antecessoribus suis Aggerenses abbates obedientiam[10] exibuissent et si clerici Aggerenses ad sinodum uenissent, cum testes uellet producere, quesiuimus ab abbate in multa obstentatione, ut huius facti ueritatem nobis ueraciter aperiret. Qui in omnium conspectu confessus est duos antecessores suos fecisse obedientiam, saluis priuilegiis Romane ecclesie, sed quod non deberet ei preiudicare dicebat, personas inutiles eos asserendo et etiam quia contra Romanorum precepta pontificum egissent astruendo, de quibus alterum dicebat fore depositum propter inutilitatem, alterum simoniacum et excommunicatum. De ecclesiis uero Agerensis monasterii[11] omnes illas, que sunt citra Nogeram, Vrgellensis episcopatus esse concessit, et quod ad sinodum uenire deberet non negauit, censum quarundam ecclesiarum, quem non persoluerat, se persoluere debere et promisit et recognouit. De illis uero que sunt ultra Nogeram, cum requisissemus episcopum an testes haberet, qui earum clericos ad sinodum uenisse uidissent, aliam attestationem non ostendit, sed iam dicto argumento, quia erant in comitatu Vrgellensi et quia archiepiscopus earum possessionem ei assignauerat, suas esse afirmauit et etiam in argumentum circumpositas ecclesias sui episcopatus esse asseruit. Abbas Aggerensis suam deposuit querimoniam super episcopo, quod capellam de Zuda de Balager quam a tempore, quo christiane religioni reddita fuit, quiete tenuerat, ei auferat, eo non uocato nec in causam ducto. Conquestus est etiam super tribus aliis ecclesiis, uidelicet de Alantorn et de Gradilo et de Coueded, quas ei similiter aufert. Responsales uero episcopi iure ad episcopum eas pertinere firmabant, et quod eas ei abstulisset omnino negabant, allegantes babtismalem ecclesiam de Balager, cuius illa membrum uidetur, diu hostili incursione desertam, que cum rehedificari potuit, sua de iure recipere debuit. Tres alias ecclesias dicebant abbatem numquam possedisse aut habuisse. Tamen cum districte ab episcopo quereremus, an sciret denominatas ecclesias abbatem aut suos possedisse antecessores, cum ad producendos testes uellet idem abbas procedere, ex confessione partis episcopi cognouimus, iam dictam capellam Aggerenses possedisse abbates. Super possessione

uero trium supradictarum ecclesiarum in nostra inquisitione abbas testes non produxit et quod tunc produceret negauit. Quid enim de iure in proprietate predictarum ecclesiarum haberet, requisitus abbas instrumentum ostendit, per quod predictam capellam G. uicecomes Aggerensi ecclesie tradidit cum quarta parte omnium que ad ius ecclesie in toto territorio de Balager pertinere noscuntur, quod factum esse in presentia beati Otonis episcopi Vrgellensis affirmabat et instrumentis etiam astruere laborabat, proponens etiam et ad cause sue confirmationem introducere longinqui temporis prescriptionem. Episcopus uero sua produxit instrumenta scriptis abbatis anteriora, quibus baptismalem ecclesiam de Balager cum omnibus, que[12] in eius territorio ad ius ecclesiastice pertinere noscuntur, beatus Oto auctoritate pontificali et largitione comitis castri illius expugnatoris adquisiuit et antequam Zuda, qui locus erat munitissimus, caperetur, tenuit et diuina officia ibi celebrauit et multa de tesauris ecclesie in obsidionem et captionem illius castri expendit et ecclesiam tamdiu tenuit, donec uis Sarracenorum suos inde expulit. Allegabat etiam quod sua auctoritate iure postlimini cum metu hostili rehedificari potuit, recuperare sua ualuit. Auditis hinc inde his et aliis que diu allegata[13] fuerant, quid de prescriptione[14] haberet, ab abbate quesiuimus, qui tredecim protulit testes, VIII quorum tale dederunt testimonium:

R. Berengarii iurato dixit quod uidit abbates sancti Petri de Agere tenere et possidere capellam de Zuda de Balager et quod habuerunt et miserunt ibi clericos et capellanos suos, uidelicet Radulfum et R. Arnalli cannonicos[15] sancti Petri de Ager et Iohannem qui adhuc uiuum et partem in ipsis ecclesiis de Balager. Set quantum ibi acciperet non determinauit, sed credebat eos accipere quod in suis cartis scriptum habebant, et hoc uidit eos tenere in presentia beati Otonis et P. Berengarii et B. Sancii Vrgellensium episcoporum per XL annos quiete et eo amplius, ita quod non uidit nec audiuit inde aliquem clamorem, et interrogatus adiecit quod fuit in capcione de Balager et stetit ibi multociens cum domino suo et semper uidit in ipsa ecclesia clericos sancti Petri de Ager qui erant ibi per abbatem.

Prior de Momagastre, P, iurato dixit quod uidit R. et R. Arnalli et postea Iohannem tenere capellam de Zuda de Balager per abbates de Ager et hoc per XL annos quiete et pacifice sine clamore et querimonia, quando fuit facta abbatibus de Ager ab episcopo de Vrgelle, nisi modo cum episcopus B. Sancii abstulit eis, et hoc in presentia beati Otonis et P. Berengarii et B. Sancii episcoporum Vrgellensium. In ceteris uero ecclesiis de Balager suam partem et requisitus dixit quartam.

Iohannis capellanus de Balager iurato dixit idem quod P. prior, nisi quod sine requisicione dixit quartam, et quod ab archidiacono Vrgellense fuit eiectus ipse Iohannes.

B. Exabel iurato dixit se uidisse Radulfum abbatem ecclesiam supradictam per abbatem Aggerensem, quo mortuo, substitutus est ei ab abbate Aggerense R. Arnalli de Clarmonte et postea Iohannes, qui eam tenebat quando B. Sancii episcopus Vrgellensis imparauit eam, et tunc tenuerat eam ecclesiam Aggerensis ecclesia XL annis in pace, et requisitus si sciret quantum tenere de reditibus, dixit se nescire.

E. iurato dixit se interfuisse capcioni de Balager cum domino suo uicecomite, et uidit quando uicecomes dedit capellam sancte Marie de Zuda ecclesie Aggerensi in presentia beati Otonis episcopi, qui hoc non contradixit, cum quarta parte primiciarum tocius territorii de Balager, que possederat XL annis et eo amplius in pace. B. Sancii eam imperauit.

P. Pocolul iurato dixit quod uidit[16] R. tenere capellam de Balager per abbatem Aggerensem et, eo mortuo, subsitutus est R. Ar. canonicus Aggerensis et post eum Iohannis Curtid, qui adhuc uiuit, et teneuerat XL annis predictam ecclesiam ecclesia Aggerensis in pace, uero ipse credebat cum quarta parte capelle.

A. Pere iurato dixit se uidisse quando Petrus Guillem, abbas Aggerensis, dedit ecclesiam predictam Radulfo, et post eum habuit eam R. Ar. cannonicus Aggerensis per abbate Aggerense, et post eum Iohannis Curtid cum quarta parte eorumque clericis pertinebant per XL annos in pace quando B. Sancii episcopus Vrgellensis eam imperauit.

Malpel iurato dixit idem quod Ar. Petri.

Ceteris uero aduersa pars etiam fidem adhibuit, quia, si iurato tulissent, testimonium adhiberet; produccioni uero testimonium abbate in hoc negocio renunciante, de posiciones eorum aduerse parti reserauimus, ut diceret in testimonium personas, si uellet. Quanta enim in eos dixerunt ex subtus scriptis propendere potestis. Dixerunt enim R. Berengarii quod erat incendiarius et de christianos cum sarracenis expugnasset; de clericis uero dicebant quod essent excomunicati et depositi; ceteris uero dicebant laicis non esse credendum, quia excomunicatis participauerant et ideo testimonio eorum non esse standum proponebant, quod etiam testes inducti in hunc modum probauerunt.

Centulio clericus de Arem dixit R. Berengarii duxisse exercitum christianorum et sarrazenorum quippe Guiruetam et ibi

uidisse ignem apositum ab exercitum, et dixit se uidisse et audisse in Terrachona quod dominus archiepiscopus confirmauit deposicionem quam fecerat Vrgellensis episcopus B. Sancii de clericis vallis de Ager.

B. clericus iurato dixit se uidisse et audisse R. Berengarium predictum duxisse exercitum christianorum et sarracenorum apud Giruetam et exercitus aposuit ibi ignem.

B. capellanus de Ribeles iurato dixit se audisse episcopum Vrgellensem B. Sancii apellasse per clericum suum in sinodo clericos uallis de Ager et, quia aberant, excomunicauit eos et adiecit nominatim Iohanni Curtid.

R. de Pariete Alto iurato dixit illud idem quod B. capellanus supra, preter quod tacuit de Iohanne.

Magister G. iurato dixit quod episcopus Vrgellensis fecit uocari in sinodum clericos uallis de Ager et, quia[17] aberant, excomunicauit eos et in alia sinodo eos deposuit et clericos de Lordam et priorem de Mammagastre et nominatim Iohannem; quam sentenciam confirmauit archiepiscopus Terrachonensis in concilio.

R. de Linerola iurato dixit idem quod magister G., sed siluit depositionem et de archiepiscopi confirmacione.

P. capellanus comitis iurato dixit se uidisse et audisse episcopum Vrgellensem querimoniam facientem de clericis uallis[18] de Ager, quos sepius[19] uocauerat ut uenirent ad sinodum, ut ipse dicebat, et, quia noluerunt, excomunicauit eos et expresse clericos de Mamagastre et de Lurdano et nominatim Iohannem Curtid, et adiecit quod uenit episcopus ad Castrum Serras et quesiuit procuracionem clericis illius castri et facere noluerunt, et ideo excomunicauit eos.

R. Arderinta iurato dixit idem quod magister G.

R. de Gerbo iurato dixit se interfuisse concilio Terrachonensi et audiuit episcopum querimoniam facientem de clericis de Ager et depositiones quas fecerat de illis confirmauit archiepiscopus.

A. archidiaconus de Peirerenz iurato dixit se uidisse dominum episcopum cum archiepiscopo in sinodo Vrgellensi exponentem querimoniam de abbate de Ager et clericis suis, qui nolebant uenire ad sinodum, et excomunicauit eos et excomunicacionem archiepiscopus confirmauit ibi. Postea misit nuncium suum ad bone memorie papam Adrianum super deposita querimonia, qui misit litteras suas, ut de illata iniuria clerici satisfacerent. Et ipse uidit apud Castrum Serras et clerici illius castri non obedierunt

nec procuracionem ei dare uoluerunt, ideoque excomunicauit eos. Ceteros uocauit apud Ager, et uenire contempserunt, et ideo rediens ad sedem eos excommunicauit et deposuit, quod fecit confirmari in concilio Terrachonensi a domino archiepiscopo.

Quibus ab abbate auditis, multa in testes dixit. dixit omnes canonicos Vrgellenses, qui presentes erant, in testimonium istud admitti non debere, eo quod, cum ea die episcopus causa infirmitatis non posset uenire, misit clericos suos, qui dixerunt se loco episcopi tractare causam, et ideo dicebat eos procuratoris[20] officium suscepisse. De quodam, qui uocatur Centulio, dixit quod esset apostata; de quodam, qui uocatur B. clericus, dixit quod erat fenerator et proditor; R. de Linerola uocauit publicum concubinarium; capellanum comitis dixit non debere audiri, quia participauerat comiti, dum esset excomunicatus; ceteros, qui non erant cannonici, uocauit concubinarios, sed non probauit. Ad defensionem suam adiecit quod clerici Aggerenses non erant excommunicati, quia priuilegiorum auctoritatibus eis libertas uidebatur concessa.

Allegabat etiam pars episcopi super prescripcione, quam ad sui defensionem abbas pretendebat, ideo sibi non obaessae, quoniam XII annis retro et eo amplius questio mota fuerit antecessoribus suis de inobediencia ac multis aliis in presencia sancte recordacionis pape Eugenii, qui Terrachonensi archiepiscopo in mandatis dedit, ut inter eos de predictis cognoscet, et ideo pars episcopi intendebat astruere interrupcionem esse factam de omnibus.

De Tribus ecclesiis aliis instrumentum donacionis abbas protulit, quod Aggerensis ecclesie illius castri dominus fecit, super quo pars episcopi allegabat Aggerensem ecclesiam eas non possedisse et, quoniam auctoritate illius donatoris eas credebat adquirere, a causa debebat cadere, cum absque episcopi auctoritate hec donacio acta uidebatur. Laicis enim quamuis religiosis, ut ex auctoritatibus[21] sanctorum canonum proponebat, in ecclesiis aliquid disponendi nusquam legitur attributa potestas. Diem uero utrique parti assignauimus dominica proxima, qua cantabitur Letare Ierusalem,[21] ut se uestro presentent conspectui.

Data Ylerde II nonas septembris.

a. *La data a Kehr.* b. *Sobre la situació actual d'aquest pergamí vid. la introducció.*

1. plenitudine. 2. abbatem. 3. episcopus. 4. sententiam. 5. sue. 6. *L'arquebisbe Bernat va morir el juny de 1163.* 7. *Repeteix* ...sue. 8. Aggerensis ecclesie. 9. *Cal afegir* subditis. 10. *Manca.* 11. *Manca.* 12. qui. 13. allegati. 14. prescripcionem. 15. nno *escrit a sobre.* 16. t *escrita a sobre.* 17. a *íd.* 18. *Darrere anul·lat mitjançant una ratlla* uallis. 19. sepius *afegit a la interlínia.* 20. a *íd.* 21. *14 de març de 1165.*

374

1164, setembre, 28

Pere de Sant Just i la seva dona, Gallarda, donen a Santa Maria de Castelló pro anima *del seu fill Bernat unes* mansions *situades a Castelló.*

A. APA, Car. 794.
B. *Resumen*, doc. 257.

In nomine Domni. Notum sit cunctis, tam presentibus quam futuris, quod ego, Petrus sancti Iusti, et uxor mea, Gallarda, donatores sumus domno Deo et ecclesie beate Marie Castellionis. Per hanc scripturam donacionis nostre damus predicte ecclesie unas mansiones qui sunt subtus ipso castello, totas ab integrum, cupertas et discupertas, cum ipso corrall. Hoc autem facimus pro anima filii nostri Bernardi, et pro animabus patris et matris nostre uel parentum nostrorum, et pro animabus nostris, ut Deus dimitat omnia peccata nostra. Ab oriente affrontant ipsas mansiones in casas de Mir de Caguilela et de Guillem Oromir et in casa de Bernard Gauarra, de occidente in ipso castello, de meridie in mansiones sancte Marie, ab aquilone in ipso mur. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic damus, totum ab integrum, prefate ecclesie ad proprium alaudium in tali uero pactu, ut capellanus, qui ibidem est, non possit uindere uel alienare ad dampnum sancte Marie. Et similiter ille capellanus, qui decantet ipsa ecclesia, in die obitus Bernardi, filii nostri, faciat omnium misterium defunctorum per unumquemque annum omni tempore pro anima sua et pro animabus parentum nostrorum et nostris. Et est manifestum. Quod, si nos, donatores, aut ullus homo uel femina, qui contra hanc cartam donacionis pro inrumpendum uenerit, non hoc ualeat, set in duplo componat ipsas mansiones ad predicta ecclesia cum omni sua melioracione, et ueniat ira Dei super illos; et in antea ista carta firma et stabile permaneat omni tempore, et non sit disrupta.

Actum est hoc IIII kalendas october anno ab incarnacionis Domni M°C°LX°IIII°.

Sign+um Petri sancti Iusti. Sign+um Gallarda. Nos, qui hanc cartam iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Iohan de Conill. Sign+um Mir de Caguilela. Sign+um Petri Mir Cabant. Isti sunt testes uisores et auditores.

Et in super damus prefate ecclesie alodium ad unum kafiz frumenti semenatera ad illos sass in nostro dominico subtus ipsa

uia que pergit ad Monso, et similiter damus in nostro dominico de Canalilles una petia de terra; et tres oliuarios ad illos torcularios quos habemus cum Arnall Soleua, et alio oliuario in uinea de Mir Barbeta lo meliore.

Bernardus, sacerdos, rogatus scripsit pro iussione Petri, capellani sancti Iusti, et hoc signum + fecit sub die et anno quo supra.

375

1164, novembre, 9

Bernat de Mur i la seva dona, Maria, venen a Ramon Esteve i a la seva dona, Flandina, la part que els correspon del molí de Caragol. El preu és divuit sous.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 494, Car. 246.
B. Cartulari, doc. 232, f. 108r.
C. *Resumen*, ap., doc. 35.

In Christi nomine. Ego, Bernad de Mur, et uxor mea, Maria, uinditores sumus uobis, Ramon Steuan et uxor tua, Flandina. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus uobis nostra parte et directos que habemus in molino de Caragol. Et est ipsa nostra parte sexta parte. Quomodo superius est scriptum, sic uindimus uobis cum exiis uel regressiis et eorum pertinenciis et cum capud aquis ad uestrum proprium alodium facere uestra uoluntate in precio, que de uos accepimus, XVIII solidos denariorum. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut ullus homo uel femina qui ista carta disrumpere uoluerit, non possit facere, set in duplo componat aut componamus; et ista carta firma et stabilis maneat semper.

Que est acta V idus nouember anno ab incarnacione Domni post millesimum C° LX°IIII°.

Sig+num Ego, Bernad de Mur, et uxor mea, Maria, qui ista carta uindicionis mandauimus scribere et testes firmari fecimus. Sig+num Espagnol. Sig+num Glorieta. Sig+num Ramon. Nos, fratres, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+num Marti. Sig+num Bartholomei. Sig+num Pere Marti.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

FUNDACIÓ NOGUERA

376

1164, novembre, 24

Ramona s'entrega en cos i ànima juntament amb la totalitat dels seus béns (una part en concepte d'usdefruit i l'altra en propietat) a Sant Pere d'Àger, sub modo *que li concedeixin els mateixos drets que als canonges.*

A? ACL, fons d'Àger, doc. 166, Car. 2148.
B. *Resumen*, doc. 258.[a]

Vniuersis sit notum, tam presentibus quam futuris, quod ego, Raimunda, dono me ipsam in uita et in morte domno Deo et ecclesie sancti Petri. Dimitto me ex proprio in manu Raimundi, abatis, aliorum cannonicorum. Et dono omnem meum honorem quod habeo in cunctis terminis castri Ageris. Id sunt terras, uineas, casas, casalibus, ortis, ortalibus, linars et cannamars, cum arboribus pomiferis et impomiferis, cultum uel heremum. Hoc totum suprascriptum dono de uita mea et, post obitum meum, remaneat filiis meis, nisi tantum quantum dimitto ecclesie sancti Petri ad proprium alaudem. Et post obitum meum dono domno Deo et ecclesie sancti Petri ad suum proprium alaudem ipsum capudmansum de Gerreta cum decimis et primiciis et seruiciis cunctis, et unam pernam aut duos solidos denariorum, et IIII[or] fogacas et migeram uini, et I solidus et medio ordei, et medio ¿ ?,[1] et unum seruicium de duabus gallinis, et II fogacias et modalla ¿I? uini et emina I[a] (¿vini?),[2] ciuada modio [—] et modio auri?,[1] et propter unam gallinam et unam fogaciam de pane et II de ciuada. Adimpleant Arnall et Berenger atque donent tantum de alaude suprascipto ecclesie sancti Petri quantum Arnal Talauineas tenebat de illo alaude unum ipsum seruicium suprascriptum ipse solebat facere cum Gerreta ab integrum. Aduc dono domno Deo et ecclesie sancti Petri II[os.] orts ad sanctum Martinum; affrontat a parte orientis in ort de Martin Adalbert, de duas partes in ort de uicecomite; cum ipsa oliua qui ibidem est; affrontat ipso alio ort de parte orientis in ort de Pere Bernard, de alia parte in ort de Buschet, de alia in uicecomite. Et I oliua a Fezen; que est in media terra de Gerreta. Hoc totum dono uobis ad uestrum proprium alaudem et ad facere uestram uoluntatem. Hoc autem facio pro anima patris et matris mei et uiri mei meique filiorum meorum, et ut ibi exorent Deum propter me et teneant me honorifice in uictu et uestitu sicuti unum ex cannonicis ecclesie sancti Petri secundum possesionem domui.

FUNDACIÓ NOGUERA

Actum est hoc VIII kalendas decebris anno ab incarnacione Domni MºCºLXºIIIIº.

Sign+um Raimunde. Sign+um Arnalli.Sign+um Petri Besore. Sign+um Berengarii. Nos, qui hanc cartam donacionis mandauimus[3] scribere et testibus firmare rogauimus. Sign+um Petri Pocolluli. Sign+um Petri Eimirich. Sign+um Guillelmi Guarnerii. Sign+um Emirig. Sign+um Bertrandi de Nauases.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

a. *Al* Resumen *el sexe de la titular del document està equivocat.*

1. *Abreviatura desconeguda.* 2. *Transcripció dubtosa. Podria tractar-se d'una paraula obliterada, encara que el rogatori no hi fa cap referència.* 3. -mus *escrit a sobre.*

377

1165, gener, 10

Ermengard, el seu fill Bernat i la dona d'aquest, Maria, signen un acord amb el fill d'Ermengard i germà de Bernat, Ponç, sobre el repartiment de diferents béns.

B? BC, perg. 4155, Car. 1080. Còpia coetània?
C. *Resumen*, doc. 252.

In Dei nomine. Sit notum cunctis, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, Ermengard, et filius meus, Bernardus, et uxor sua, Maria, per nos ac per omnes nostros ad finem et concordiam uenimus cum Poncio, nostro filio et fratre, de totis contentionibus quas habuimus. Donamusque ei nostri honoris quem habemus in termino de Ager, illum quem habui ex mea uxore, totum ab integre, sine inganno et absque malo ingenio, scilicet unam uineam cum omnibus arboribus qui ibidem sunt; et unum linar ad podium; et unam casam cum una tona in cimiterio sancti Vincencii. Totum hoc damus tibi cum totis suis integritatibus. Similiter in termino de Balager, ad uillam Cionis, unam sortem de cechia usque ad esponal, quam comparuimus[1] de Gomballa, de III^cia^ parte Petri de Cione in alodio, de IIII^ta^. in alodio de Exarica. Alteram quam donamus tibi, Poncio, est de cechia usque in flumine Sicoris, de tercia parte in alodio Guillelmi de Montele, affrontat de IIII^ta^ in alodio G. Borriol. Et damus tibi unum locum ubi facias casas. Sicut superius est dictum, sic damus tibi, predicto Poncio, omnia hec predicta bono animo ac spontanea uoluntate, ut habeas et teneas ac possideas in omni tua uita. Set interim, si tu aliquam religionem[2] propter Dei

amorem intrare uolueris, plenam licentiam habeas, ut unum de istis superscriptis honoribus accipias, quem tu ipse magis eligere uolueris, et cum ipso illam religionem intres; et etiam pro anima tua, ubicumque uolueritis, ad Dei seruicium relinquas. Alium uero honorem post tuum obitum remaneat ac reuertatur Bernardo de Cione uel uni suorum filiorum cui Poncius reliquere uoluerit. Et ego, Bernardus, et uxor mea, Maria, conuenimus tibi, Poncio, ut amemus te et seruiamus tibi bona fide sine inganno, et tu facias nobis similiter. Et ego, Poncius, dono Bernardo tibi, fratri meo, et uxori tue, Marie, totum honorem quam meus pater et mater dimiserunt mihi in suo testamento et filiis ac filiabus tuis, et totum honorem quem meus auunculus mihi dimisit, R. Monder, in Anglarola et in termino de Pontibus et de Segur et de Coscolol et de Laurentio et de Almanara. Totum hoc dono uobis ad totam uestram uoluntatem faciendam.

Actum est hoc IIII idus ianuarii anni Domni M.º C.º LX.º et IIII.

Sig+num Ermengard. Sig+num Bernardi, filii sui. Sig+num Marie, uxoris sue. Qui istam cartam iusserunt scribere testesque firmandi rogauerunt. Sig+num Raimundi, abbatis Aggerensis. Sig+num Guillelmi, presbiteri de Ager. Sig+num Guillelmi de Balagario.[3]

1. mus *afegit a la interlínia.* 2. rr... 3. *Noteu l'absència de subscripció del rogatari.*

378

1165, gener, 12

Ramon Berenguer atorga testament.

B? APA, Car. 1540. Còpia coetània?
C. Cartulari, doc. 20, f. 16r.
D. *Resumen*, doc. 253.

Notum sit omnibus ominibus, tam presentibus[1] quam futuris, quod ego, Ramundus Beragarii, plenus[2] memoria, facio testamentum de rebus meis. In primis dono a domno Deo et ecclesie sancti Petri d Ager meo corpore cum ipsa[3] medietate de ipsa[3] decima de kastrum Blancafort,[4] et ipsa[3] uinea d Agullo, et ipsum[3] alodium de Vilados, totum ab integrum, cum ipsos seruicios, et ipsa[3] almunia, et ipsum[3] alaude de kastrum Clamont, quomodo ego abeo et abere debeo; et ipsos seruicios de kastrum sancti Laurentii; et ipsa[3] uinea de Ager cum ipso[3] ort, sicuti ego abeo; et ipsa[3]

condamina de Tartarenz quem ego acaptui de ipso[3] comite; et ipso[3] alaude de kastrum Os, quomodo ego abeo et abere debeo; et ipsum[3] alaude de kastrum Iuarz, quomodo ego abeo et abere debeo. Et est[5] manifestum. Quod si ego, donator, aut ullus homo uel femina, qui hanc carta inquietare uoluerit, non hoc ualeat, sit exeredatus de mea honore in perpetuum, et postea iram Dei super eum incurrat.

Actum est[5] hoc II idus ianuarii anno ab incarnacione Domni MºCºLXºIIIIº.

Sig+num R[aimundi] B[erengarii], qui istum testamentum mandaui scribere et testes firmare et rogare. Sig+um Odaz. sig+um Pere de Bilmont. Sig+um Rodlandi de Blancafort.[4] Isti sunt testes uisores et auditores.[6]

Ramundus, prebiter, rogatus scripsit et hoc + fecit.

1. bu *enmig d'una esmena sense sentit aparent.* 2. pllenus. 3. ipss... 4. Blacafort. 5. e... 6. *Isti s.t.u.et a.*

379

[1165],[a] abril, 12. París

Alexandre III envia un breu a l'abat d'Àger perquè es presenti davant seu a Montpeller abans del dia 6 de juliol, vuitada de la festivitat dels apòstols Pere i Pau, per dictar una resolució davant del contenciós que l'esmentat abat manté amb el bisbe d'Urgell, Bernat, i que ja els bisbes de Girona i Vic han conegut.

B. ACL, Car. 150,[b] doc. 5, f. 9v-10v. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 261.
a. KEHR, vol. II, doc. 114, pp. 408-409.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Aggerensi abbati salutem et apostolicam benedictionem. Causam, que inter te et uenerabilem fratrem nostrum Vrgellensem episcopum et ecclesiam eius super quibusdam querelis agitari dinoscitur[1], uenerabilibus fratribus nostris Gerundensi et Ausonensi[2] episcopis nos meminimus commisisse, qui tibi et alteri parti ad Letare Ierusalem[3,4] terminum prefixerunt in quo deberetis uos cum aparatibus vestris nostro conspectui presentare. Verum quia terminus iam transiit et predictus episcopus nobis per nuncium suum instancius supplicauit, ut usque ad aduentum nostrum ad Montem Pessulanum cusam ipsam differamus, nos, quia nuntio suo presente et apud nos per VIII dies moram faciente, tu non

uenisti nec responsalem pro te aliquem destinasti, ne inhumani et asperi uideremur, ad peticionem eius causam ipsam usque ad proximas octauas apostolorum Petri et Pauli duximus differendam. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus in termino illo cum omni sufficientia rationum tuarum nostro te conspectui representes. Dat. Paris II idus april.

a. *La data a Kehr.* b. *Vid. la introducció.*

1. disnoscitur. 2. Gerundensis et Ausonensis. 3. Iherusalem. 4. *El diumenge Let. Ier. de 1165 és el 14 de març.*

380

[1165],[a] maig, 1. Bourges

Alexandre III envia un breu al bisbe d'Urgell perquè comparegui davant seu a Montpeller abans del proper 6 de juliol per dictar una resolució en el contenciós que el bisbe d'Urgell manté amb l'abat d'Àger.

B. ACL, Car. 150,[b] doc. 6, f. 10r-v. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 262.
a. KEHR, vol. II, doc. 115, p. 409.

Vrgellensi episcopo. Ex relatione magistri Alex[andri] clerici tui nobis innotuit, qualiter iudices, quibus causam, que inter te et dilectos filios nostros abbatem et fratres Agerenses uertitur, delegauimus exsequendam, tibi et illi in preterita dominica qua cantatur Letare Ierusalem[1] terminum prefixerunt, quo deberitis uos nostro conspectui presentare. Set neutra parte in prefixo termino ueniente, idem clericus tuus superuenit et ut causam ipsam usque ad octau(as)[2] apostolorum Petri et Pauli differemus,[3] sua instantia et supplicatione effecit. Verum quoniam predictus abbas ad presentiam nostram iudicium subire paratus accedens usque ad tempus illud potius apud nos morari elegit quam ad presens redire, ne diutinis dilationibus fatigetur[4] uolumus et fraternitati tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus[5] in prescripto termino occasione ac dilatione postposita iustitiam exibiturus pariter et recepturus nostro te conspectui representes; alioquin nisi tunc ueneris uel pro te sufficientem responsalem transmiseris, uos[6] propterea non dimittemus, quominus in causa ipsa seruata forma iusticie auctore Domino procedamus. Datum Bituri. kal. mad.

a. *La data a Kehr.* b. *Vid. la introducció.*

FUNDACIÓ NOGUERA

1. Iherusalem. 2. octauam. 3. differremus. 4. ti: *escrit a sobre*. 5. *f.t.p.a.s.p.m.q.* 6. nos.

381

1165, juliol, 14

El prior i el Capítol de Sant Miquel de Montmagastre cedeixen en cens a Guillem Girbert i a la seva dona, Maria, unes terres a Solanelles.

A. APA, Car. 1098.
B. *Resumen*, doc. 265.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod Petrus, [prior sancti][1] Michaelis, et alii clerici, id est Dalmacius, que uocant Carbonel, et Petrus, sacer, vererd[...]nensi[1] et Poncius, diachonus, donatores sumus uobis, Guillelmus Guiriberti et Maria, uxori tue. Per hanc scripturam [donacio]nis[1] nostre donamus uobis ipsum alaudem quod abet sancti Michaele ad Solaneles cum ipsa hereditate [...]mus[1] Bernard Guiribert in cunctisque locis, exceptus ipsas mansiones. Et adhuc damus uobis una sort de alodio qui est ad Quals de Dera de subtus ipsa[2] uia, prope alodio de Dera. Et una uinea ad ipsa[2] celada; afrontat de totas partes in alodio et in uineas de Ihoan Zabat; et una uinea a Chafameg; et afrontat de I part in uineas de Arnallus de Llauaneres, de alia in uineas de Pug Maioris, de III in uinea de Arnallus d Eschobed. Hoc totum damus uobis in tale conuentu, ut habeatis ad seruicium sancti Michaele et clericis ibi manentibus, et faciatis per hoc donum suprascriptum ac per uestrum alodium, quod uos dedistis ad sancti Michaele, censum per unumquemque annum perna una de porch de quale melior occideritis cum VI fogaces uel cum chanada I de ui et emma de ciuada uos et posteritati uestre cui dubitaueritis; et non eligatis aliud[3] seniori nec aliut patroni nisi sancti Michaele et priori eiusdem loci uel successores eius, et siant uobis adiutores et defensores contra cunctos homines secundum illorum possum.

Facta ista carta donacionis II[e] idus iulii anno ab incarnacione Domni MCLXV.

Sig+um Petrus, priori. Sig+um Carbonel. sig+um Petrus, sacer. Sig+um Poncius, diaconus. Nos, qui ista carta rogauimus scribere et testes firmare fecimus et cum manus nostras firmamus. Sig+um Petro Secundo. Sig+um Brunet. Sig+um Petrus Guillelmus[3] Guiriberti. Sig+um Iordana. Sig+num[4] Petrus de Salinoues. Isti sunt testes.

FUNDACIÓ NOGUERA

Raimundus, sacerdos, rogatus scripsit die et anno quo + supra.[5]

1. *El text està corromput per la humitat.* 2. ipssa. 3. Guillelmus *escrit a sota, després de* testes. 4. Sig+num: *íd. anterior, a sota de* Iordana. 5. *Document escrit al revers del pergamí.*

382

1165, agost, 18. Montpeller

Alexandre III coneix el plet entre l'abat de Sant Pere d'Àger i el bisbe d'Urgell i l'acarament d'ambdós davant dels bisbes de Girona i Vic. En aquesta butlla el Papa reconeix la independència de l'abat respecte al bisbe, així com els drets de Sant Pere d'Àger pel que fa a l'església de la Suda de Balaguer i el seu dret a percebre la quarta part dels delmes de la ciutat de Balaguer. D'altra banda, es reserva la seva decisió sobre la pertinença de les esglésies de Covet, Alentorn i Grialó per a proveir millor. Finalment, reconeix els drets del bisbe sobre les esglésies situades al marge esquerre del riu Noguera Pallaresa admesos per confessió de l'abat.

A. APA, Car. 110.
B. ACL, Car. 89.[a] Còpia 22 de juny de 1304.
C. ACL, Car. 2510,[a] f. 4. Còpia fragmentària segle XII.
D. ACL, Car. 150.[a] Còpia fragmentària segle XII. Fragment molt petit: només la primera línia, f. 10r.
E. BC, perg. 4237, doc. 1, f. 1r-3v. Car. 730. Còpia del segle XII.
F. *Resumen*, doc. 266.
a. KEHR, vol. II, núm. 118, pp. 413-416.

ALEXANDER episcopus seruus seruorum Dei. dilecto filio Raimundo Agerensi abbati salutem et apostolicam benedictionem. Pro causa, que inter te et uenerabilem fratrem nostrum Ber[nardum] Vrgellensem episcopum, quam nos uenerabilibus fratribus nostris P. Ausonensi et G. Gerundensi episcopis commisimus cognoscendam, diutius noscitur agitari ad nostram pariter presentiam accessistis. Cumque coram nobis cum actis et attestationibus ab eis receptis et in scripta redactis presentes essetis, iamdictus episcopus a te subiectionem et obedientiam requirebat, asserens eam tibi a te de iure communi deberi, eo quod ecclesia tua infra parrochie sue terminos sit fundata. Proponebat etiam, quod predecessores tui, sicut tu ipse de duobus confessus fuisti, antecessoribus suis obedientiam et reuerentiam promiserunt. Tu uero e contrario respondebas, quod ecclesia tua in dyocesi sua fundata non erat, set

in alio potius episcopatu, qui modo destructus apparet, et quod illi duo predecessores tui, qui antecessoribus suis obedientiam promiserunt inutiles persone fuerunt, quarum una deposita fuerat et ob sui inutilitatem amota, altera uero crimine symonie quod commiserat condempnata, quare si quod ab eis exinde factum fuerat, non tenebat. Asserebas insuper quod ecclesia tua ecclesie Romane a suo fuit fundatore collata et a duobus predecessoribus nostris, Nicholao uidelicet et Alexandro Romanis pontificibus, in ius et proprietatem ipsius recepta, super quibus eiusdem fundatoris scriptum et iam dictorum predecessorum nostrorum nobis priuilegia ostendisti, asserens [et] allegans, quod, etsi infra terminos parrochie sue fundata existeret, a subiectione illius fuerat per iam dictos antecessores nostros exempta. Preterea cappellam de Zuda de Balager[1] et quartam partem omnium ecclesiarum eiusdem uille et territorii cum tribus ecclesiis, uidelicet de Alantorn,[2] de Gradilo et de Couezeto, quas tibi non citato nec in causam ducto ablatas esse dixisti, ecclesie tue restitui postulabas. Episcopus autem ad predicta respondens, scripta illa omnino falsa uel suspecta esse dicebat, quoniam scriptum fundatoris nec bullam habebat nec per publicam erat manum conscriptum, adiciens quod priuilegia memorata falsa penitus apparebant tum propter subscriptiones tum propter bullas, que alio modo se omnino habebant, quam ecclesie Romane priuilegia consueuerunt se habere. Astruebat enim quod Romanorum pontificum subscriptiones ibidem non erant, cum ecclesie Romane consuetudo haberet, quod quandoque solius Romani pontificis subscriptio in priuilegio poneretur, aliorum autem absque sua nequaquam consueuit apponi. Que omnia contra Romane ecclesie consuetudinem in supradictis priuilegis ita esse posita comparabant. De bullis etiam proposuit, quod cum ecclesie Romane priuilegia filo serico uel saltem lineo bullari consueuerint, una illarum laneum filum habebat et alterius priuilegii bulla abusiue apposita fuerat et filo colligato inserta. Tu uero ad hec omnia respondebas, quod priuilegium unum per publicam erat manum conscriptum, unde etsi bullam uel subscriptionem etiam non haberet, non minus esset autenticum iudicandum. Episcopus siquidem ad hec constanter asseruit, quod priuilegia illa loco et tempore compententi collatione sucripture et bullarum falsa esse probaret, ad quod etiam inducias postulabat. Vnde nos rationibus et allegationibus hinc inde auditis et cognitis, de conmuni fratrum nostrorum consilio ecclesiam tuam eam libertatem, quam priuilegia continebant, censuimus optinere, donec memoratus episcopus eadem priuilegia, prout asseruit, uel aliis euidentissimis causis falsa esse legitima possit demonstratione probare. Illam preterea quasi[3]

possessionem subiectionis, quam sibi restitui postulabat, quoniam, sicut seruus rei aliene inconsulto domino nullam potest seruitutem imponere, ita etiam nec predecessores tui sine conscientia Romani pontificis, ad quem ecclesia tua spectat, subiectionem alterius in[4] eandem inducere potuerint,[5] non duximus restituendam. Possessionem autem supradicte cappelle de Zuda de Balager[1] cum quarta parte omnium ecclesiarum eiusdem uille et territorii, quoniam te in quarundam earum possessione fuisse in prenominatorum episcoporum presentia et nostra pars episcopi recognouit, et id ipsum tuis etiam testibus comprobasti, tibi et ecclesie tue nichilominus adiudicauimus, questione tamen proprietatis super his reseruata. De tribus uero ecclesiis, uidelicet de Alantorn, de Gradilo et de Couezet, quoniam nichil super his in nostra fuit uel illorum presentia comprobatum, nichil duximus statuendum, set causam super his adhuc reseruauimus discutiendam. Sanccimus preterea ut, sicut tu in predictorum episcoporum audientia confessus fuisti, clerici ecclesiarum tuarum que citra Nogeram existunt ad prenominati episcopi synodum ire et eidem censum debeant constitutum exsoluere, et si qua alia iura episcopalia ipsi uel suis predecessoribus exhibuerunt, illa etiam et eidem exhibeant. Vt autem hec nostra diffinitio futuris semper temporibus inuiolabiliter obseruetur, eam auctoritate sedis apostolice duximus roborandam et presentis scripti patrocinio muniendam. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei aliquatenus contraire. Si quis autem id attemptare presumserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

R. Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. BV.

+ Ego Hubaldus Hostiensis et sancte Rufine episcopus ss.

+ Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.

+ Ego Gualterius Albanensis episcopus ss.

+ Ego Hubaldus presb. card. tit. sancte [Crucis in Ierusalem ss.]

+ Ego Henricus pres. card. tit. sanctorum Nerei [et Acchillei ss.]

+ Ego Guil[elmus] tit. sancti Petri ad Vincula presb. card. ss

+ Ego Iacintus diac. card. sancte Marie in Cosmydin ss.

+ Ego Oddo diac. card. sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.

+ Ego Boso diac. card. sanctorum Cosme et Damiani ss.

+ Ego Cinthius diac. card. sancti Adriani ss.

FUNDACIÓ NOGUERA

+ Ego Petrus diac. card. sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.

+ Ego Raimundus diac. card. sancte Marie in lata ss.

Ego Manfredus diac. card. sancti Georgii ad Velum aureum ss.

Dat. aput Montem Pessulanum per manum Hermanni sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii, XV kalendas septembr., indictione XIII, incarnationis dominice anno MºCºLXV, pontificatus uero domni ALEXANDRI pape III, anno sexto.

[Bula penjant]

a. *Sobre la ubicació actual d'aquests documents, vegeu la introducció.*

1. Balager or. *Balaguer còpies.* 2. Alentorn *Les còpies.* 3. qs. *original.* 4. *Obliterat.* 5. potuerit *original;* potuerunt *còpies.*

383

[1165, agost, 18][a]. [Montpeller]

El Papa [Alexandre III] ordena a l'arquebisbe de Tarragona que faciliti a l'abat de Sant Pere d'Àger la recuperació del domini sobre l'església de la Suda de Balaguer, així com de la quarta part de totes les esglésies de Balaguer: que igualment faciliti la recuperació per part de l'abat de la seva independència respecte al bisbe d'Urgell d'acord amb els drets concedits a l'església de Sant Pere d'Àger per anteriors pontífexs.

B. BC, perg. 4237, doc. 2,[b] f. 3v. Car. 730. Còpia del segle XII.
D. *Resumen*, doc. 267.
a. KEHR, vol. II, doc. 119, pp. 416-417.

Terraconensi archiepiscopo. Cum uenerabilis frater noster Vrgellensis episcopus et dilectus filius noster abbas Agerensis in nostra essent presentia constituti et causa, que inter eos super Agerensis ecclesie subiectione et aliis quibusdam querelis diutius uertebatur, sub nostro esset examine aliquandiu uentilata, nos auditis rationibus hinc inde et plenius intellectis abbati possessionem ecclesie sancte Marie de Zuda de Balager et quarte partis omnium ecclesiarum de Balager et eiusdem uille territorii adiudicauimus et ecclesiam suam eam libertatem, quam predecessorum nostrorum priuilegia continent, censuimus obtinere, nisi episcopus, sicut asseruit, priuilegia ipsa falsa existere aliquo tempore legitima possit demonstratione probare, sicut in scripto sententie nostre tibi poterit liquidius apparere. Quocirca fraternitati tue per apostolica

scripta mandamus, quatinus[1] sententiam ipsam secundum quod in autentico scripto nostro noscitur contineri, infra XX dies post harum susceptionem exsecutioni mandare nulla ratione postponas et abbatem predictum plenariam adiudicatorum restitutionem[2] facias obtinere. Si quis autem tibi aut prenominato abbati in his contraire presumpserit, tu eum a presumptione huismodi ex officii[3] tui debito districte compescas.

a. *La data és coetània del document anterior. Més informació a Kehr.* b. *Aquest document al Cartulari figura com un apèndix darrere del 389.*

1. *f.t.p.a.s.m.q.* 2. *Darrere obliterat* mandare. 3. oficii.

384

[1165, agost, 18].[a] Montpeller

El Papa [Alexandre III] exhorta els comtes d'Urgell i de Pallars i als vescomtes G. de Ribelles i G. de Cabrera que protegeixin Sant Pere d'Àger amb relació als seus drets sobre la capella de la Suda de Balaguer enfront de qualsevol persona que s'hi interposi.

B. BC, perg. 4237, doc. 3, f. 4 r-v, Car. 730. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, 267.
a. KEHR, vol. II, doc. 120, pp. 417-418.

Nobili uiro Vrgellensi comiti. In nullo te credimus creatori tuo gratiorem posse famulatum impendere, quam si ecclesias Dei et earum personas ob diuini amoris reuerentiam diligere studeas, manutenere propensius et pia protectione fouere et a prauorum incursu uiriliter satagas defensare. Inde siquidem est quod nos dilectos filios nostros abbatem et fratres Agerenses et ecclesiam illorum tue magnitudini propensius commendantes, nobilitatem tuam per apostolica scripta rogamus monemus et exhortamur[1] in Domino atque in remissionem[2] iniungimus, quatinus[3] diuine miserationis intuitu et pro reuerentia beati Petri ac nostra iamdictos abbatem et fratres diligere et manutenere intendas et prescripte Agerensi ecclesie iura sua integra et illesa conseruans eosdem abbatem et fratres capellam de Zuda de Balager[4] cum quarta parte omnium ecclesiarum eiusdem uille et totius territorii, quarum sibi possessionem adiudicauimus, quiete et pacifice possidere permittas,[5] nec ipsos ulla ratione molestes aut a subditis tuis patiaris aliquatenus molestari, ne forte in iudicio proprietatis aduersus eum fuerit iudicatum. Ecclesia quoque de Agger ob diuine

reuerentiam maiestatis cum omnibus bonis et possessionibus suis pia protectione conserues et ab aliorum impugnationibus collata tibi a Domino potestate uiriliter tuearis, ut a Deo premium et a nobis ipsis gratias propter hoc multimodis ualeas obtinere.[1]

In eundem modum nobili uiro G. de Ribeles.

In eundem fere modum nobili uiro P. uicecomiti de Capraria.

In eundem fere modum nobili uiro comiti Paliarensi.

a. *Pel que fa a la data és simultània al document anterior. Vid. Kehr.*

1. p.a.s.ro.mo. et ex. 2. tibi peccatorum. 3. q. 4. Balaguer. 5. *Escrit a sobre* facis, *però* permitas *no està obliterat. La primera podria ser una expressió literal, mentre que la segona seria més conceptual.*

385

[1165, agost, 18].ª Montpeller

Alexandre III comunica al municipi de Balaguer la seva decisió a favor de l'església de Sant Pere d'Àger amb relació al plet sobre la possessió de la suda de Balaguer, exhorta el poble que respecti els drets de l'esmentada església.

B. BC, perg. 4237, doc. 4, f. 4v-5r, Car. 730. Còpia del segle XII.
C. *Resumen*, doc. 267.
a. KEHR, vol. II, doc. 121, pp. 418-419.

Vniuersis parrochianis de Balaguer.[1] Ad uniuersitatis uestre notitiam uolumus peruenire, nos dilecto filio nostro abbati Agerensi et ecclesie sibi commisse possessionem capelle sancte Marie de Zuda de Balaguer[1] et possessionem quarte partis omnium ecclesiarum eiusdem uille et totius territorii adiudicasse. Quocirca uniuersitatem uestram per apostolica scripta rogamus monemus et exhortamur[2] in Domino atque in remissionem uobis peccatorum iniungimus, quatinus[3] prescripte ecclesie iura sua illesa et integra conseruetis et eidem[4] in iusticiis debetis respondeatis, ut eternam exinde ab omnipotenti Domino possitis promereri salutem et nos caritatem uestram multimodis super hoc in Domino commendemus.[5]

a. La data d'aquest document és simultània als documents anteriors. Vid. Kehr.

1. Balaguer. 2. *a.s.ro.mo.* et ex. 3. q. 4. idem. 5. commendamus.

FUNDACIÓ NOGUERA

386

[1165, agost, 18].[a] Montpeller

[Alexandre III] avisa l'arquebisbe de Tarragona perquè amonesti l'ardiaca d'Urgell amb l'objectiu que aquest posi fi a les seves malvestats contra l'església de Sant Pere d'Àger. Ordena també que la vídua d'Arnau Curtit pagui els vint-i-cinc aureos *prestats al seu marit. Finalment, ordena que es desenterrin els hospitalers excomunicats per l'abat d'Àger i que havien estat enterrats en terra sagrada a Siscar.*

B. BC, perg. 4237, doc. 5, f. 5r-v, Car. 730. Còpia del segle XII.
C. ACL, fons d'Àger, doc. 1034, Car. 1514. Còpia del segle XII.
D. *Resumen*, ap., doc. 36.
a. KEHR, vol. II, doc. 122, pp. 419-420.

Terrachonensi archiepiscopo. Conquestus est nobis dilectus filius noster abbas Ageensis, quod cum A. archidiaconus Vrgelensis decem ecclesias ab ipso et ecclesia sibi commissa obtineat, debitam illi iustitiam exhibere contempnit et in constitutis obsequiis respondere. Vnde cum idem abbas iam dictum archidiaconum[1] sepius ad nostram propter hoc presentiam appellauerit, ad nos hactenus uenire contempsit. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus[2] prefatum archidiaconum[3] moneas attentius et compellas, ut memorato abbati de uniueresis querelis, quas aduersus eum se habere proponit, sub tuo examine, remoto appellationis obstaculo, sufficientem iusticiam non differat exibere. Quod si facere forte contempserit, tu eum ad hoc pro commissi tibi officii debito ecclesiastica censura coherceas. Nichilominus etiam presentium tibi auctoritate iniungimus, ut uxorem Arnaldi Curtit et eos, quibus idem A. decedens rerum suarum disponere commisit, XXV aureos, quos ab abbate pro usuris acceperat, sed eosdem in morte sua se ipsi redditurum iurauit, eidem, si ita est, omni occasione et excusatione postposita, restituere sub anathematis districtione compellas. Hospitalarios quoque de Siscar, qui prefati abbatis excommunicatos ad sepulturam recepisse dicuntur, si ita esse cognoueris, excommunicatorum corpora de cimiterio prorsus eicere et abbati de tanta iniuria satisfactionem congruam exibere auctoritate nostra constringas. Quod si adimplere contempserint, ecclesiam, ubi excommunicatos sepultos esse cognoueris, usque ad dignam saisfactionem subicias interdicto. Data apud Montem Pessulanum XV kal. sept.

a. *La data a Kehr.*

1. archn. 2. *f.t.p.a.s.m.q.* 3. arch.

FUNDACIÓ NOGUERA

387

1165, novembre, 13

Placència i els seus fills venen a Pere Amat i a la seva dona, Ermessén, un cortal *a Àger pel preu de set sous.*

A. BC, perg. 3991, Car. 2351.
B. Cartulari, doc. 346, f. 164r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Placenca, cum filiis uel filiabus meis uinditores sumus tibi, Petro Amato, et uxori tue, Ermessendi. Per hanc scripturam uindicionis mee uindo uobis unum cortal in uilla de Ager. Affrontat ab aquilone et oriente[1] in mansionibus Botelle, de meridie in uia publica, [de][2] occidente in cortal Iohanni Borrelli et in domo Petri Guillelmi de Colobor. Quantum inter istas affrontac[iones][2] includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus uobis ipsum cortal cum exiis suis et pertinenciis cunctis et [superpo]sitis[2] omnibus quod ibi feceritis uos aut uestri. Et hoc propter precium placibilem, quod uobis placuit dare et nobis aprehendere,[3] uidelicet VII solidos denariorum. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut ullusque homo uel femina qui hanc cartam uindicionis pro inrumependum uenerit, in duplo uobis componat aut componamus cum sua melioracione.

Actum est hoc idus nouembris anno ab incarnacione Domni MºCºLXºVº.

Sig+num Raimundi, abbatis. Sig+num Petri, prioris Momagastrensis. Sig+num Arnalli Bellomontis. Sig+num Domne. Sig+num Bernardi de Cas. Sig+num Guillelmi de Cas Sig+num Berengarii de Cas. Sig+num Arnalli. Sig+num Berengari. Sig+num Raimundi. Sig+num Petri. Sig+num Geraldi. Sig+num Poncii. Sig+num Arnalli de Anglerola. Sig+num Raimundi de Camarasa. Sig+num Arnalli de Lorenz. Sig+num Bernardi de Priuaza. Sig+num Raimundi de Vliola. Sig+num Petri, frater eius. Nos, supradicti, conuenimus tibi, Raimundo abbati, et canonicis ecclesie sancti Petri ut corpus tuum atque auere et honorem inuenimus tibi ad defendere contra cunctos homines et feminas et finem supra scriptum teneamus et adtendamus nos et nostris per fidem sine ullo malo ingenio. Sig+num Arnalli de Corça. Sig+num Guillelmi de Corça.

Bernardus, presbiter, rogatus scripssit sub die et anno quo + supra.

a. *Com es pot veure fàcilment la ressenya que encapçala el document no coincideix amb el text.*

FUNDACIÓ NOGUERA

416

1169, juliol, 11

Bernat d'Àger i la seva dona, Gasca, donen a Sant Pere d'Àger la capçalera de les aigües des del molí Roder fins al molí de Caragol.

B. Cartulari, doc. 80, f. 48r-v.
C. *Resumen*, doc. 280.

Qualiter Bernardus de Ager dedit illud caput aquale a molendino Roder usque ad molendinum de Caragol.

[N]otum[1] sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quam ego, Bernardus de Ager, cum uxore mea, Gascha, donatores sumus domno Deo et ecclesie sancti Petri in manu Raimundi abbatis et aliorum canonicorum. Per hanc scripturam nostre donacionis damus uobis ut accipiatis ipsum caput aqualem de illo molino Roder usque ad illo molino de Caragol, ubicumque capere potueritis, et de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate, ut faciamus uobis hinc uobis habere et tenere nos et generatio nostra per secula cuncta. Et ego, Raimundus abbas, cum conuentu sancti Petri donatores sumus uobis, Bernardo de Ager et uxori uestre, Gasche, damus uobis ut fide uobis aut ali quos ex proienie uestra qui in uestro hospicio permansserint aut steterint obierint, ut sepeliamus eos in cimiterio ecclesie sancti Petri et non distringamus eos ut nobis aliquid dent nisi ex propria sua uoluntate.

Actum est hoc V° idus iulii anno ab incarnacione Domni M° C° LX° IX°.

Sig+num Bernardi Ageris. Sig+num Gasche. Sig+num Raimundi, abbatis. Sig+num Guillelmi Romani, prioris. Sig+num Petri sancti Iusti, prioris. Sig+num Arnaldi Bellomontis. Sig+num Bernardi Exabelli. Sig+num Bernardi Petri Guillelmi. Sig+num Petri Bertrandi. Sig+num Helie. Sig+num Raimundi Iohanni. Sig+num Arnalli de Cass. Sig+num Iohanni Fulliole.

Bernardus, presbiter, rogatus scripssit sub die et anno quo + supra.

1. *Vid. introducció.*

FUNDACIÓ NOGUERA

417

1169, agost, 27

Exabel dóna a Sant Pere d'Àger els delmes i les primícies corresponents al castell de Pedra, un molí i els alous annexos situats al solar de Pujol, a Àger.

B? BC, perg. 4207, Car. 271. Còpia de la primera meitat del segle XIII.
C. *Resumen*, doc. 283.

Notum sit cunctis quod ego, Exabellus miles, domnus castrorum de Petra et de Montçonist infra uallem de Agere, per hanc cartam in perpetuo ualituram dono domno Deo et ad sanctam Mariam, matre eius, et ad sanctum Petrum ni(...)ssii[1] de Agere in posse sacricustos eiusdem monasterii, qui modo est, et ad successores suos totum illum decimum et primicium uallis mei, siue cumbe, uocitata De n Agostina de termino predicti castri de Monçenis. Id sunt domos, tozrales, terras, uineas, oliuarios, ortos, canamares, linares, cultos et incultos, cum arbores fructiferos et non fructiferos et hereditates cunctas ad decimum cum omnibus[2] pertinenciis eorum de [...][1] quam tenet Paschasius De n Agostina, uasallus, inde ad censos, usaticos atque questiam, quos ibi retineo. Iterum eciam dono totum decimum et primiciam unius molendini mei in solano de ipso pugol termini Ageris cum suo dominico [...][1] et aliis alaudiis ad ipsum molendinum pertinentes, sicut afrontat cum torrente de ipsa respluga et alio torrente maiore, et alios puios. Qui mihi aduenerunt per donacionem domni[3] Arnalli Mironis, quando me nobilitauit. [...][1] Pedram [...][1] perpetuo pro tempore paschali, sancti Petri et brandone [...][1] due feste sancte Marie, con altera ad abbates et alios seniores cannonicos annis singulis, et per una lampade illuminanda in capitulo sancti Petri ante ymagine sancte Marie, et aliam in choro quando dixerit horas nocturnales, et aliam in dormitorio pro illuminando ipsum dormitorium de nocte, Sic aliam lampadam dimisi illuminandum ante capellam sancti Michaelis dicti monasterii, sicut continetur in alio donacionis instrumento demisso per Amatum diachonem [...],[1] sed totum remaneat ad ecclesiam predictam per secula cuncta, ut abbas et alii seniore canonici habeant qui recomendatur ad suas oraciones et orent ad Deum pro animas de parentorum illorum et omnium fidelium deffunctorum. Et est manifestum. Quod, si ego uel alius homo uel femina istam cartam donationis inquietauerit in aliquo, ad duplum componat, et a corpore Christi et catholicorum comunione sequestratum reperiat, et cum Datan et Abiron,

quos infra immos absorbuit, atque cum Iuda Scariotis, traditore, porcionem capiat in infernum.

Facta carta donacionis predicte VI kalendas septembris anno incarnacionis MºCºLXIX.

S+num Exabellus, donator, qui hanc cartam mandaui scribere et rogaui testes firmare. S+num Marichi de Dolce. S+um Raimundi Bernardi. S+um Raimundi Penalbe. Hi sunt testes. S+um Comes Pontius, qui prescriptum donum adfirmo atque laudo.

Guillermus Brunus, presbiter, rogatus scripsit et hoc + fecit die et anno prefixo.

a. *El document és autèntic o bé es tracta d'una falsificació? Pot estar equivocada la data?*

1. *El pergamí està bastant mal conservat i la seva lectura resulta difícil, si no impossible, en alguns punts.* 2. homnibus. 3. dompni.

418

1169, setembre, 18

Ponç de Cabrera dóna a Guillem Ramon unes terres a Verbell.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 491, Car. 1745.
B. Cartulari, doc. 294, f. 133r.
C. *Resumen*, doc. 284.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Poncius de Capraria, donator sum tibi, Guillelmo Romani. Per hanc scripturam donacionis maeae dono tibi ipsam terram quod pater meus, Gerallus de Capraria, dedit tibi. Et est illa terra ad Verbell. Adfrontat a parte orientis in terra de Pere Caluet et in uinea de Porchet, de meridie in uinea de Sanc et in torrente, ab occidente Guiem Esteuan, ab aquilone Crup et Sancolm. Quantum inter istas adfrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic dono tibi et posteritati tue per secula cuncta, ut habeas ad seruicium et ad fidelitatem meam et posteritati maeae tu et posterita tua.

Actum est hoc XºIIIIº kalendas octubris anno ab incarnacione Domni MºCºLXºVIIIIº .

Sign+um Poncii de Capraria. Sign+um Sancie, auie illius. Nos, qui hanc cartam donacionis mandauimus scribere et testibus firmare rogauimus. Sign+um Bernardi de Coll. Sign+um Arnalli de

Anglerola. Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Bernardi Aggeris. Sign+um Guillelmi Forts.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

419

1169, novembre, 11

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, dóna en cens a P. i G. un molí a Montsonís i una condamina a Artesa.

A? APA. Car. 1471.
B. *Resumen*, ap., doc. 39.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, R. abbas, cum omni conuentu sancti Petri donatores sumus uobis, P. atque G., ipsum molendinum quod nos habemus in Monte Cenis; et adhuc damus uobis nostrum directum de ipsa condamina que habemus in ualle de Artesa. Tali uidelicet racione damus uobis hoc suprascriptum, ut habeatis et teneatis omnibus diebus uite uestre, et faciatis censum ad ecclesiam sancti Petri per unumquemque annum mediam libram peperis, et in uita uestra nullus homo nec femina posseat uobis aufferre.

Actum est hoc III idus nouembris anno ab incarnacione Domni MºCºLXºVIIIIº.

Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Guillelmi Romani, prior. Sign+um Petri, prioris Momagastrensi. Sign+um Petri sancti Iusti. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Bernardi Exabelli. Sign+um Bernardi Petri Guillelmi. Sign+um Bernardi de Castre. Sign+um Petri Bertrandi. Sign+um Elie. Sign+um Arnalli de Cass. Sign+um Raimundi de Corca. Sign+um Gomball de Ribellis. Sign+um Marchesa. Nos suprascripti conuenimus P. atque G., ut faciamus uobis tenere omnibus diebus uite nostre.

Bernardus, subdiachonus, rogatus[1] scripsit sub die et anno quo + supra.

1. rogatus *repetit*.

FUNDACIÓ NOGUERA

420

1170, gener, 11

Ermessén i els seus fills permuten amb Sant Pere d'Àger el molí Roder per un alou a Vilamajor.

A. APA, Car. 981.
[B]. CAR, 164.
C. Cartulari, doc. 170, f. 85v-86r.
D. Cartulari, doc. 163, f. 83r-v.[a]
E. *Resumen*, doc. 279.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Ermessen, cum filiis uel filiabus meis, uidelicet Raimundus et uxor sua, Maria, et Ermencards, et Pocullull et uxor sua, Miranda, per hanc scripturam comutacionis nostre comutamus domno Deo et ecclesie sancti Petri in manu Raimundi, abbatis, aliorum cannonicorum. Comutamus uobis omnes nostros directos et uoces, quos et quod habemus uel habere debemus in ipso molendino Roder, quod iam fuit et erit, siue in ipsis molendinis, qui sunt uel erunt, cum suis aquis et discursionibus aquarum et caput aquis, cum exiis et regressiis suis et pertinenciis cunctis ab omni integritate ad uestrum proprium alodium et ad facere uestram uoluntatem. Et hoc propter ipsum alodium quod domnus Gerallus de Capraria dedit nobis propter ipsum molendinum quod tenebamus in Villamaior. Et abstraimus de[1] nobis ipsum molendinum et tradimus in uestro dominio et potestate. Et est manifestum. Quod, si nos, comutatores, aut ullusque homo uel femina, qui hanc cartam comutacionis inquietare uoluerit, in duplo uobis componat aut componamus cum sua melioracione.

Actum est hoc III idus ianuarii anno ab incarnacione Domni M°C°LX°VIIII°.

Sign+um Ermesendis,[2] qui hanc cartam comutacionis mandaui scribere et testibus firmare rogaui. Sign+um Raimundi. Sign+um Marie. Sign+um Ermeniards. Sign+um Pocullulli. Sign+um Mirande. Sign+um Petri Poculluli. Sign+um Boneti Arpin. Sign+um Poncii Iuliani.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra

a. *Encara que el contingut és el mateix, el text d'aquest document difereix de C i també d'A. El fet que s'hagi perdut B ens impedeix corroborar la següent hipòtesi: A i B devien tenir una redacció diferent (noteu la diferent redacció del* Compendi*). C segueix el text d'A i D ha de seguir el de B.*

1. *Al darrere hi ha una paraula obliterada.* 2. Ermensenbis.

FUNDACIÓ RUBIRALTA

421

1170, març, 2

Joan d'Àger i la seva dona, Maria, donen a Guillem Dorcal i la seva muller, Maria, la tercera part de l'honor que tenen a Àger. Com a contraprestació els donataris renuncien als seus drets sobre les dues terceres parts restants de l'esmentada honor.

A. ACL, fons d'Àger, Car. 1931. Quiròg raf partit per A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Z.
B. Cartulari, doc. 210, f. 101r-v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Sit notum cunctis, presentibus et futuris, ad quos haec scriptura uenerit quod ego, Iohannes d'Ager, et coniux mea, Maria, donamus tibi, Guillelmo Dorchal, et coniugi tue, Marie, terciam partem de omni honore qui fuit de Petita et et sorore sua, Maria. Et hec est honor in castro d Ager et in eius territorio. Et iterum damus uobis terciam partem de ipsa uinea quam comparuimus de Gibel. Et in antea, si inuenire poterimus aliquid de isto honore de hoc auiatico, similiter habeatis terciam partem. Et, si necesse fuerit ibi missio, facite terciam partem. Et ego, Guillelmus Dorchal, et coniux mea, Maria, propter hoc donum damus et diffinimus omnes alios nostros directos quod habemus et habere debemus in ipsas duas partes quas uos, donatores, retinetis, et totum nostrum directum in ipsas casas d'Ager, que sunt ad Furn, et hoc quod uendidistis de honore. Si quis homo uel femina, qui hanc cartam donacionis et diffinicionis frangere temptare uoluerit, nichil ualeat quod requirit, sed in dupplo uobis componat cum omni melioracione; et in antea firma sit omni tempore et non sit disrupta.

Acta carta donacionis VIº nonas marcii incarnati Verbi Dei CºLXºVIIIIº post millesimum.

Sig+num Iohannis. Sig+num Mariae. Sig+num Guillelmi. Sig+num Mariae. Nos, qui hanc cartam donacionis et diffinicionis iussimus scribere et firmamus et testes rogare firmauimus. Testes: Sig+num Bernardi de Maneras. Sig+num Petri Bernardi Coguz. Sig+num Guillelmi Curtiti. Sig+num Bernardi Dezpi.

Raimundus, laicus et scriptor, rogatus scripsit die et anno quo + supra.

FUNDACIÓ NOGUERA

422

1170, abril, 12

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, dóna a Pere d'Estanya, la seva muller Ermessén, Guillem d'Aspremont i la seva dona Alez una vinya amb els primers ceps i els imposa totes les càrregues annexes al cens, com el dret de retracte.

A. ACL, fons d'Àger, , doc. 148, Car. 1913.
B. Cartulari, doc. 227, f. 106v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Raimundus abbas, cum omni conuentu sancti Petri donatores sumus tibi, Petro de Stagna et uxori tue, Ermessen, et tibi, Guillelmo de Aspremont, et uxori tue, Alez, de una terra ad plantacionem. Tali pactu damus uobis ut plantetis eam uineam et, quando erit plantata, habeatis uos primam cercham. Recepta ista prima cercha, habeamus nos medietatem de omni expleto qui inde exierit, et uos aliam medietatem. Nos autem in opere uinaeae mittemus medietatem, uidelicet ad cauar et ad podar et ad exabrir. Et, si uolueritis eam uindere nec in pignus mittere, primitus dicite nobis et, si nos eam capere nolumus, mittite eam uestris consimilibus qui hoc pacto teneant illam ut uos tenetis; et ne eam uendatis nec impignoretis militibus nec clericis, et habeatis eam uos et posterita uestra per secula cuncta. Et ne eligatis alium seniorem neque patronem nisi nos et successores nostros uos nec posterita uestra. Et abet afrontaciones ipsa terra de I parte in Sugner, de alia in Casset, de tercia uel de quarta in nos, donatores.

Acta carta II idus aprile anno ab incarnacione Domni M° C° LXX°.

Sign+um Raimundi, abbatis.[1] Sign+um Petri, prioris Castellionis. Sign+um Guillelmi Romani, prioris. Sign+um Bernardi Exabelli. Sign+um Bernardi Petri Guillelmi. Sign+um Petri Bertrandi. Sign+um Elie. Sign+um Petri de Montcenis. Sign+um Arnalli de Cass. Sign+um Bernardi Castensis.

Bernardus, subdiachonus, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *La primera* b *esborrada.*

FUNDACIÓ NOGUERA

423

1170, novembre, 17. Cervera

Davant de l'arquebisbe de Tarragona, Hug, Arnau, bisbe d'Urgell, i Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, signen un principi d'acord arran de les disputes entre ambdós pel que fa a la possessió i gaudiment de l'església de la Suda de Balaguer, les tres esglésies (Covet, Graell i Alentorn) i l'església d'Artesa. Àger gaudirà de la Suda, Covet, Artesa i de les esglésies situades al marge dret de la Noguera Pallaresa; Urgell tindrà dret a Graell, Alentorn i a les esglésies del marge esquerre de la Noguera amb totes les prerrogatives episcopals. A les ubicades al marge dret de la Noguera Pallaresa, l'església d'Àger rebrà del bisbe el crisma, ordenacions i consagracions. L'abat d'Àger accepta tot allò dit als paràgrafs anteriors, tenint en compte sempre la decisió de la Santa Seu i els privilegis adquirits.

B. ACU, LDEV, doc. 940, f. 270r.
B'. ACU, LDEV. doc. 944, f. 271r-v.
D. Cartulari, doc. 79, f. 47r-48r.
E. *Resumen*, doc. 286.
a. BARAUT, *Diplomatari*... doc. 1653, pp. 176-177.

Hugo,[1] sola Dei dignacione Tarragonensis[2] archiepiscopus apostolice sedis legatus, uenerabili fratri Ar[nallo], Vrgellensi episcopo, et dilecto filio R, Agerensi abbati,[3] salutem et dileccionem. Causam que inter uos et ecclesias uobis comissas, super capella, uidelicet, Zude de Balager et tribus ecclesiis, scilicet, de Coheded[4] et de Graniilo[5] et de Alentorn ac iure episcopali et quibusdam aliis dinoscitur agitata, ex precepto[6] domini pape Alexandrii diligenter audiuimus et eam in nostra presentia[7] multis uicibus fecimus pertractari; postremo, cum hanc essemus iudicio terminare parati, uobis placuit ipsam magis quam sententia[8] amicabili paccione finire. Et ne ad inuicem gratis facta conuencio ualeat obliuione perire, petentibus partibus, eam scripto libuit comendare et positum memorie firmiter et inuiolabiliter obseruandam relinquere. Primo igitur inter uos sponte conuenit ut Agerensis abbas et eius ecclesia capellam Zude de Balager cum omnibus suis oblacionibus necnon et terciam[9] partem omnium decimarum[10] et primiciarum et defunccionum et oblacionum uille de Balager et eorum uidelicet omnium ubi nec quartam accipit integre et absque ulla contradiccione terciam partem habeat et quiete possideat, excepto baptisma et sepulture,[11] quae ad maiorem ipsius loci ecclesiam de iure spectant et pertinent, et ipsius episcopi et abbatis dominicature decima

quam in presenciarum habent et possident; cetera omnia que in eadem uilla et eius territorio memoratus abbas ad se pertinere firmiter postulabat, Vrgellensis episcopus et eius ecclesia habeat quiete similiter et absque ulla ipsius abbatis et successorum suorum questione detineat. De tribus uero ecclesiis, quas predictus abbas petebat, placuit ut ipsam de Cohedet[12] cum suis pertinenciis habeat abbas et eius ecclesia et possideat inconcusse. Duas alias: de Alentorn scilicet et Gradilo,[13] episcopo memorato habendas quiete et possidendas reliquit; ecclesiam similiter de Artesa cum suis suffraganeis[14] idem abbas sine infestacione teneat et recipiat. Sicque, ut supra scriptum est, asenssu capituli sui pactus est Vrgellensis episcopus et spopondit. Idem quoque Vrgellensis episcopus in omnibus ecclesiis citra Nogeram que per sententiam[15] domini pape sibi et ecclesie sue adiudicate sunt, episcopale ius integre et absque ulla[16] diminucionem habeat: ordinaciones, uidelicet,[17] clericorum, ecclesiarum et altarium consecraciones et quod a nemine alio quam ab ipso sanctum crismam recipiant, et ut clerici ipsarum ecclesiarum ad eius sinodum uadant. Cenas etiam moderatas in quatuor[18] maioribus[19] ecclesiis de Monte Magastra et de Lorda et de Cohedet[12] et de Artesa cum quindecim tantum equitaturis aut, si necesse episcopo fuerit, cum X et VIII habeant[20] et recipiant;[20] in ceteris autem sufraganeis iuxta earum[21] possibilitatem et ipsius episcopi atque abbatis arbitrium et bonam conuencionem. In ecclesiis uero que ultra Nogeram sunt, placuit ut iam dictus abbas sanctum crisma et ordinaciones clericorum, altarium et ecclesiarum consecraciones ab ipso[22] episcopo recipiat Vrgellensi. Excomunicatos quoque suos ibidem omnino deuitet et nullatenus eum, quem excomunicatum fore ab episcopo Vrgellensi pro certo cognouerit, in ecclesiis suis nusquam recipiat. Incendiarios et incestuosos, matrimoniorum et oppresssionum causas et que absque episcopali auctoritate et audiencia iure finire non possunt, Agerensis abbas, cum uoluerit et ei placuerit, ante memoratum episcopum audienda et finienda deducat. Sicque, ut supradictum est, assensu capituli sui pactus Agerensis abbas atque spopondit, salua semper in omnibus apostolice sedis auctoritate et priuilegiis.

Facta transactio[23] apud Ceruariam auctoritate et presencia domini Hugonis,[1] Tarragonensis[2] archiepiscopi apostolice sedis legati in plena ipsius multorum uidelicet clericorum et laicorum audientia,[24] anno ab incarnacione Domni Mº Cº LXXº, XV kalendis[25] decembri. Ego, Hugo,[1] Tarragone[2] archiepiscopus apostolice sedis legatus. Sig+num Arnalli, Vrgellensis episcopi, qui hoc laudo[26]

et firmo. Sig+num Raimundi, abbatis, qui hoc laudo et affirmo. Sig+num Raimundi, Vrgellensis archidiaconi. Sig+num Berengari,[27] archidiachoni. Sig+num Guilelmi, precentoris. Sig+num Magistri Guilelmi.[28] Sig+num Berengarii de Sancta Fide. Sig+num Petri de Sancto Iusto. Sig+num Arnalli de Belmonti. Sig+num Petri de Galiners. Sig+num Bernardi de Castre. Sig+num Alexandri,Vrgellensis archidiachoni. Sig+num Petri de Pontibus.

Sig+num P. Guillelmi[28] Aragone, qui hanc cartam scripssi et hoc signum feci +

Ego, Petrus leuita de Arcauel,[29] hanc cartam scripssi cum literis in Vª linea superpositis[30] et hoc signum + impressi.[31]

Sig+num Bertrandi prioris Medianenssis. Sig+num Petri, capellani comitis. Sig+num Petri, prioris Momagastrensis. Sig+num B., archidiaconi.[27]

1. Ugo... *C.* 2. Terragone... *C.* 3. abbati *repetit C.* 4. Choeded *B.* 5. Gauilo *B.* 6. *Hi ha una llacuna de paraules a C.* 7. presencia *C.* 8. sentencia *C.* 9. decimam *B,* tertiam *C.* 10. decimacionum *B.* 11. baptisma et sepulture *C.* 12. Choedet *B.* 13. Gadilo *B.* 14. sufra... *C.* 15. presenciam *C.* 16. ulla *falta a C.* 17. uidelicet *falta C.* 18. IIIIor *B,* quatuor *C.* 19. mayoribus *C.* 20. habeat et recipiat *B.* 21. eorum *B.* 22. ipso *falta C.* 23. transaccio *B.* 24. audiencia *C.* 25. kalendas *B.* 26. laudo *falta C.* 27. *La signatura d'aquest personatge apareix al següent paràgraf a B.* 28. W... *B.*

424

1170, desembre, 28

Ramon Bracabou i la seva esposa, Boneta, venen a Bernat Fauleta i a la seva muller, Florència, pel preu de dos sous i deu diners una terra a Àger, a l'indret conegut com Pla de Mates.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 723, Car. 2438.
B. Cartulari, doc. 235, f. 109r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In nomine Domni. Ego, Ramon Bracabou, et uxor mea, Boneta, uenditores sumus tibi, Bernard Fauleta, et uxori tue, Florenza. Per hanc scripturam uindicionis nostre sic uindimus nos uobis una terra. Et est ipsa terra in termino de Ager, uocitato loco ad Plan de Mates. Affrontat ipsa terra a parte orientis in terra de Adria, de meridie in uinea de Ferrer Belel et in terra de Pere Peppi, de occidente in torrent et in uinea et in terra de Ramon Belaro, ab aquilone in terra de Peret da Ramonna. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt,[1] sic uindimus

nos uobis cum exiis et regressiis et suis pertinentiis ad uestrum proprium alaudium et ad facere uestram uoluntatem pro pretio placibile, quod de uos accepimus, II solidos et X diners. Et est manifestum. Quod, si nos, uenditores, aut homo uel femina, qui contra hanc cartam uindicionis pro inrumpendum uenerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componamus; et in antea ista carta firma et stabile permaneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Acta carta V kalendas ianuarii anno ab incarnacine Domni MºCºLXXº.

Sign+um Raimundi. Sign+um Boneta. Nos, qui hanc cartam uindicionis iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Guillelmi Opilo. Sign+um Bernardi de Pedra. Sign+um Peret de Ramonna. Isti sunt testes uisores et auditores: Sign+um Raimundi, filio suo. Sign+um Michael. Sign+um Arnalli. Sign+um Domeneg. Sign+um Sancie. Sign+um Ermessen. Nos in simul, qui hoc laudamus et firmamus.

Bernardus, subdiachonus, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. arabiunt.

425

1171, febrer, 7

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, cedeix en cens a Elies, magister, *unes mansions situades a Àger, li imposa un cens anual de mig anyell que lliurarà el primer dia de Quaresma i li prohibeix la divisió dels béns.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 188, Car. 691.
B. Cartulari, doc. 40, f. 26v-27r.
C. *Resumen*, doc. 285.
D. *Resumen*, ap., doc. 33.ª

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Raimundus abbas, cum omni conuentu ecclesie sancti Petri donatores sumus tibi, magistro Elie. Per hanc scripturam donacionis nostre damus tibi unas mansiones in uilla de Ager, uocitato locho Foras Porta ad illo Terrer. Habent adfrontaciones a parte orientis et meridie in uia publica, ab occidente in casa Iohanni Bret, ab aquilone in mansione Petri Guillelmi de illas

Corts. Et damus tibi de terra usque ad celum. Quantum inter istas adfrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic damus tibi ad tuum proprium alodium et ad facere tuam uoluntatem cum aexiis et regressiis suis et pertinenciis cunctis tali uero pactu, ut per unumquemque annum facias nobis seruicium di midium moltonem tu et ipse cui dederis aut dubitaueris. [Istum][1 i 2] autem seruicium sit semper factum dimidium arietem in carnipriuium quadragesime.[1] Et omni tempore habeatis ad seruicium et ad fidelitatem ecclesie sancti Petri; et non diuidas inter filios et filias, set unum eligas qui teneat et possideat, et sic uadat unus post unum omni tempore. Et est manifestum. Quod, si nos, donatores, aut ullusque homo uel femina, qui hanc cartam donacionis pro inrumpendum uenerit, in duplo uobis componat aut componamus.

Actum est hoc VII idus febroarii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXº.

Sign+um Raimundi, abbatis, qui hanc cartam donacionis mandaui scribere et testibus firmare rogaui. Sign+um Guillelmi Romani, prioris. Sign+um Petri sancti Iusti. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Petri, prioris Momagastrensis. Sign+um Arnalli de Cass. Sign+um Bernardi Exabelli. Sign+um Bernardi Petri Guillelmi. Sign+um Petri Bertrandi. Sign+um Poncii de Cio.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

a. *La referència al* Resumen *és correcta. No ho és la de l'apèndix, on s'equivoca en l'any, omet el número de* Caresmar *i es refereix únicament al* Cartulari.

1. *Escrit a peu de pàgina i per una mà diferent.* 2. *Hi ha un esborrall al pergamí.*

426

1171, maig, 19

Arnau Pere s'entrega a Sant Pere d'Àger juntament amb un llinar que té a Àger, a l'indret anomenat Nocet, sub modo *que se li tributin les mateixes honres fúnebres que als canonges.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 479, Car. 2085.
B. Cartulari, doc. 89, f. 52r.
C. *Resumen*, doc. 288.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Arnallus Petri, offero me ipsum et trado domno Deo et

ecclesie beati Petri in man[u Raimundi, abbatis,][1] et aliorum cannonicorum. Et dimitto ecclesie sancti Petri et uobis uno linar iuxta uilla de Ager, uocitato loco ad Nozed. Aff[rontat a parte orientis][1] in orto Arnalli de Anglerola, de meridie in linar de Raimundi Exabel, de occidente in uia, ab aquilone in ipsa uassa Arnalli de Anglerola. Quan[tum istas][1] afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic trado et dono atque concedo de meo dominio in uestra potestate cum exiis uel regressis [et suis pertinenciis][1] ad uestrum proprium alaudium et ad facere uestram uoluntatem. Hoc autem facio tali uidelicet racione, ut, quando minus euenerit de me, ut recip[iatis mihi honori]fice[1] et sepeliatis me in cimiterio beati Petri sicut uni ex cannonicis ipsius loci. Quod, si ego, donator, aut ullus homo uel femina, qui hanc cartam [inquietare][1] uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componam cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma et stabile perma[neat modo uel omnique][1] tempore, et non sit disrupta.

Acta carta X IIII kalendas iunii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºIº.

Sign+um Arnalli Petri, qui ha[nc cartam iussi][1] scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Raimundi Exabelli. Sign+um Bernardi Exabelli. Sign+um Guillelmi Guarnerii. [Hi sunt testes][1] uisores et auditores. Hoc donum fuit factum in presencia Raimundi, abbatis, et Guillelmi Romani, prior, et Bernardi Exabelli, et Arnalli de [Cass et Reimundi],[1] filii Raimundi Torth, et Petrus Porchet de Stopagna, et Raimundi Eschoda, et Bigorra. Sign+um Gerall de Paracols. Sign+um [Arbert][1] d'Orononers. Sig+num Arnalli. Sig+num Ermessendis, coniugis eius, filie Arnalli Petri.

Bernardus, subdiachonus, rogatus scripsit sub die et anno quo + [supra].[1]

1. *El pergamí està mutilat a tot el marge dret. El suplert del cartulari.*

427

1171, maig, 25

Ermengarda i el seu gendre, Pocollull, donen a Sant Pere d'Àger la meitat d'una sitja situada a Àger.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 59, Car. 1977.
B. Cartulari, doc. 254, f. 116r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

FUNDACIÓ GUERA

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Ermengards, et genero meo, Poccolul, donatores sumus domno Deo et ecclesie sancti Petri in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum. Per hanc scripturam donacionis nostre damus uobis medietatem de una sciga, qui est subtus mur de ipso castello. Hoc autem facimus pro anima filia mea, Miranda, tali uero pacto ut abbas et cannonici ipsius loci recipiant anima sua in omni oracione et beneficio ecclesie sancti Petri. Et de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate. Et est manifestum. Quod, si nos, donatores, aut ullusque homo uel femina, qui contra hanc cartam donacionis uenerit pro inrumpendum, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componamus; et in antea ista carta firma et stabile permaneat omni tempore, et non sit disrupta.

Actum est hoc VIII kalendas iunii anno ab incarnacione Domni M°C°LXX°I°.

Sign+um Ermengards. Sign+um Poccolul. Nos, qui hanc cartam iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Bonet Arpi. Sign+um Raimundi Exabelli. Sign+um Guillelmi Guarnerii. Isti sunt testes uisores et auditores. Sign+um Bernardi.

Bernardus, subdiachonus, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

428

1171, juny, 14

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, cedeix post mortem *en usdefruit vitalici al seu nét Ramon l'*hereditas *que posseeix a Barbells.*

A. APA, Car. 323. Quiògraf partit per ABC...
A'. APA, Car. 339.
B. *Resumen*, doc. 288.

In nomine Domni. Notum sit omnibus hominibus quod ego, R[aimundus], Aggerensis abbas, cum assensu et uoluntate fratrum nostrorum, Aggerensis ecclesie clericorum, dono tibi, Raimundo, nepoti meo, post mortem meam, hereditatem quam habeo apud Barbeles cum omnibus suis pertinentiis, ut eam habeas et integre possideas omnibus diebus uite tue ad seruitium et fidelitatem Aggerensis ecclesie sub ea uidelicet condicione, ut eandem hereditatem et tuam, quam ibidem et apud Agger habes, post mortem tuam libere et absque ulla diminucione[1] ecclesie Aggerensi

restituas. Et ego, R[aimundus], conuenio tibi, Raimundo, abbati Aggerensi, domno et patruo meo, quod predictam hereditatem et illam totam, quam ibidem et apud Ager habeo, post mortem meam ecclesie Aggerensi sine omni impedimento et absque ulla diminucione restituam.

Actum est hoc X° VIII° kalendas iulii anno ab incarnacione Domni M°C°LXX°I°.

Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Raimundi,[2] nepoti meo.[3] Sign+um Guillelmi Romani, prioris. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Arnalli, sacricustodi. Sign+um Bernardi Exabelli. Sign+um Bernardi Petri Guillelmi. Sign+um Petri Bernardi. Sign+um Bernardi Castrensi.[4] Sign+um Magistri Helies.

Bernardus, subdiachonus, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *La* m *escrita a sobre a A.* 2. *La* i *final escrita sobre una* o, *A.* 3. *A A' en comptes de* nepoti meo *es llegeix* abatí. *Hi ha, darrere, unes paraules esborrades no sabem si intencionadament o bé perquè el pergamí està raspat.* 4. *L'ordre de les subscripcions de* Petrus Bernardi *i* Bernardus Castrensis *és invertit a A'.*

429

1171, juny, 19ª

Bernat Pere Guillem i Guillem Foros donen a Sant Pere d'Àger una sitja situada sota la muralla del castell d'Àger.

[A?] CARESMAR, doc. 471.
B. Cartulari, doc. 180, f. 90r-v.

Qualiter Bernardus P[i]. G[i] et Guillelmus Forts dederunt beato Petro quandam scigam que est sub muro castri Ageris.

[V]niuersis[1] hominibus sit notum quam ego, Bernardus P[etri] G[uillelmi], et G[uillelmus] Forts damus domno Deo et ecclesie Agerensi sancti Petri et R. abbatis, et canonicis ipsius loci una ciga que st subtus ipso mur de ipso castro deAger. Hoc autem facimus pro redempcione anime nostre uel parentorum nostrorum. Et de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate. Et est manifestum. Quod, si nos, donatores, aut aliquis homo uel femina, qui contra hanc cartam donacionis pro inrumpendum uenerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma permaneat omni tempore, et non sit disrupta.

Acta carta XIIIº kalendas iulii anno ab incarnacione Domini MºCºLXXºIº.

Sig+num Bernardi Petri Guillelmi. Sig+num Gillelmi Forts. Nos qui hanc cartam iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sig+num Raimundi Exabelli. Sig+num Gillelmi Guarnerii. Sig+num Petri Enrich. Isti sunt testes uisores et auditores.

Bernardus, subdiachonus, rogatus scripssit sub die et anno quo + supra.

a. *Noteu que l'objecte de la donació coincideix en part amb la del doc. 427, encara que els donants són diferents. La data és diferent al* Compendi: VIII kal.

1. *Vid. la introducció.*

430

1171, juliol, 23

Arnadeta i Ramon de Montclús donen en concepte d'aixovar a Ramon Carví i a la dona d'aquest, Sança, tots els alous que posseeixen a Tartareu, Montclús, Àger i Os de Balaguer i una condamina a Alberola.

B? ACL, fons d'Àger, doc. 477, Car. 2413. Còpia coetània?
B. *Resumen*, ap., doc. 43.

Vt ita ualeat donacio sicut empcio. Donacio uero[1] qui per uoluptatem facta fuerit, sicut empcio plena [talem ualeat][2] robore. Igitur in Dei nomine. Ego, domna Arnadeta, gratis et spontanea uolumptate donator sum tibi, R[aimundo] Carui, et ad uxor tua, Sancia, totos nostros directos de alaude quam abemus ego et Ramon de Montclus in Tartared et in terminis suis, totum ab integrum, et abere debemus similiter. Id sunt terras, uineas, kasas, kasalibus, ortis,[3] ortalibus, cultum uel eremum. In Hos similiter uobis dono onorem ab integrum, quam ibi [h]odie[4] abemus et in antea ibi abuerimus. Ad Montclus uobis damus nostros directos de me, Arnalleta, et de uirum meum, Ramon, de alaude, totos[3] ab integrum, oliuarios, terras, uineas,[5] arbores fructiferas. In Ager uobis dono ego, Arnadeta, totos nostros directos de kasas, kasalibus, uineas, tota nostra requisicio ab integrum de me et R[aimundum], uirum meum. In super uobis dono ego, Arnadeta, ipsa condamina ad Alberola, qui est ad ipso collo, in ipsas uoces quam dedit eam nobis Pere de Tartared ad me, A[rnadeta], et ad uirum meum, R[aimundum]. Abet affrontaciones suas ipsa condamina de parte

orientis[6] in torrente, de meridie inter ambos uilars et inter ipsa sponna qui est in alaude de Guilelm Ramon et de R[aimundi] Pere, de parte occidente in ipsa serra, de parte uero circi ipsa uia uel in ipsa sponna de terra de Folius.[7] In quantum iste affrontaciones continetur et isti termini ambiunt, sic dono ego, Arnadeta, ad te, Ramon, et uxor tua, Sanca, per exouar, hoc totum suprascriptum ad uestrum proprium alaudem cum exiis uel regressiis earum ad faciendi uestra uoluptate per secula cuncta. Et est manifestum. Quod, si ego, donator, aud ullus homo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, non ualeat, set in duplo componat aud[3] componam,[3] et non sit disrupta modo uel omnique tempore.

Actum est hoc X kalendas augusti, die sancti Appollinariis,[8] anno incarnacionis dominice M ºCº LXX. Iº.

Sig+num Ego, Arnadeta, qui ista donacio mandaui scribere [et][2] testes firmare iussi. Sig+num Raimundi.[9] Sig+num Ermessen, filie R[aimundi] et Arnadeta. Sig+num R[aimundi] de Currida. Sig+num Arnall dAnglerola. Testes. Sig+num Marti de Castellon, testis.

Petrus, sacer, rogatus scripsit et hoc + fecit.

1. uera. 2. taleat. 3. *paraula corregida.* 4. *El pergamí està lleugerament deteriorat (rosegat) al marge esquerre.* 5. ui *repetit.* 6. orrientis. 7. *Paraula corregida i de difícil lectura.* 8. S. Apolinar, *m. circa 78, Ravena.* 9. Raimunda.

431

1171, agost, 10

Pere de Corçà i el seu germà Ramon entreguen a Sant Pere d'Àger una vinya a Claramunt que havia estat propietat del seu avi. Aquesta donació és pro animis. *Tornen també a l'esmentada església determinats drets feudals sobre el* caputmansum *de Galind Sanç i es reserven els drets que puguin tenir sobre aquest.*

B. Cartulari, doc. 445, f. 219r-v.
C. *Resumen* no consta.

Qualiter Petrus de Corça et Raimundus Raecouer,[1] frater eius, difiniunt beato Petro uineam que fuit Petri Mironis et Iouan et Traga, quam habebant in caputmansso Galindi Sancii.

[I]n[2] nomine Domni. Ego, Petrus de Corça, et ego, Raimundus, frater eius, absoluimus et difinimus in perpetuum Deo et beato Petro et tibi, Raimunde abbas, et clericis Agerensis ecclesie

presentibus et futuris ipsam uineam que fuit Petri Mironis, aui nostri. Que eciam est in termino Clari Montis, et ipsos oliuarios quos habuistis de lexiuis. Hanc autem difinicionem facimus pro redempcione animarum nostrarum et predicti aui nostri et omnium parentum nostrorum. Reddimus preterea Deo et beato Petro et uobis iam dictas precariam et tragi et ioua et quecumque uos uel predecessores uestri habuistis in caputmansso Galindi Sancii, saluo iure nostro, si nos domos quas fecit Martinus Man de feudo nostro fuisse probare poterimus et terram qua est est iuxta illos habeamus, nisi aliud in contrarium probare poteritis.

Actum est hoc IIII idus augusti anno ab incarnacione Domni Mº Cº LXXº primo.

Sig+num Petri de Corça. Sig+num Raimundi de Corça, fratris eius. Sig+num Raimundi sancti Laurencii. Sig+num Petri sancti Iusti. Sig+num Bernardi de Ager. Sig+num Arnaldi de Conques.

Ego, Raimundus, abbas Agerensis, rogatus a Petro de Corça scripssi die et anno predicto et hoc signum + feci.

1. *Afegit a la interlínia; noteu que aquest apel·latiu no hi apareix després.* 2. *Vegeu la introducció.*

432

1171, octubre, 11

Pere Joan atorga testament. Elegeix com a marmessors Pere Bernat, Bernat Carvini i Bernat Molaç. Nomena hereus els seus fills i concedeix l'usdefruit universal vitalici a la seva esposa, Maria.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 142, Car. 1059.
B. *Resumen*, doc. 291.

Quia nullus in carne positus mortem evadere potest. Ideo ego, Petrus Iohannes, iaceo in magna egritudine et per hoc concedo meum testamentum. Et eligo manumessores meos, scilicet Petri Bernardi, et Bernardi Caruini, et Bernardi Molaç. Isti iam dicti deprecor ut, si mens uenerit de me, ut accipiant et diuidant omnia mea sicut inuenerint scriptum. In primis relinquo omnia mea honore, que ego teneo per sancti Petri Agerensis, ad filii mei Arnalli. In tali modo relinquo iam dicta honore, ut Arnalli pagent[1] ipsum debitum de ipsa honore sancti Petri. Et relinquo ad filio meo Domnico ipsum meum ortum, qui mihi aduenit per Bernardi de Balagarii. Et relinquo ad filii mei, Guillelmi et Iohanni atque Ber-

nardi, alia mea honore, totam ab integrum, que ego habeo per Bernardi de Balager, ut habeant et possideant unusquisque per tercium, exceptus hoc quod donatum habeo iam dictum ortum de Dominico. In tali modo relinquo supradicta omnia, ut coniux mea, Maria, fiant domna et potentissima de uita sua sine ullo retentu. Et relinquo pro anima mea ad sancte Marie de Almatha ad opera sua et ad clericis per missas et ad episcopo unam peciam de alodii ad pug de Consilii qui affrontat cum alodio[2] de Bernardi de Pedeoue.

Acto testamento V° idus octubris anno incarnati Verbi Dei C°LXX°I° post millem.

Sig+num Petri Iohanni, qui hoc testamentum iussit scribere et firmauit et testes firmare rogauit. Testes: Sig+num Petri Bernardi. Sig+num Bernardi Caruini. Sig+num Bernardi Molaç.

Bernardus, leuita et scriptor, rogatus scripsit die et anno quo + supra.

1. pagent. 2. io *escrit a sobre.*

433

1171, desembre, 29

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, dóna en cens a Bernat Morell i a la seva esposa, Ermessén, l'honor que té per l'esmentada església a Claramunt.

B. Cartulari, doc. 446, f. 219v-220r.
C. *Resumen*, ap., doc. 44.

Qualiter abbas et capitulus dederunt ad censsum Bernardo Morell totum honorem quem pro monasterio Agerensi tenebat in uilla Clariomontis.

[I][1] nomine Domni. Sciatur a cunctis presentibus et futuris quam ego, Raimundus, abbas Agerensis, cum assenssu et uoluntate fratrum nostrorum, Agerensis ecclesie clericorum, damus tibi, Bernardo Morell, et uxori tue, Ermessen, omnem honorem quem uos tenetis in Claro Monte uel in suis terminis pro ecclesia sancti Petri et pro nobis. Hoc autem facimus in tali conuentu, ut uos et posterita uestra habeatis et teneatis eam omni tempore, et ut detis nobis per unumquemque annum nostros directos fideliter de omni expleto quod inde exierit que pertinet ecclesie sancti Petri et nobis; et damus uobis laudacionem de omni quod habemus in

Clariomonte, ut uos et posteritas uestra habeatis et teneatis eam omni tempore et estote fideles de omni predicto Deo et sancto Petro et nobis. Et hec omnia supra scripta tenete uos et posterita uestra pro nobis et successoribus nostris per secula cuncta; et ullus homo non possit uobis aufferre hoc suprascriptum dum directum firmare et facere uolueritis nobis et successoribus nostris.

Actum est hoc IIII° kalendas ianuarii anno ab incarnacione Domni millessimo C° LXX° I°.

Sig+num Raimundi, abbatis. Sig+num Guillelmi Romani, prioris. Sig+num Arnalli de Cas, sacricustodis. Sig+num Arnalli Bellomontis. Sign+um Bernardi Exabelli. Sign+um Bernardi Petri Guillelmi. Sign+um Petri Bertrandi. Sign+um Magister Helies. Sign+um Bernardi Castrensi

Bernardus, subdiachonus, rogatus scripssit sub die et anno quo + supra.

1. *Vegeu la introducció.*

434

[Després de 1171]

Relació dels greuges que Pere Arnau ha rebut d'Arnau Pere Joan.

A? BC, perg. 4042, Car. 2455.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Ranchures que abet domno Petrus Arnalli de Arnal Pere Ioannis, que fuit amicho per amicitate:

Que conuenit Arnal Pere ad Per Arnal que de ipso seruicio que ille fecit que ne pagare, et non fecit.

Alia que fecit placitum cum suos inimicos sine ille et uenit ad eum grande danno.

Alia que adoba que perdidit sua onore et prehesen pans?

Alia fuit uengad de Achel, meo inimico, et uenit ad meo frater et sustraxlo li auenit grande danno et ad eo abet farcitu di nostra amicitate.[1]

Et ranchure abeo dArnal Pere de ista nostra onore que se tenit ad nostra forca et que se ne uengud grande danno.

Adin ante quens conuenit quens en farie eo que fernos en deuie, et non fecit, et uenit grande danno.

FUNDACIÓ NOGUERA

Alia que abet pres meo frater et se tenet, et prechana quel meredef.

Alia que abet mortos et exorbados meos omines super per serment de dret[2] que ego preferia.

Alia de conuenences que fes cum meo frater et no les liates, et uenit grande danno ad me et ad ille.

Alia de suos omines de Arnal Pere qui exirunt de suo kastro et toleront[3] meo kastro ab quant ii auie.

Alia de suos omines qui exirunt de suo kastro et sachudiront ipsa preda ad meos omines et abebunt parte.

Alia que fexi de mea amicita que in menos fadiga de eo que io a ser len auia de amicitate.

1. farcitu... amicitate *afegit a la interlínia.* 2. *Escrit a sobre d'un esborrall.* 3. tolgron.

435

1171, desembre, 16

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, signa un conveni amb Bernat Escolà pel qual l'abat confirma a Bernat Escolà els seus drets sobre les esglésies de Camporrells i Castelló i el dret a les primícies sobre un alou a Camporrells; l'abat es reserva la quarta part, delmes i primícies sobre dues vinyes i un alou a Miravet.

A. APA, Car. 582. Quiròg raf partit per A B C D E F G H I K L M N O P Q.
A'. APA, Car. 926. Quiròg raf partit per A B C D... Es tracta del mateix document anterior.
A_1 ACL, fons d'Àger, doc. 1133, Car. 694. Quiròg raf partit per A B C D...[1]
B. *Resumen*, doc. 292.

Sciatur a cunctis, presentibus et futuris,[2] quod ego, Raimundus, Aggerensis abbas, cum omni conuentu ecclesie sancti Petri, uenimus ad finem et bonam concordiam cum Bernardo Escolano[3] de Camporels[4] de omnibus querimoniis, quas unquam habuimus usque ad hunc diem. Et concedimus ei omnem honorem, quem adquisierat ad me et a predecessoribus[5] meis, uidelicet ecclesiam de Camporels[4] et de Castellione, et in Trogo illam[6] primiciam de Raimundi de ipsa[7] Serra, et ipsum alodium de Camporels,[4] quem adquisierat de me et a predecessore meo sicut resonat in scripto,[8] excepto ipsas duas uineas quas fuerunt uicecomitis, et omne alodium cum uineis quas tenet Bernard Escholan[9] et Ramon Baschonel[10]

in coma de Miraueth,[11] in quibus retinemus[12] quartam partem de omni expleto[13] et decimam et primiciam[14] ecclesie sancti Petri et nobis.[15] Et, si Bernardus Escholan[16] conqueritur de ecclesia de Trogon, dompnus[17] Raimundus,[18] abbas, faciat stare ei ad directum ipse Petrus, qui eam[19] tenet.

Actum est hoc Xº VIIº kalendas ianuarii anno ab incarnacione Domni Mº Cº LXXº Iº. Hoc fuit factum in presencia Berengarii de Tamarid[20] et aliorum proborum hominum de Camporels.[4]

Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Arnalli Bellomontis. [21]Sign+um Baron. Sign+um Bernardi Maioris.[22] Sign+um Iohanni, presbiteri. Sign+um Petri Arnalli. Sign+um Ferrarii.[21] Sign+um Guillelmi Romani. Sign+um Bernardi Exabelli. Sign+um Petri Bertrandi.[21] Sign+um Arnalli de Cass.[21] Sign+um Helies.[23] [18]Sign+um Bartolomei.[21] Sign+um Bernardi Escholan. [21]Sign+um Ramon de Miraued. Sign+um Berenger de Corbins.[21]

Bernardus, subdiachonus,[25] rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *Es tracta de la part superior d'un altre quiròg raf, un cas únic, creiem, en la present col·lecció, i escrit per un altre rogatari. Les variants apareixen reflectides a les notes que hi ha a continuació.* 2. presentibus et futuris *falta a* A_1. 3. Es-cholano A_1. 4. Camporells A_1. 5. predescessoribus A_1. 6. in Trogo illam *falta a* A_1. 7. illa A_1. 8. iscripto A_1. 9. Escolan *A*. 10. Basconell A_1. 11. Mirauet A_1. 12. retinet A_1. 13. de omni expleto *falta a* A_1. 14. *A continuació* tocius fructus A_1. 15. et nobis *falta a* A_1. 16. Escholan *falta a* A_1. 17. domnus A_1. 18. R. A_1. 19. eam *falta a* A_1. 20. Tamarit A_1. 21. *Totes les subscripcions que apareixen dins d'aquesta nota manquen a* A_1. 22. Manions: *A, A'*. 23. Elie A_1. 24. on *escrit a sobre A*. 25. presbiter A_1. *Ja hem dit a la nota 1 que es tracta de dos rogataris diferents.*



436

1172, febrer, 20

Pere de Gavarra fa donació universal dels seus béns a favor de la seva dona, Bilisendis, el seu fill, Pere, i la dona d'aquest, Maria, sub modo *que tots els béns, en vida del donant, estiguin al servei d'ell mateix i de la seva esposa.*

A. BC, perg. 4151, Car. 570.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Dei nomine. Ego, Petrus de Gauarra, per hanc scripturam donacionis maeae dono uobis, Bilisendis, coniux mea, et ad Petrus, filio meo, et ad coniux sua, Maria, totum ipsum caputmansum

quem ego abeo et abere debeo cum tota ipsa hereditate qui ad ipsum mansum pertinet, per domno Deo de sancti Michaelis et seniores eiusdem loci. Qui mihi contigit per Sancia, coniux mea, et per donacione de seniores meos iam dictos. Et dono uobis terra tota ipsa de Figerola, qui est de auiatico, tercia part in siga, supra sorte quem abeat Petro, filio meo, cum fratre suo Raimundo. Et de tota ipsa de Gauarra, exceptus I terra et I chasa quem ego dedit in dote ad Ermesendis, coniux mea. Et de tota ipsa hereditate de terminum de ipses Ventoses tercia part ex sorte. In super dono uobis totas meas compras et plantas, quem abeo factas, mea part, exceptus de ipso auiatico de Izunt?, baiulo, et in antea totas quantum potuerimus facere mea part. Is totum suprascriptum dono uobis in tale conueniencia: hoc totum habeatis uobis in cunctis meis seruiciis in uita mea et de coniux mea, Bilisendis; et, post obitum nostrum, abeatis uobis et posteritati uestre ab omni integritate per facere uestra uoluntate ad proprium omni tempore. Et ipsa honore de sancti Michael unum de uestros infantes, unum post unum, et unquam non sit diuisa inter eos, abeat. Et tibi, Petrus, filio meo, et coniux tua, Maria, honoretis nobis in omnibus, quomodo bonos filios debent facere ad pater et mater. Est iam dicta honore in terminum de Momagastre et de chastros iamdictos; et afrontad cum afrontaciones de predictos chastros iamdicta onore cum harboribus de diuersis ieneris et cum tota omnia qui ad husum hominum pertinet, cum exio et regressio.

Facta ista carta donacionis X kalendas marcii anno ab incarnacione Domni MCLXXI.

Sig+um Petrus, qui ista carta rogaui scribere et firmare. Sig+um Petro de Salinoues. Sig+num Petrus Olllemar. Sig+num Petrus, filio eius. Isti sunt testes.

Raimundus, sacerdos, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

437

[1172], març, 8

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, cedeix a Blancafort, la seva esposa, Pocolula, i Cuxet una terra a Barbells per la seva rompuda i plantació de vinya, els atorga els primers ceps i es reserva després la meitat de la collita, si contribueix a les despeses; en cas contrari, la quarta part.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1177, Car. 1203. Quiròg raf partit per A B C...
A'. APA, CAR. 340.
B. *Resumen*, doc. 287.

Sciatur a cunctis, tam presentibus quam futuris, quod ego, Raimundus, abbas sancti Petri, donator sum tibi, Blanchafort, et uxori tue, Poccolula, et Cuchet medietate de una sorte ad ipsa turre de Barbeles, ut plantetis eam uineam. Hoc autem facio tali uero pactu ut uos omnes plantetis eam uineam et, quando erit plantata, habeatis uos ipsa prima cercha. Et, accepta illa prima cercha, si ego uolo mittere medietatem in omni opere uinaeae, accipiam medietatem de omni expleto; sin autem accipiam quartam partem fideliter de omni expleto ad ipsum torcularium. Et uos et posteri[ta][1] uestra habeatis et teneatis eam ad fidelitatem et ad seruicium Dei et mei et de illis, cui eg[o][1] dubitauero eam, sicut suprascriptum est. Et custodite et claudite eam bene cum arboribus uel cum parietibus. Et, si uultis uindere uestram partem de iam dicta uinea, uindite eam mihi uel illi cui ego eam dubitauero. Sin autem nos nolumus eam emere, habeatis licentiam eam uindere uestris consimilibus, qui ita eam habeant pro nobis sicuti et uos in illa conuenientia. Et non eligatis inde alios seniores nec patrones nisi mihi et illi cui ego eam dubitauero.

Actum est hoc VIII idus marcii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXº[Iº].[2]

Sign+um Raimundi, abbatis, qui hanc cartam iussi scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Guillelmi Romani, prior. Sign+um Petri sancti Iusti. Sign+um Bernardi Exabelli. Sign+um Petri Bertrandi. Sign+um Bernardi Petri Guillelmi. [Sign]+um[2] Raimundi, nepoti abbatis.[3]

1. *El pergamí està lleugerament rosegat.* 2. *El pergamí està raspat. La data al* Compendi. 3. *No hi apareix la subscripció del rogatari.*

438

1172, abril, 1

Pere Pepi i la seva dona, Bonafilla, venen a Ramon Esteve, a la seva muller, Flandina, Guillem Guarner, Ramon Guarner i a les esposes d'aquests, Arsén i Martina, pel preu de tres sous i mig un llinar a Àger, a la vora del molí de Caragol.

B? ACL, fons d'Àger, doc. 252, Car. 1215. Còpia coetània?

C. Cartulari, doc. 362, f. 169r-v.
D. *Resumen*, doc. no consta.

In Dei nomine. Ego, Pere Pepi, et uxor mea, Bonafilia, uenditores sumus tibi, Ramon Esteua, et uxori, Flandina, sua, et G. Guarner. et Ramon Guarner, et uxores suas, Arsen et Martina, cum suis heredibus. Per hanc scripturam uendicionis nostre uendimus uobis uno linar super ipso moli de Charagol. Affrontat a parte orientis in uos, emptores, de meridie in zequia, de occidente in linar de Gido, ab aquilone in riba. Quantum infra iste affrontaciones includunt, sic uendimus uobis ad uestram uoluntatem facere. Et accepimus de uobis in precium III solidos et mig. Et nos nec nullus omo uel femina, qui ista carta inquietauerit, in duplo componat cum sua melioracione.

Acta carta kalendis aprilis anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºIIº.

Sign+um Ego, Pere Pepi, et uxor mea, Bonafilia, qui ista carta iussimus scribere et testes firmare et filii nostri, qui hoc firmant. Sign+um Petri de Baregs. Sign+um Raimundi de Latorre. Sign+um Petri Vidal.

Bernardus, sacerdos, qui hoc scripsit et signum suum fecit +um sub die et anno quo supra.

439

1172, abril, 14

Berenguer de Curià i el seu fill, Ramon, tornen a Sant Pere d'Àger els delmes corresponents a cinc caputmansa *d'Os de Balaguer que anteriorment havia donat a l'esmentada església Guerau Pons.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 434, Car. 367.
[B] Cartulari, doc. 4, f. 3r.[1]
C. *Resumen*, doc. 296.

In nomine Domni. Notum sit cunctis, presentibus et futuris, quod ego, Berengarius de Curidam, et Raimundus, filius meus, damus et laudamus atque redimus donum qui Gerallus Pontii dedit ecclesie sancti Petri de quinque francs de Os et cartam, quam fecit ille nominatim de quinque sarracenis et omnes hereditates, quas ipsi tenebant et habebant illorum capudmansum. Totum ipsum decimum qui inde exierit, sicut superius est scriptum, ita damus et redimus ac difinimus omnes nostros directos de ipso

decimo qui exierit de ipsos capudmanos et de omnes hereditates que pertinent[2] ad illos, sicut nos nec posterita nostra hoc unquam habebimus nec habere debemus, domno Deo et sancto Petro in manu Raimundo, abbatis, omniumque cannonicorum. Et de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate. Hoc autem facimus pro anima matris meae et fratris mei et pro animabus nostris omniumque parentorum nostrorum.

Actum est hoc XVIII kalendas madii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºIIº.

Sig+num Berengarii de Curidam. Sig+num Raimundi de Curidam. Nos, qui hanc cartam iussimus scribere et testes firmare rogauimus, et propriis manibus firmauimus. Sig+num Bernardi de Pinana. Sig+num Pere Bouet.[3] Sig+num Guillelmus, sacerdos.

Petrus, leuita, qui hoc scripsit sub die et anno quo su+pra.

1. *Vid. la introducció.* 2. pertinet. 3. *El document presenta* Bouent *amb signe d'abreviació de la nassal.*

440

1172, maig, 20

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, signa amb Pere Raolf un conveni sobre l'aprofitament dels molins de Règola. Mitjançant aquest conveni, la col·legiata rebrà les dues terceres parts dels beneficis i Pere Raolf el terç restant.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 784, Car. 2009.
A'. ACL, fons d'Àger, doc. 578, Car. 1640. Quiròg raf partit per *Deus in nomine tuo Salvatore.*
B. Cartulari, doc. 73, f. 44r-v.
C. Cartulari, doc. 245, f. 112v-113r.
D. *Resumen*, doc. 295.

Vniuersis sit notum, tam presentibus quam futuris, quod ego, Raimundus, abbas Aggerensis, cum conuentu sancti Petri uenimus ad finem et concordiam cum Petro Raolf de omnibus malis et de falimentis atque iniuriis quod fecit nobis de ipsis nostris molendinis unde directum nolire nobis facere nec potuit. Et propter hoc ego, Petrus Raolf, dimito atque difinio illum conuiuium, quod habebam in domo sancti Petri, et similiter difinio omnem honorem quem mihi habebant datum, et ipsum almud quem solebam accipere in ipso molendino de Ager per secula cunta. Et in super ego, Petrus Raolf, conuenio uobis per fidem sine omni malo ingenio ut de ista ora in antea sim uobis fidelis de omnibus expletis quod exierint

de ipsis molendinis, et ut teneam eos bene condirectos, sicut molinarius debet tenere molinos[1] copads ita, ut pro meo falimento non perdatis inde ullum expletum. Et ego, Raimundus abbas, cum conuentu sancti Petri laudamus et concedemus tibi, Petro Raolf, et posteritati tue ut habeatis et teneatis ipsos molendinos pro nobis et pro sucessoribus nostris omni tempore, sicut superius scriptum est. Et habeamus nos duas partes de omnibus expletis quod exierint de ipsis molendinis, et uos terciam partem. Et nos similiter mitamus ibi duas partes de omni re quod pertinet ad opere de ipsis molendinis, et uos terciam partem. Et uos et posteritas uestra habeatis in ipso molendino de Regula unum almud ad diem quam moluerit, ita sicut molinarius debet habere in moli copad, et firmetis inde nobis directum, et facietis[2] quantas uices quesierimus, uobis irads et pagads. Et non amittamus eos uobis nisi per fadiam directi. Et non eligatis inde alium seniorem nec patronem nisi nos et successores nostros uos nec posterita uestra. Et ego, Petrus Raolf, et omnis posteritas mea, si directum firmare et facere noluerimus nec potuerimus de illis molendinis quam uos et successores uestri quesieritis a me et a posteritate mea, dimito atque difinio ipsos molendinos uobis et successoribus uestris per me et per omnem posteritatem meam per secula cuncta, ut ego nullam partem inde queram nec ullus homo nec femina per me.

Actum est hoc X III kalendas iunii anno ab incarnacione domni MºCºLXXºIIº

Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Guillelmi Romani, prior. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Arnalli, sacricustodis. Sign+um Bernardi Exabelli. Sign+umBernardi Petri Guillelmi. Sign+um Bernardi Castrensi. Sign+um Helies. Sign+um Petri Bertrandi. Sign+um Petri Raolf, qui hoc laudo, firmo atque concedo. Sign+um Petri Poccolul. Sign+um Guillelmi Guarnarii. Sign+um Raimundi Exabelli. Isti sunt testes uisores et auditores.

Bernardus, subdiachonus, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. molins *A'*. 2. ficietis *A'*.

441

1172, maig

Bernat, la seva dona Berenguera, els fills d'ambdós, Guillem, Bernat, Pere i Bernarda, els seus germans (de Bernat), Arrufat i Maria, els

FUNDACIÓ

fills d'aquests últims i Ermessén, donen al seu germà Ramon una terra a Cogul.

A. ACL, perg. 519, Car. 2339.
B. *Resumen*, doc. 294.

Vt ita ualeat donatio sicut emptio. Donatio quippe, qui per uoluntatem facta fuerit, talem qualem habeat roborem. Igitur in Dei nomine. Ego, Bernardus, cum uxor mea, Berengera, et filiis et filiabus meis, Guillemus, Bernardus, Petrus, Bernarda, et Arrofat meo fratri, et Maria soror mea cum filiis et filiabus suis, et Ermessen. Placuit nobis libenti animo et spontanea uoluntate et donamus tibi, Raymundus frater noster, propter seruitium quod nobis fecisti, una terra ad ipsa Coiul? Et habet afrontaciones: de oriente uinea de Don Sanz, de occidente terra de Ramon Pere, de meridie Iohan Amat, de aquilone terra de Guillem Borra. Hoc uero donatiuum, sicut supra scriptum est, donamus et concedimus tibi, ut habeas et possideas illud tu et omni posteritati tue per secula cuncta; et in super sic donamus tibi hoc donatiuum, ut non facias nullum censsum de illo ad ipsos seniores de Blanca Fort.

Signum+Bernardo. Sig+num Arrufat. Sig+num Maria. Sig+num Ermessen. Qui hanc cartam rogauimus scribere et testes firmare et suas signas facere. Sig+num Pere Soler, teste. Sig+num Ramon de la Porta.

Regnante rege[1] Yldefonso in Aragone et in Barchinona, Poncius de Erigl in kastrum Blanca[2] Forte.

Facta ista carta in mense madio Era M^{a}.CC^{a}.X^{a}.

Ego, Raimundus, rogatus scripsi et hoc sig + num feci.

1. rebe. 2. *Entre la* B *i la* l *hi ha una* a *obliterada.*

442

1172, juny, 19

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, i els altres canonges, accepten Bernat, fill d'Arnau, batlle de Santa Linya, en qualitat de canonge vitalici com a compensació dels cent sous entregats pel seu pare per redimir una penyora existent sobre l'alou de Vilamajor i sota la condició que, en cas de ser desposseït del dret que li han concedit, recuperi la penyora sobre l'esmentat alou mentre no li sigui satisfeta l'expressada quantitat de cent sous.

[A?] Car., 163.
B. Cartulari, doc. 213, f. 102r.
C. *Resumen*, doc. 297.

Qualiter abbas dedit conuiuium in domo sancti Petri Bernardus., filio A[rnalli]., baiuli.

Notum sit uniuersis hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Raimundus abbas, cum uniuerso conuentu sancti Petri damus tibi, B[ernardo], filio Arnalli, baiuli de sancta Lezinia, conuiuium in domo sancti Petri sicut uni cannonico per omne tempus in uita tua. Hoc autem facimus per illum quartum Ville Mayoris, quod Petrus Pocolul et Domnicus de Falces? tenebant in pignore per centum solidos, quod pater meus, A[rnallus], baiuli, redemit ecclesie sancti Petri per centum solidos. Et, si forte fortuitu, quod absit, abbas sancti Petri uel cannonici uel nullus homo auferret tibi hoc conuiuium quod nos damus tibi, Bernardo,[1] autem habeas et teneas tandiu illud pignus Ville Mayoris sicut Petrus Pocolul et Domnicus de Falces tenebant, donec donent tibi C solidos abbas uel cannonici.

Actum est hoc XIII kalendas iulii anno ab incarnacione Domni M°C°LXX°II°.

Sig+num R[aimundi], abbatis. Sig+num G[uillelmi] Romani, prior. Sig+num A[rnalli], sacricustodis. Sig+num Bernardi Exabelli. Sig+num Bernardi Castrensis. Sig+num Petri Bertrandi. Sig+num Helie. Sig+num Petri Pocolul. Sig+num Raimundi Comparat.

Bernardus, subdiachonus, rogatus scripssit sub die et anno quo + supra.

1. *L'abreviatura sembla* Gu, *però el nom resulta clar quan es revisa la resta del document.*

443

1172, juny, 28

Alegret atorga testament. Nomena marmessors Ramon de Romaneda, Arnau de Ràpita i Guillem Ferrer. Nomena usufructuària la seva dona, Ermengarda, hereus els seus fills i fa diferents llegats a l'església de Santa Maria d'Almacta i al bisbe d'Urgell.

B. APA, Car. 347. Còpia coetània.
C. *Resumen*, doc. 298.

Quia nullus in carne positus mortem euadere potest. Ideo Alegret, presbiter, plenus infirmitate, timeo mortis, condo meum

testamentum de meis rebus, et eligo manumessores meos, scilicet Raimundum de Romaneda, et Arnallus de Rapita, et Guillelmum Ferrer. Precor uos, manumessores mei, ut, si mors mihi uenerit antequam alium testamentum faciam, ut diuidatis omnia mea sicut ibi uideritis scriptum. In primis mando ut sint soluta mea debita. In primis relinquo domno Deo et beate Marie de Almacta meum corpus et meum lectum, et relinquo ac reddo ipsum alodium quod teneo ad Gerendela et ad ortum de Almin Dafar, ipsum qui se tenet cum alodio Bernardi Caruini et Petri Bernardi Coguz; et in Vilanoua in sole sortis episcopi qui fuerunt cementeria serracenorum in uita et in morte reddo ac dono. Et relinquo domno Vrgellensi episcopo omnem meum directum de una peciola de alodio in plano de Portel, quod se tenet cum alodio de Pocolula, et ille oferat sacrificium Deo pro anima mea. Et omnem meum honorem relinquo Ermergardi, ut sit domna ac potens in uita sua. Post obitum suum relinquo Petro, filio meo, duas casas, ipsas que sunt prope casas Iohannis Perelo cum ipso orto iuxta flumen Sichoris, prope sortem episcopi. Et una sortem alodii ad pratum in Montemur, qui se tenet cum sorte Raimundi de Boccenich, et de alia Raimundi Palares. Et relinquo illi predictas casas cum terre et sorte pro melioracione; et in alia honore, qui remanet, suam sortem, exceptus ut non accipiat partem in alias casas. Alium uero honorem relinquo inter omnes filios meos et filias, ut diuidant pariter; et relinquo XII^{cim} diners de precturas?, et per istum testamentum XII^{cim} diners.

Acto testamento IIII kalendas Iulii anno incarnati Verbi Dei C^{o}LXX°II° post millesimum.

Sig+num Alegred, qui hoc testamento iussit scribere et firmauit et testes firmare rogauit. Sig+num Raimundi de Romaneda. Sig+num Arnalli de Rapita. Sig+num Guillelmi Ferrer. Testes.

Raimundus, leuita et scriptor, rogatus scripsit die et anno quo + supra. Translatum est.

444

1172, juliol, 30

Bernat Guillem de Montaspre dóna a Sant Pere d'Àger per l'ànima de la seva dona, Belida, un home a Àger, anomenat Pere Vidal, juntament amb tots els seus serveis. També dóna una terra a Cogul.

FUNDACIÓ RUBIO

[A?] Car. 2202.
B. Cartulari, doc. 174, f. 88r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Qualiter Bernardus G[uillelmi] de Montaspre dedit beato Petro quendam hominem in Ager, nomine P. Vidal.

In Dei nomine. Notum sit cunctis, tam presentibus quam futuris quod ego, B[ernardus] G[uillelmi] de Montaspre, dono domno Deo et ecclesie sancti Petri pro anima mulier mea, Belida, unum hominem in Ager, nomine Petro Vidal, cum districtis et mandamentis et uniuersis seruiciis atque usaticis quod mihi facit aut facere debet et cum omni decima quod inde exierit, sicuti ego habeo uel habere debeo. Et in super dono predicte ecclesie unam terram ad Cogul ad ipsa font dels olms, totam ab integrum. Affrontat a parte orientis in terra de G[uillelmi] R[aimundi], caualer, qui iam fuit, de occidente et aquilone in uia. Sicut superius scriptum est, ita dono domno Deo et ecclesie beati Petri per secula cuncta, totum ab integrum; et de meo iure trado in dominio et posse beati Petri et R[aimundi], abbate, et canonicis ipsius loci.

Actum est hoc III kalendas augusti anno ab incarnacione domni M°C°LXX°II°.

Sig+num B[ernardi] G[uillelmi], qui hanc cartam mandaui scribere et testes firmare iussi. Sig+num A[rnalli], qui laudo et firmo. Sig+num Petri Pocolul. Sig+num Bernardi Balloui. Sig+num Guillelmi Burges. Sig+num Pocolul Balloui. Isti sunt testes uisores et auditores.

Bernardus, subdiachonus, rogatus scripssit sub die et anno quo + supra.

445

1172, agost, 31

Guillem d'Estopanyà atorga testament. En primer lloc, fa diferents deixes a les esglésies de Sant Pere d'Àger, Santa Maria d'Andaní i Sant Nicolau de Natjà.[a] *Nomena usufructuària la seva esposa, Agnès, mentre respecti la viduïtat, i hereus els seus fills Guillem i Guilleuma. Col·loca sota la custòdia de B. d'Estopanyà, R. de Camporrells i el seu nebot, R. de Clarmont, la seva esposa i fills: el fill fins que sigui armat cavaller i la filla fins que es casi.*

[B] Car. 1414. Còpia notarial de 4 d'abril de 1263.

C. Cartulari, doc. 438, f. 213r-214r. Còpia de B.
D. *Resumen*, ap., doc. 45.

Transcriptum testamenti G. de Stopaniano, in quo dimisit unum hominem in Corçano.

Oc est translatum bene et fideliter factum sub anno incarnacione Domni millessimo CC° LX° III°, II nonas aprilis:

In Christi nomine. Ego, Guillelmus de Stopanyano, iaceo in egritudine, uolo et mando ut, si mors michi aduenerit antequam alium testamentum faciam, ita res mee distribute sint sicut in hac pagina subterius ordinare precipio.

In primis dono domino Deo et ecclesie sancti Petri Ageris in manu R[aimundi], abbatis, meum corpus cum meum equum meliori et ipsum alium equum propter misses, et dimitto unum hominem in Corçano, nomine B[ernardus] Tort, cum quantum ego habeo uel habere in Corçano uel in suis terminis.

Et sancta Maria d'Andanii et sancti Nicholay hoc quod feci scribere et manu mea firmaui et mulier mea, Agnes, firmari feci.

Et dimito filio meo, G[uillelmo], ipsum castrum de Stopanyano cum omnibus suis terminis et pertinenciis, sicuti ego habeo uel habere debeo; et castrum de Camporrels, et de Badels, et de Casteylo, et de Casa de Ladronç, ut habeat per meos seniores, sicuti ego habeo uel habere debeo. Adhuc dimito castrum de Miranda predicto G[uillelmo] cum omnibus suis terminis et pertinenciis. Similiter dimito castrum d'Andani cum terminis et pertinenciis suis, et ipso caualer sit homo manibus propriis de prescripto G[uillelmo], et donet inde ei potestatem per quantas uices quesierit, irad et pagad, et habeat in dominicum duos de melioribus hominibus qui sunt in dicto castro d'Andani, et unus de melioribus molendinis quam ego habeo. Hoc autem habeat in Andani in uita matris sue, et, si mulier mea est pregnata in ista hora de filio, habeant ambo fratres ipsum castrum equaliter cum terminis et pertinenciis per medium, et iurent unus ad alium que nol se tolen ni nol se tolen. Et, si est pregnata de filia, habeat Guillelmo suprascriptum castrum cum suis terminis et pertinenciis et ipsam filiam de Guillelmo marito secundum arbitrium et consilium A[rnallus] de Anglerola et R[aimundus] de Casserres, et R[aimundus] de Clarmont de auere et de honore.

Dimitto filia mea omnem honorem quod habeo in Gradino et in Fluuiano et in Cheralt, nominata Guillelma, et Guillelmus, filio meo, redimat prescripta honore et det eam marito cum M

solidos de suo auere, et sint paccati a laudamentum A[rnallus] de Anglerola, et R[aimundus] de Casserres, et R[aimundus] de Clarmont. Et, si Guillelmo hoc suprascriptum non fecerit, habeat Guillelma in pignora ipsum castrum de Miranda cum suis terminis et pertinenciis per CC morabatinos, donec G[uillelmus], fratri suo, habeat pactatus prescriptos morabetinos et illa[1] redimat se honorem de Vrgello.

Et, si minus uenerit de G[uillelmo] sine infante de legitimo coniugio, et Agnes, si filium habuerit de me, remaneat ei prescriptum honorem de G[uillelmo], totam ab integrum. Et, si minus uenerit de ipso filio sine filio uel filia de legitimo coniugio, similiter remaneat suam honorem fratri suo, Guillelmo. Et, si minus uenerit de ipsis duobus fratribus, remaneat omnem honorem prescriptum a Guillelma, filia mea. Et, si minus uenerit de Guillelma, remaneat fratri suo, Guillelmo. Et, si minus uenerit de ipsos infantes quas habeo uel habuero de Agnes sine infantes de legitimo coniugio, remaneat prescriptum honorem, totam ab integrum, ad R[aimundo] de Clarmont.

Et dimito mulier mea et meam honorem et meos infantes in guarda et baiulia senioribus meis, B[erengarius] de Stopanyano et R[aimundus] de Camporrels, per bene et non pro malo. Adhuc dimito mulier mea, Agnes, ut sit domna et potentissima de totam meam honorem stantem cum filiis meis, quantum uoluerit sine marito stare, Et, si illa aprehenderit uirum, habeat dandam in uita sua, exceptus quod iam dimisit filio meo Guillelmo. Et illa non possit dare, uindere nec commutare nec alienare sine ratione, quomodo superius scriptum est.

Et dimito R[aimundo] de Clarmont, nepoti meo, mulier mea et infantes et honorem suprascriptam in guarda et in baiulia, ut habeat et teneat propter seniores meos, et faciat illum seruicum quem ego debeo facere illis. Et meos milites sint sui homines, et habeant honorem pro illo, et donent ei potestate, et faciant ei illum seruicum quod mihi facere debent cum homines de prescriptam honorem. Et ego, Raimundus de Clarmont, conuenio tibi, Guillelmo de Stopanyano, auunculo meo, quod fidelis ero tibi et mulier tua et infantes tui de hoc quod superius scriptum est per fide sine ullo malo ingenio, ut ita teneam et atendam secundum meum posse.

Et ego, Guillelmo de Stopanyano, rogo domno meo, P[oncio] de Capraria et A[rnallo] de Anglerola et R[aimundo] de Casserres,

FUNDACIÓ NOGUERA

ut, quomodo in hac pagina superius scriptum est, adiuuetis tenere et habere et defendere ad Raimundum de Clarmont et ad mulier, Agnes, mea, et ad infantes meos.

Dimito ad Berengarium de Clarmont unum caputmanssum in Blanchafort, sicuti ego habeo et habere debeo.

Actum hunc testamentum II kalendas september anno ab incarnacione Domni millessimo CºLXXºIIº .

Sig+num Guillelmi de Stopagnano, qui hunc testamentum mandaui scribere et testes firmare firmarique rogaui.

Hoc autem prescriptum teneatur Raimundum de Clarmont in baiulia donec filio meo sit cauallario; et, si minus uenerit de filiis meis, donec filia mea, Guillelma, habeat maritum. Sig+num Agnes, uxori mee, quae hoc laudaui et firmaui. Sig+num Raimundi de Clarmont. Sig+num Arnalla de Seganta. Sig+num Berengarii de Clarmont. Sig+num Raimundus, abbas. Sig+num Poncii de Seganta.[2] Sig+num Berengarii de Corbins. Sig+num Petri de Castello.

Poncius, leuita, qui hoc scripssit cum literis superpositis uel rasis in multis locis sub die et anno quo + supra.

a. *Encara avui Natjà conserva sant Nicolau com a patró.*

1. illat. 2. Segata.

446

1172, octubre, 10

Ramon Adrià i la seva esposa, Gasa, fan una relació dels drets donats en penyora pel seu pare i rescatats per ells.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 566, Car. 2433.
B. Cartulari, doc. 287, f. 131r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Ego, Raimundus Adria, et uxor mea, Gaza, facimus remembranza de ipsas pignoras quod pater meus misit et nobis abstraximus:

Vno linar ad Petri Martini, quod tenebat Ramon, abbad, per LII solidos e mig.

Et una uinea, quod tenebat Cornudela, per VIII solidos.

Et alia uinea, quod Cornudela abebat comprada de pater meus per XXVII solidos; misi illa ad placitum cum seniores et cum uicinos, et ego, Ramon, cum uxore mea, Gaza, reddimus ad

Cornudela ipsos XXVII solidos et recuperauimus nostram uineam cum arboribus qui ibidem sunt.

Et super hoc dedimus ad Bernardum de Ager IIII solidos, et an Arnall de Belmont II solidos, et dispenssauimus IIII solidos cum ipsos pledeses inter pane et uino et carne.

Actum est hoc VI idus octobris anno ab incarnacione[1] Domni MºCºLXXº IIº .

Sign+um Raimon Adria. Sign+um Gaza. Qui ista carta iussimus scribere testibusque firmare rogauimus. Sign+um Pocolul Balloui. Sign+um Arnall de Pere Pocolul. Sign+um Pere Solsona. Isti sunt testes uisores et auditores.

Raimundus, presbiter, scripsit sub die et anno + quo supra.

1. incarnacine.

447

1173, gener, 8

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, cedeix en cens a Pere Fuliola unes oliveres a Castelló.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1039, Car. 699. Quiròg raf partit per *Deus... tua clemencia...*

B. *Resumen*, doc. 293.

Vniuersis hominibus sit notum, tam presentis quam futuris, quod ego, Raimundus, abbas Aggerensis, cum assensu et uoluntate fratrum nostrorum Aggerensis ecclesie clericorum damus tibi, Petro Fuliola, ipsa nostra coma de oliuarios quod habemus in Castellione cum alaudio in qua sunt fundati, totos ab integros, de ipsa uia que pergit ad Albesa usque ad ipsa uia que uadit ad illa orta. Tali uidelicet racione, quatinus labores eos bene et femes omni tempore. Et habeamus nos inde duas partes de omni expleto quod exierit de illis oliuariis que hodie sunt ibi fundati, et tu terciam partem. Et similiter labores bene ipsum alodium et habeas tu tres partes de omni expleto quod inde exierit, et nos similiter quartam partem fideliter. Et, si uolueris plantare oliuarios in ipso alodio, planta eos[1] ibi quantos uolueris; et de illis quos ibi plantaueris de hinc in antea, labora eos bene similiter omni tempore, et habeas medietatem de omni expleto quod de illis exierit, et nos alia medietas fideliter. Sicut superius scriptum est, ita damus tibi et posterita tua ad seruicium et ad fidelitatem Dei et ecclesie beati

Petri et nostri et successoribus nostris, ut habeas et teneas totum ab integrum omni tempore, sicut supra scriptum est. Et non possis diuidere inter filios uel filias, set elige unum, cui tu uolueris, qui hoc teneat pro nobis in ista conuenientia, et sic uadat de unum ad alterum omni tempore. Et tu nec posterita tua non possis inde eligere alium seniorem nec patronem nisi Deo et ecclesie sancti Petri et nobis et successoribus nostris.

Actum est hoc VI idus ianuarii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºIIº.

Sign+um Raimundi, abbatis, qui hanc cartam mandaui scribere et testes et te firmare iussi. Sign+um Guillelmi Romani, prioris. Sign+um Arnalli, sacricustodis. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Petri sancti Iusti, presbiteri, Sign+um Petri sancti Iusti, militis. Sign+um Bernardi Petri Guillelmi. Sign+um Helies. Sign+um Bernardi Castrensi.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit et hoc signum + fecit.

1. *Escrit a sobre d'un esborrall.*

448

1173, abril, 17

Sança s'entrega, juntament amb una terra ubicada a Àger, a Sant Pere d'Àger, sub modo *de tributar-li determinades honres fúnebres.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 126, Car. 1960.
B. Cartulari, doc. 188, f. 93r-v.
C. *Resumen*, ap., doc. 46.

In Christi nomine. Notum sit cunctis, presentibus et futuris, quod ego, Sanzia, dono domno Deo et ecclesie sancti Petri in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum una terra in termino de Agger, uocitato loco ad ipsos Quadros. Aduenit mihi predicta terra per esponsalicium,[1] quod Bernardus, uir meus, dedit illam mihi ad meum proprium alaudium et ad facere meam uoluntatem. Affrontat ipsa terra a parte orientis in terra sancti Nicholay et in terra de Boschet de sancti Martini, de meridie in uia, ab occidente et aquilone in terra sancti Petri. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic dono prescripta terra ecclesie sancti Petri cum exiis et regressiis et pertinentis cunctis ad proprium alaudem per secula cuncta. Et trado corpus meum et animam meam cum ipsa terra in dominio et potestate sancto

Petro et Raimundo, abbatis, et aliorum cannonicorum, ut Deus dimittat mihi omnibus peccatis meis et faciat mihi peruenire ad gaudia paradisi. Tali uidelicet racione ut, quando minus uenerit de me, recipiant mihi et sepeliant honorifice in cimiterio beati Petri sicut uni ex cannonicis ipsius loci, et scribant mihi in capitulario, et faciant aniuersarium per unumquemque annum pro anima mea. Et in super dimitto sancto Petro ad obitum meum unum receptum et unum lectum. Et est manifestum. quod, si ego, donator, aut ullusque homo uel femina, qui contra hanc cartam donacionis pro inrumpendum uenerit, non possit facere, set in duplo uobis componat aut componam predicta terra cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma permaneat omni tempore, et non sit disrupta.

Actum est hoc XºVº kalendas madii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºIIIº.

Sign+um Sanzia, qui hanc cartam iussi scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Pebrada, qui hoc laudo et firmo. Sign+um Petri Poccolul. Sign+um Guillelmi Guarnari. Sign+um Raimundi Esteua. Sign+um Amadet. Isti sunt testes uisores et auditores.

Et in super ego, Sanzia, dono prescripte ecclesie unam uineam in termino de Agger, uocitato loco ad ipsa font de Guismar. Affrontat ab oriente in torrent, de meridie et occiduo in uinea Bernard Barbaca et in uinea de Sanza, filia Guillelm Pallares. Quantum inter istas affrontaciones includunt, sic dono prescripta uinea ecclesie sancti Petri ad proprium alaudium per secula cuncta.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. esposalicium.

449

1173, abril, 20

Pere Raolf torna a Sant Pere d'Àger els drets que havia rebut sobre dos molins i altres béns. Per la seva part, la canònica de Sant Pere l'indemnitza amb vint-i-cinc sous.

B. Cartulari, doc. 189, f. 93-94r.
C. *Resumen*, ap., doc. 47.

Qualiter Petrus Raolf reddidit illud donum duorum molendinorum quod sibi fecerat sanctus Petrus.

FUNDACIÓ NOGUERA

[I]n[1] Christi nomine. Ego, Petrus Raolf, et uxor mea Maria et filiis nostris reddimus atque difinimus domno Deo et ecclesie sancti Petri et Raimundi abbatis omniumque canonicorum ipsum donum quod nobis habebant factum, uidelicet tertiam partem in ipso molendino de Ager et tertiam partem in ipsum molendinum de Regula, et unum almut quem ibi debemus accipere, et alium alodium quem habebant nobis datum. Sicut superius scriptum est, ita reddimus atque difinimus totum ab integrum per nos et per omnem posteritatem nostram per secula cuncta per fidem sine omni malo ingenio domno Deo et ecclesie beati Petri in manu Raimundi abbatis omniumque canonicorum; et de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate ad facere uestram uoluntatem de uobis et de successoribus uestris, ut amplius non requiramus ibi nullam partem nos nec ullus homo uel femina pro nobis. Adhuc uos difinimus ipsos molendinos per nos et per omnem posteritatem nostram ad ullus homo qui illos uoluerit accipere per secula cuncta. Et propter hoc ego, Raimundus abbas, cum conuentu sancti Petri damus tibi, Petro Raolf, et ad uxor tua, Maria, et filiis tuis XX et V^e^ solidos denariorum.

Actum est hoc XII° kalendis madii anno ab incarnacione Domni M^o^ C^o^ LXX° III°.

Sig+num Petri Raolf, qui hanc cartam difinicionis mandaui scribere et testes firmare. Sig+num Maria. Sig+num Bernardi. Sig+num Iohani. Sig+num Petri. Sig+num Raimundi. Sig+num Ferrarii. Sig+num Poncii. Sig+num Sancie. Nos in simul qui hoc laudamus et firmamus sicut suprascriptum est. Sig+num Pocolul Balloui. Sig+num Guillelmi Guarnerii. Sig+num Raimundi Esteua. Isti sunt testes uisores et auditores.

Bernardus, leuita, rogatus scripssit sub die et anno quo + supra.

1. *Vid. la introducció.*

450

[*Circa* 1173]

L'abat de Sant Pere d'Àger fa una relació dels greuges inferits a l'esmentada església per Bernat, castlà d'Àger.

B. BC, perg. 4001, Car. 2183, f. 3v i 4. Petit cartulari del segle XII ex.

C. *Resumen*, ap., doc. 54.

FUNDACIÓ NOGUERA

Hec est memoria de querimoniis quas abet Aggerensis abbas de Bernardo, Aggerensi castellano:

In primis conqueritur prefatus abbas de iamdicto B[ernardo], scilicet quod abstulit iniuste omne alodium quod homines de Cass et de Regula tenebant et abebant in Villamaior.

Et adhuc iniuste aufert nobis nostros directos de omnibus placitis et de omnibus leddis que abemus uel abere debemus in Agger.

Et etiam uiolenter frangit domos qui sunt in cimiterio sancti Vincentii, quas noster antecessor, A[rnallus] abbas, dedit censuatim ad homines de Agger, et aufert decimum.

Necnon aufert a nobis decimum de molendino quem Gerallus Poncii, uicecomes, dedit ecclesie sancti Petri.

Et iterum aufert a nobis prenominatus B[ernardus] decimum de duobus terris que sunt ecclesie sancti Vincentii; decimum de uno molino qui est in predicta una terra illarum, quem dedit prelibatus abbas Aggerensis P[oncius] de Cabrera, et in ipsamet terra edificauit alium molendinum ad opus de suum.

Et ipsa eadem uiolentia accipit decimum de duobus ortis nostris.

Et etiam tenet iniuste quendam ortum qui fuit cuiusdam, Adrianis nomine, qui est iuris sancti Petri.

Et uiolenter, euaginato gladio, inuasit Aggerensem sacristam ceterosque consocios suos cannonicos et uulnerauit in ore quendam baiulum nostrum, nomine B[ernardum] Fauleta, qui, licet sit laicus, oblatus est ecclesie sancti Petri et nobis cum omnibus que abuit abetque uel abebit, preter ista quod deterius est et maximum dedecus nobis et ecclesie nostre, cuius est alodium Agger et termini eius omnesque pertinentie, et cuius sunt omnes milites Aggerenses, a maiore usque ad minorem.

Homines Aggerenses, qui sunt nostri atque ecclesie sancti Petri temporaliter atque spiritualiter, talant nos terras, ortos, uineas et fructos nostros, frangunt domos nostras et nostros homines uerbo et uerbere feriunt. Et hoc faciunt prenotati Bernardi Aggerensis consilio, uoluntate et iussione. Et quoniam nos querimus ab eis quatinus firment nobis et facient directum, mandat eis quod non firment neque faciant nobis directum.

Et tenet iniuste et ui C solidos quod domna Gaca, coniux sua, dimisit ecclesie sancti Petri et nobis.

Hoc totum nobis fecit Bernardus de Agger et cetera multa que pro nimia longitudine scribere negauimus.

451

[*Circa* 1173]

L'abat de Sant Pere d'Àger fa una relació dels greuges inferits per Bernat d'Àger a l'esmentada església.

B. APA, Car. 221. Còpia coetània.
C. *Resumen*, ap., doc. 42.

Hec sunt querimonie quas habet abas Agerensis ecclesie et clerici eiusdem ecclesie de B[ernardus] de Ager:

In primis conqueritur de B[ernardus] de Ager quod auffert decimas et primicias de alaudio Ville Maioris qui ecclesia beati Petri possedit iuste per multa tempora et ex donacione quam domnus A[rnallus] Mironis fecit eidem ecclesie cum scriptura

Preterea aufert in eodem loco alodio hominibus Regule et de Cass qui sunt de proprietate beati Petri, que ipsi et parentes eorum tenuerunt semper ab antiquitate sine omni querela, donec ipse per uiolenciam eos inde eiecit. Et auffert ibidem decimam unius terre que fuit de Exabel. Auffert eciam ecclesie beati Petri quartam partem omnium decimarum de Montleon quas ecclesia beati Petri semper in pace[1] possedit.

Similiter auffert in ualli Agerensi partem beati Petri de placitis et toloneis.

Conqueritur in super de eodem B[ernardo] quod promisit dare in perpetuum omnes decimas suorum alodiorum et animalium que habet uel habiturus est in termino Agerensi. Et de hoc conuenit facere scripturam. Reliquit etiam in perpetuum ecclesie beati Petri decimas quas solebat accipere de alodiis presens abbas, unde similiter conuenit facere scripturam et propter hoc accepit duos homines ab abbate in uilla Agerensi, quos hodie tenet; set nec decimas plenarie dat nec scripturas facere uult.

Percusit preterea homines de Regula in uineis ipsarum, in quibus nichil iuris habet. Et in tregua, quam super hoc dederat abati, irato uerberauit in uilla Agerensi unum ex eisdem hominibus et, arripiens alterum ante portas ecclesie beati Petri, cum idem homo ueniret exare fere digito alterum ei occulum, et eundem crudeliter uerberauit, ibidem cepit, et captum in castello quod est

proprium beati Petri misit. Cum de superdictis querimoniis abbas cum clericis suis predictum B[ernardum] conueniret quod iusticie staret quod abbatem grauiter deonestauit et in contumeliam ipsius abbatis et clericorum portas castelli Agerensis ita clausit, quod a mane usque ad uesperum abbas cum clericis suis et cum aliis hominibus, tam militibus quam rusticis, fere LX in uno in eodem castello mansit; sequente die idem B[ernardus] equitaturas ipsius abbatis, cum ad aquarum ducerentur, per uiolenciam cepit, unde abbas de castello Agerensi pedes exiret per duos dies, post iure (...)[2] et rediit. Postea uero, clausis ianuis predicti castri abbati et hominibus suis, homines predicti B[ernardi] abbatem et clericos et homines suos et ecclesiam cum lapidibus et sagitis per duos dies debellauerunt. Alia predictus B[ernardus] cum hominibus suis optimum porchum beati Petri deprensum[3] interfecit, quod a se et ab hominibus suis factum fuisse hominibus abbatis porchum requirientibus negauit. In superbis ei [...][2] abbatis per pignora mille solidorum furtauit quod stare mandato in super. Quo facto, in tregua quam ipse B[ernardus] dederat abbati quidam armiger suus inuasit quendam ecclesiam abbatis et cum (...)[2] pernicies per uillam Agerensem diu fugauit. Preterea hec omnia predictus B[ernardus] auffert et ecclesie Agerensi decimum animalium que nutriunt in domibus que sunt contra muros predicti castri quod predicta ecclesia semper possedit et donec ipse per uiolenciam sibi usurpauit. Et auffert similiter decimum domorum que facte fuerunt in cimiterio sancti Vincencii et quos [...][2].

1. in pace *escrit a sobre.* 2. *El text és borrós en diversos punts, fet que en fa difícil la lectura.* 3. *Hi ha un esborrall enmig de la paraula.*

452

[*Circa* 1173]

Arnau de Bellmunt i el jutge Ramon dicten sentència en la demanda interposada per l'abat de Sant Pere d'Àger contra Bernat, castlà d'Àger.

B. BC, perg. 4037, Car. 2180. Còpia del s. XII.
C. BC, perg. 4068, Car. 2181. Còpia del s. XII ex.- s. XIII in.
D. *Resumen*, ap., doc. 55.

Iudicauerunt Arnallus de Bellomonte et Raimundus,[1] iudex, quod de omnibus illis rebus[2] que pertinebant ad feuum castri de Agger et quas dicebat se tenere[3] per directum ipse Bernardus

de Agger habeat suum quarentem et, si illum non poterit uel noluerit illum habere, faciat directum abbati per se ipsum.

Et fuit iudicatum quod non faceret[4] aliquam uiolentiam in domibus illis que sunt in cimiterio sancti Vincentii,[5] nec ibi acciperet decimum; et quod solueret C[m 6] solidos quos domna Caza dimisit ecclesie sancti Petri pro anima sua.[7]

Iudicauerunt similiter quod abbas probaret quod Bernardus[8] de Agger inuaserat Aggerensem sacristam et alios clericos et emendaret hoc iudicialiter, alioquin iuraret B[ernardus] quod non[9] fecerat[10] inuasionem illam.

Et iudicauerunt quod B[ernardus] de Agger faciat directum Bernardo Faulete [11]per abbatem de inuasionem et, si poterit probari, emendet abbati deshonorem et Bernardo Faulete[11,12] inuasionem.

Et de firmanciis quas abbas requirit ab ominibus de Agger propter mala que[13] faciunt[14] abbati et ecclesie sue, habeat ipse B[ernardus] de Agger suum quarentem uel placitet abbati huiusmodi querimoniam per se[15] ipsum.

Iterum iudicauerunt quod, si abbas poterit probare quod Poncius[16] de Caprera defendit[17] potestatem de Agger per consilium Bernardi de Agger, ut emendet iudicialiter[18] abbati; alioquin iuret B[ernardus] de Agger abbati quod non dedit consilium Pontio de Caprera quod non daret potestatem abbati, set quod non daret potestatem nisi hoc modo quod debebat dare.

Iudicauerunt etiam quod B[ernardus] de Agger non acciperet firmantiam[19] ab aliquo clerico nisi ipse clericus[20] possideret feuum et aliquis homo conquereretur de feuudo illo.

Et iudicauerunt etiam[21] quod, si abbas posset probare quod inuasio quam[22] fecit Petrus de sent Laurenz[23] ecclesie sancti Petri de Agger facta fuit[24] consilio[25] et auxilio de Bernard de Agger, emendaret ipse B[ernardus] iudicialiter, alioquin iuret ipse B[ernardus] quod illa inuasio non facta fuit auxilio et consilio suo.

Et iudicauerunt quod B[ernardus] de Agger probaret quod accundauerat abbatem de clerico de Capestan et non teneretur de captione ipsius clerici nisi abbas posset probare; quod, quando B[ernardus] accundauit eum de clerico illo, abbas obtulit ei directum de ipso clerico; si uero Bernardus non posset probare accundationem[26] dictam, emendet captionem[27] illam iuditialiter.

1. *R. C.* 2. u *escrita a sobre d'un esborrall. B.* 3. *Hi ha unes lletres obliterades mitjançant un esborrall enmig de la paraula a C.* 4. *Íd. anterior.* 5. Vin-

cencii *C.* 6. C *C.* 7. pro anima sua *falta a C.* 8. B. *C.* 9. non *escrit a sobre a C.* 10. *Hi ha unes lletres obliterades enmig de la paraula C.* 11. Bernardo Faulete…Bernardo Faulete *afegit en nota al peu del pergamí B.* 12. Bernardo Faulete *repetit a B.* 13. *Hi ha obliterada una* d. *La* e *escrita a sobre a C.* 14. fatiunt *B.* 15. se *escrit a sobre a C.* 16. Pontius *B.* 17. e *última escrita a sobre d'una* i *C.* 18. iuditialiter *B.* 19. firmanciam *C.* 20. *Hi ha unes lletres obliterades enmig de la paraula a C.* 21. etiam *manca a B.* 22. quam *corregeix* quod *C.* 23. P. sancti Laurencii *C.* 24. *Darrere hi ha una paraula obliterada mitjançant un esborrall C.* 25. *Íd. anterior C.* 26. acundacionem *C.* 27. capcionem *C.*

453

[*Circa* 1173]

Relació dels alous que Sant Pere d'Àger posseeix a Os de Balaguer.

A? BC, perg. 4003, Car. 2182.
B. *Resumen*, doc. 179.

Hec est memoria de illo alodio de Oss qui est sancti Petri de Ager:

In primis I terra a Fogorn; adfrontat ab oriente in Vilars, de meridie Pere Iohan, occiduo in Radiger, ab aquilone G. Bernard.

Et alia terra ad illas parets; ab oriente in Radiger, meridie Berenger Bernard, ab occidente uia, ab aquilone uia.

Et alia ad illa turre de illa riba; ab oriente uia,[1] de meridie et occiduo R. Berenger, ab aquilone Pere Iohan.

Et alia terra ultra illa turre de illa riba; ab oriente et meridie et occiduo in R. Berenger ad illa coma.

Et I linar ad illa pexera de molin;[2] ab oriente in linar de Bertran de Ager, meridie A. Ceba, occiduo in Roger, ab aquilone G. Bernard.

Et alio ad illa turre de illa riba; de meridie R. Berenger, occiduo Q. Ramon Clauer, ab aquilone Pere Geral.

Et alio suptus turre de R. Berenger cum[3] illas oliuas; ab oriente in torrente, de meridie in linar de Rodllan de Blanchafort, ab occiduo in uia, aquilone Pere Iohan.

Et I linar, ubi dicunt oliuas de uicecomite, cum III oliuarios; oriente uia, meridie Pere Iohan, occiduo Martin Iohan, aquilone Nodac.

Et I sort a turre de R. Berenger; ab oriente in sponna cum I oliua,[4] meridie Iohan Pere, occiduo uia, aquilone Iohan Pere.

FUNDACIÓ NOGUERA

Et illo iunchar ultra illo reger; oriente in Vedre, occiduo in torrente, et aquilone Pere Iohan; cum Iº ortal qui est deinde, ab oriente in torrente,[5] ab occidente uia.

Et I linar ad Fornon cum VII oliuarios; ab oriente A. Barbachana, meridie R. de Clarmont, occiduo cequia, aquilone G. Bernad. Et illo molin cum illo linar in quo est fundatus.

Et i linar ad illo morer cum IIII oliuas; ab oriente G. de sancta Lizinia et Bernard Guiem, meridie uia, occiduo in Barbachana, aquilone Pere Gerall.

Et II ferragenals cum oliuaris,[6] unus suptus cequia et alius super cequia; oriente in R. Bereger, meridie et occiduo uia, aquilone Iohan Pere.

Et I linar ad connamina de R. Berenguer; oriente in linar de Nodac, meridie in linar de Bernard Pere, occiduo in linar de A. Mir de Casserras, aquilone in linar de R. Berenger.

Et I linar ubi dicitur ad illas peras de Rodllan cum illas oliuas; oriente in torrente, meridie in linar de Rodllan, occiduo in linar de Bernard Arnall, aquilone G. Bernard. Et I uinea prope illo linar.

Et II linars a Vallumina, unus suptus cequia, et alius super cequia; ab oriente Bernard Guiem, de meridie in Rodllan Baralla et in Bertran de Ager, ab occiduo in reger, ab aquilone A. Ceba et A. Ramon.

Et I terra a Vallumira; ab oriente in Radiger, de meridie Bernard Bernard, occiduo uia, aquilone A. Ceba. Et alia terra in eodem loco ultra[7] reger; ab oriente reger, meridie in uinea, ab occiduo[8] in Vedre, ab aquilone congost.

Et II terras ad illo congost. I ultra illo reger, altera deinde. Adfrontat ipsa I ab oriente in reger, de meridie et occiduo et aquilone in Vedre; ipsa alia ab oriente in uia que uenit de Qualla, de meridie et occiduo et aquilone in Vedre. Et alia terra ad illas parets super illo congost; ab oriente in Radiger, occiduo in congost, aquilone Pere Iohan.

Et alia sort ad illo Castellar; oriente sponna, meridie Pere Iohan, occiduo Radiger, aquilone G. Ramon Clauer.

Et alia terra a Vallumina ultra reger, oriente reger, meridie.[9]

Et alia terra ultra collum de Tueres; ab oriente in torrente, meridie Mir Guiribert, occiduo uia, aquilone Pere Ioham.

FUNDACIÓ RUBERT

Et I kasa in illo kastro, ab oriente uia, meridie Guillelm de sancta[10,11] Lizinia, occiduo [...],[12] ab aquilone G. Arnall.

Et unas kasas in media uilla; de meridie in Nodac, ociduo in forn, aquilone uia.

Et unas kasas cum illa turre, oriente uia, de meridie Fertung Dat, occiduo G. Ramon Clauer, aquilone mur.

Et alias kasas prope meschita.

Et I era ad collo; oriente Pere Iohan, meridie Rodlan de Blan, occiduo Bernat Pere, aquilone Iohan Pere.

Et I terra ad sarrad; oriente G. Ramon Clauer, meridie in Pere Iohan, occiduo reger, aquilone A. Remon.

Et i linar ad for nou; adfrontat ab oriente A. Barbachana, meridie R. de Clarmont, occiduo chequia, aquilone G. Bernad cum VII oliuas.[13]

Ali:[14]

Mir Ramon ipsum decimum de illo alaude de Os. In primis I terra ad scechia, ab oriente in cechia, ab occiduo B. Guiem, aquilone uia.

Et I linar ad font; ab oriente in reger, ab occiduo Pere Iohan, aquilone Gombaldus de sancta[10] Lizinia.

Et I terra a Vallumina; oriente Radiger,[15] occiduo uia, aquilone in Radiger.

Et alia terra ubi dicitur a congost; ab oriente R. Guiem de Conques, de meridie uia, ab occiduo B. Guiem, aquilone coma.

Et II linars ad illa orta; adfrontat ab oriente ipso uno in Ger., de meridie G. Ramon Clauer, ab occiduo uia, ab aquilone Bernard Bernad. Afrontad ipso alio linar, ab oriente in cechia de moli de R. Berenger, de meridie G. Ramon Clauer, ab occiduo uia, ab aquilone Bernad Arnall.

Et I terra prope turres; ab oriente coma, meridie Mir Giribert, occiduo G. Ramon Clauer, aquilone uia; et cum decima illarum mansionum.

[...].[7]

1. uia *afegit a la interlínia.* 2. *Hi ha un petit espai en blanc. Pel que sembla, el pergamí està raspat.* 3. cum *repetit.* 4. a *escrita a sobre d'un esborrall.* 5. torrente *escrit a sobre d'una paraula obliterada.* 6. cum oliuariis *afegit a la interlínia.* 7. *El document apareix escrit en tres fragments de pergamí cosits. Els dos primers estan escrits al revers i el tercer a l'anvers. Els dos primers i part del tercer els ha escrit la mateixa mà. L'últim tram del tercer és d'una mà diferent i en una data clarament posterior. També cal que us adoneu de la forma brusca amb què acaba la darrera part.*

Per què fou mutilat? 8. ab occiduo *repetit.* 9. *Hi ha una llacuna de paraules al text, possiblement raspat.* 10. sienta. 11. *Final del segon fragment de pergamí, encara que continua el text escrit per la mateixa mà.* 12. *Difícil lectura.* 13. *Final del text escrit per la primera mà.* 14. *Comença el text escrit per la segona mà i de data posterior.* 15. ab aquilone *obliterat al darrere.*

454

[*Circa* 1173]

Relació dels alous que posseeix Sant Pere d'Àger.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 949, Car. 2172.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Memoria de illis alaudibus sancti Petri:

In primis I terra a tocal de Verdenia; adfrontat ab o[riente] in uia, de meridie Sannill?, o[cciduo] in terra ad soler qui [...][1] ad sancta Maria[2] de Ripoll, ab aquilone in uia.

Et alia terra suptus soler de Eicolina; ab o[riente] in terra Pere Maqrom? de soler, m[eridie] in uier que uadit a Seron, o[ccidente] in terra que uadit ad roger que exiit de soler Eicolina, aquilone in lexiu de A. Pere.

Et I terra parti Ager; ab o[riente] in lexiu quod tenet B. Oliba de Tudela, meridie in terra [...][1], m[eridie] in uia, o[ccidente] A. Pere, aquilone Pere Ferrac.

Et alia aduc ad illo prat, ab o[riente] Pere Grasser de Sero, m[eridie] uia, o[ccidente] et aquilone A. Pere.

Et alia terra [...][1] uia, o[riente] Ferrer de Todelli, m[eridie] R. Martin de Todela, o[ccidente] A. Pere, aquilone uia.

Et in alio loco super uia II uanchals, o[riente] A. de Argentera, m[eridie] in alod de Tudela, occidente A. Pere, aquilone A. de Argentera.

Et alia terra superius uico, o[riente] et m[eridie] A. Pere, o[ccidente] uia que uadit ad Agremont, aquilone A. Pere.

Et I uinea ad Ventrullgs, o[riente] in uinea de Ripoll, m[eridie] in sponna, o[ccidente] R. Guitard, aquilone uia.

Et I uineam a Chanaleta, o[riente] in alod de Iohan Tixidor, m[eridie] Pere de Pennet, o[ccidente] eremo, aquilone Carbonell.

Et ipsa terra de Canaleta, o[riente] terra de sancta Maria Pedril, m[eridie] uinea de A. de Coll, o[ccidente] uinea de sancta Maria, aquilone de R. [Pe]re.[3]

Et I linar in Ribera, o[riente] Iohan de Coll, m[eridie] sancta Maria, o[ccidente] Pere Amat, aquilone A. de Coll.

Et ipso alod de Macanella, o[riente] G. de Guilla, m[eridie] Pere de Martin Mann, o[ccidente] sancti Marti, aquilone uia publica.

Alia a Celada, o[riente] in Bernard Iozpert, m[eridie] uicecomite, o[ccidente] Vidalons, aquilone torrent.

Et alia ad illa costa super illos molins, o[riente] in R. Calb, m[eridie] quasta, o[ccidente] A. Pere, aquilone Ripoll et R. Otolin.

Et I eschusad in Todela, nomine R?.[4] Vmbert, ab ochient in eschusats A. de Ponent, et part de Pugnet, et A. Viduas.

I uinea a Chareger, o[rieente] in uinea de Ponç Isarn, m[eridie] in Pere de Balager, o[ccidente] similiter, aquilone uia.

Et I ferragenal suptus S. Clemencii, o[riente] in mansione de Ponc Vidal, m[eridie] uia, o[cidente] orts.

Et I terra a Conill, o[riente] Mir Borrell, m[eridie] Ponc de Mont, o[ccidente] G. Toda.

1. *El text és borrós a la part superior dreta.* 2. Et in pecas ad sancta Maria *escrit a sobre.* 3. *Pergamí lleugerament raspat.* 4. *Damunt d'un text corregit.*

455

1173, abril, 21

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, dóna a Bernat d'Àger una part dels delmes de Montlleó i Vilamajor. Bernat ha de prestar vassallatge per aquests delmes. Bernat, per la seva part, cedeix al Capítol de Sant Pere diverses terres i drets. Aquest document suposa la fi dels conflictes entre la canònica de Sant Pere i Bernat d'Àger.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1169, Car. 1081. Quiròg raf partit per A B C...
B. Cartulari, doc. 402, f. 188r-189r.
C. *Resumen*, doc. 302.

Vniuersis hominibus sit notum tam presentibus quam futuris quod ego, Raimundus, abbas Aggerensis, cum conuentu sancti Petri damus tibi, Bernardo de Aggere [octa]ua[1] parte decimarum Montis Leonis et nostram partem decimarum quadre Ville Maioris, que pater tuus, Bertrandus, adquisiu[it comiti][1]. In tali uero pactu damus tibi et posteritati tue prescriptum decimum, ut sis meus

homo manibus propriis et successoribus meis tu et ipse qui post [tu remaneat][1] et in loco tuo per fidem sine omni malo ingenio omni tempore, et sitis adiutores et defensores de omni honore ecclesie sancti Petri.

Et ego, Ber[nardus][1] de Agger, dono bono animo atque dimitto domno Deo et ecclesie sancti Petri et R[aimundo], abbati, omnem decimum de nutrimentis de ipsis mansionibus de omnibus hominibus, quomodo habeo uel habuero in fores porta per secula cuncta.

Et dono omnes decimas de omnia mea dominicatura quod habeo aut habuero de illa Per [alba][1] usque ad Montem Siccum de terris, uineis, ortis, linaribus, et de arboribus simileque de animalibus et de omnibus nutrimentis.

Et adhuc dono partem [meam][1] decimarum de omnibus alodis, quam ipse abbas adquisiuit de suo patrimonio, ut ego, B[ernardus] nec aliquis ex meis non requiramus.

Et in super dono prefa[te][1] ecclesie omnem censum atque usaticum quod Bernardus de Midia, qui manet in uilla Regule, facit mihi aut facere debet, pro anima fratris [mei][1] Bertrandi uel parentum meorum.

Et iterum dono ipsum decimum et primicias de ipsa terra que fuit de Exabel, qui est Ville Maiori.

Et dimitto omnibus primiciis Ville Maioris et de Montleo ecclesie sancti Petri. Tali uidelicet racione dimitto ipsas de Montleo quod, si ego, Bernardus, hedificauero ibi ecclesiam et dabo de meis tantum ut ibi clericus honorifice possit permanere, ipse abbas dimittat primicias ad ecclesiam eiusdem loci. Et abbas mittat ibi clericum, et clericus seruiat ipso abbati et successoribus eius sicut seruire debet.

Adhuc uero ego, Bernardus, dimitto atque difinio ecclesie sancti Petri fideiussores quem uolebam in hominibus uille Regule, ut amplius ego nec meis non requiramus nec aliquis per consilium meum quia rectum erat ecclesie sancti Petri.

Et de ipso alodio Ville Maioris, de quo abbas conquestus fuit, si Bernardus abstulit hominibus Regule et de Cass, reddat eis saluuo suo directo.

Et ipsum alodium quod Petrus Bertrandus, frater eius, abstulit eis, stet inde eis ad directum.

Et ego, Raimundus, abbas, conuenio tibi, Bernardo de Ager, ut, sicut superius scriptum est, ita teneam et atendam tibi et

FUNDACIÓ SANCHEZ

posteritati tue per fidem sine omni malo ingenio. Et ego, Bernardus de Agger, conuenio similiter tibi, Raimundo abbati, ut, sicut superius scriptum est, ita teneam et atendam tibi et successoribus tuis omni tempore per fidem sine omni malo ingenio.

Actum est hoc Xº Iº kalendas madii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºIIIº .

Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Bernardi Aggerensis. Nos, qui hanc cartam mandauimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Raimundi Clariomontis. Sign+um Dompna Gaca. Sign+um Raimundi sancti Laurentii. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Guillelmi Romani, prior. Sign+um Arnalli, sacricustodis. Sign+um Ponci, prepositi. Sign+um Petri sancti Iusti. Sign+um Bernardi Castrensi. Sign+um Helies.

Et ego, Raimundus, abbas,[2] et clerici ecclesie sancti Petri uenimus ad finem et bonam concordiam cum Bernardo de Agger de omnibus querelis, et Bernardus similiter nobiscum per fidem sine omni malo ingenio. Sign+um Petri, filii Bernardi de Agger, qui hoc laudo et firmo.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *El pergamí està malmès a causa de la humitat en diferents punts de la part superior. El suplert al cartulari.* 2. rabbas.

456

1173, maig, 18

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, cedeix en cens a Martí Teixidor, a la seva dona i als seus fills, diversos béns a Bellmunt.

A. APA, Car. 298.
B. *Resumen*, doc. 303.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego, Raimundus abbas, cum conuentu sancti Petri damus tibi, Marti Tixidor, et uxor tua, Ermessen, et filio uestro, Marti, et uxor sua, Ferrera, omnem alodium quod Iohann Senter tenebat pro nobis in Belmont, uidelicet III terras ad ipso Plan; et I linar ad ipsa Ribera; et medietatem uno orto in eodem loco; et medietatem de I orto qui est ad ipsa font de Obag cum meditatem de arboribus qui ibidem sunt; et medietatem de I ferragenal qui est ante ipsum ortum; et me-

dietatem de alium ferragenal qui est ad sanctum Petrum; et medietatem de I ferragenal qui est iuxta plana de Pere Ramon; et I terra super ipsa font de Obag; et I terra ad ipsas Comellas super ipsa uia; et medietatem de I terra ad ipso Obag de Tapioles; et medietatem de I terra ad coma de Miressa? a part obaga; et medietatem de alia terra in eodem loco a part solana; et I terra ad ipsa uassa de Palom; et I terra ad Tapioles; et I uinea ad Iachinta et alia ad Capudfedel; et i uinea ad ipso Plan; et medietatem de ipsas mansiones de Donat.

Hoc totum suprascriptum damus uobis cum exiis et regressiis et pertinentiis cunctis, tali uidelicet racione ut detis nobis per unumquemque annum VI faneches frumenti et VI faneches ordei de bono et pulchro ad ipsa fanecha uenal de Agger, et medietatem de omni expleto que exierit de ipsis uineis ad ipso torculario; et, si plantaueritis uineam in ipso alodio, date nobis quartam partem de omni expleto que inde exierit de ipso torculario omni tempore. Sicut superius scriptum est, ita damus uobis totum ab integrum, ut abeatis et teneatis omni tempore ad fidelitatem et ad seruicium Dei et ecclesie sancti Petri et nostri et successoribus nostris uos et omnis posteritas uestra. Et non possitis diuidere inter filios et filias, set, post obitum uestrum, eligite unum de propinquiis uestris qui ita teneat pro nobis in ista conuenientia sicut superius scriptum est, et sic uadat unum post alium omni tempore, et laborate et custodite bene ipsas uineas per secula cuncta.

Actum est hoc XºVº kalendas iunii anno ab incarnacione Domni MºCº LXXºIIIº.

Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Guillelmi Romani, prior. Sign+um Arnalli, sacricustodis. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Bernardi Castrensi. Sign+um Ponci, prepositi. Sign+um Magister Helies. Nos in simul qui hoc laudamus et firmamus.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

457

1173, juny, 3

Ramon de Sant Llorenç, la seva esposa Caritat i els seus fills, cedeixen a Sant Pere d'Àger els delmes corresponents a cinc caputmansa *situats a Os de Balaguer.*

FUNDACIÓ NOGUERA

A. ACL, fons d'Àger, doc. 11, Car. 87.
[B] Cartulari, doc. 6, f. 3v.[a]
C. *Resumen*, ap., doc. 48.

Sciatur a cunctis presentibus et futuris quod ego, Raimundus sancti Laurentii, et uxor mea, Karitas, et filii mei ac filie difinimus domno Deo et ecclesie sancti Petri in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum omnem decimum quod exierit uel exire debet de ipsis franchs de Os, quod dompnus uicecomes dedit ecclesie sancti Petri uidelicet de V capudmansis cum omnibus hereditatibus suis, quod pertinent aut pertinere debent ad eosdem capudmansos, nominatim de Muza abin Gomar, et de Abchandin, et de Caiuch, et de Velax, et de Mutarif. Sicut superius scriptum est, ita difinimus prefate ecclesie et Raimundi, abbatis, et successoribus suis prescriptum decimum et capudmansos sine ulla reseruacione per secula cuncta per fidem sine omni malo ingenio, ut amplius non requiramus nec teneamus nec possideamus nos nec omnis posteritas nostra.

Actum est hoc III° nonas iunii anno ab incarnacione Domni M°C°LXX°III°.

Sign+um Raimundi sancti Laurentii. Sign+um Karitas. Nos, qui hanc cartam iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Raimundi, filii nostri. Sign+um Bernardi. Sign+um Petri. Sign+um Geralli. Sign+um Dulcia. Sign+um Ermessendis. Sign+um Sanzie. Sign+um Berengarie. Nos in simul, qui hoc laudamus et firmamus atque concedimus. Sign+um Arnalli sancti Laurentii. Sign+um Guillelmi, fratri suo. Sign+um Bernardi Aggerensis. Sign+um Beo. Isti sunt testes.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

a. *Vid. la introducció.*

FUNDACIÓ NOGUERA

458

1173, juliol, 1

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, cedeix en cens a Bartomeu dos molins, un a Àger i un altre a Règola.[a]

A'. APA, Car. 678. Quiròg raf partit per A B C D E.
B. Cartulari, doc. 137, f. 73r.
C. *Resumen*, doc. 304.

In nomine Domini. Vniuersis hominibus sit notum quod ego, Raimundus, abbas Aggerensis, cum conuentu sancti Petri damus tibi, Bartolomeu, duos molendinos, uidelicet unum que est subtus uilla de Agger, et alium que est supra uilla de Regula. Et hoc autem facimus tali uidelicet racione, ut facias illos bene per fidem sine omni malo ingenio, et mittas ibi terciam partem in omni opere de ipsis molendinis, et teneas illos bene condirectos omni tempore. Et habeas tu terciam partem de omni expleto quod exierit de ipso molendino de Agger et nos duas partes fideliter. Et habeas in ipsum molendinum de Regula unum almud frumenti per unumque diem et terciam partem de omni expleto, et nos similiter duas partes fideliter. Et nos habeamus similiter alius almud frumenti per unumquemque diem omni tempore in ipsum molendinum de Agger. Et ego, Raimundus abbas, dono tibi, Bartolomeu, ut habeas cibum bonum et pulcrum in domo sancti Petri tu uel ipse qui tenuerit ipsum molendinum de Agger per te omni tempore propter ipsum almud quod nos accepimus ibi in ipsum molendinum. Sicut superius scriptum est, ita damus tibi uel tuis franchum et liberum per secula cuncta, ut habeatis et teneatis prescriptos molendinos omni tempore per nos et per omnes successores nostros in ista conuenientia, sicut superius scriptum est; et non eligatis inde alium seniorem nec patronem, nisi nos et successores nostros, et firmetis inde nobis directum quantas uices quesierimus, uobis irads et pagads.

Actum est hoc die kalendis iulii anno ab incarnacione Domini MºCºLXXº IIIº.

Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Guillelmi Romani, prioris. Sign+um Arnalli, sacricustodis. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Magister Helies. Sign+um Bernardi Castrensi. Sign+um Poncii, prepositi. Sign+um Espagnol. Nos, qui hanc cartam iussimus scribere et propiis manibus nostris firmamus atque concedimus. Sign+um Petri sancti Iusti.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

a. *El text d'aquest document coincideix literalment amb el que porta el núm. 478 d'aquesta col·lecció (*Compendi, *679, cartulari doc. 187), si exceptuem una part molt minsa i que no afecta al seu contingut; també manca al segon la subscripció de* Petrus sancti Iusti. *Però la datació d'ambdós és clara i no ofereix dubte. Els rogataris són diferents i igualment la forma jurídica: aquest és un quiròg raf, mentre que el segon és un document senzill.*

NOGUERA

459

1173, juliol, 26

Joan dóna post mortem *a la seva filla, Maria, i al marit d'aquesta, Martí, una finca situada a Covet* sub modo *que faciliten aliments al donant i als seus fills i de dotar la seva filla. També els fa donació* post mortem *de la tercera part dels béns mobles que pugui tenir el dia del seu òbit.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 4, Car. 1063.
B. *Resumen*, doc. 305.

In Christi nomine. Notum sit cunctis, presentibus et futuris, quod ego, Iohannes, dono tibi, Marti, genero meo, et uxor tua, Maria, omnem honorem quod ego habeo ad turrim de Covezd uidelicet terras, uineas, ortis, ortalibus, casas, casalibus, linares, cum arboribus pomiferis et impomiferis, a rech et a secha. Tali uero pactu dono uobis totum ab integrum, ut sim dompno et potentissimo de uita mea, et ut seruiatis mihi honorifice, sicut boni filii debent seruire patri suo, et conlocate unam de filias meas quando erit [.....]ate[1] et, si non uultis conlocare illam, date ad illam centum solidos. Et alios filios, qui remaneant, adiuuate [.....][1] mihi ad nutrire. Et, si minus euenerit de Maria sine infante, habeat Marti duas partes de omnes compres et de plantes et de examplaments quod faciemus de hinc in antea.[2]Et, si minus euenerit de Marti sine infante, similiter habeat Marti duas partes de mobile et de compres et de plantes et de examplaments ad facere suam uolumptatem uel cui ille uoluerit dubitare.[2] Et, si irritum uenerit inter nos, ille qui non se uoluerit emendare ad laudamentum de bonis hominibus usque ad XXX dies, perdat de suam partem C^{m} solidos, et non se diuidant usque ad obitum de Iohan. Sicut superius scriptum est, ita dono uobis totum ab integrum cum exiis et regressiis et pertinenciis cunctis ad uestrum proprium alaudium et ad facere uestram per secula cuncta in ista conueniencia, sicut superius scriptum est. Et ad obitum de Iohan habeat terciam partem de omni mobile, quod habuerimus, ad facere suam uoluntatem, excepto illo mellori parell quod remaneat in ipsa domo.

Actum est hoc VII° kalendas augusti anno ab incarnacione Domni M^{o}C^{o}LXX° III°.

Sign+um Iohanni. Sign+um Martini. Sign+um Maria, uxor sua. Qui hanc cartam iuss[imus scribere][1] et testes firmare rogauimus.

Sign+um Raimundi Morages. Sign+um Arnalli de [....][1] Molfa. Sign+um Arnalli Morages. Isti sunt testes uisores et auditores. Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Arnalli Bellemontis. Nos, qui hoc laudamus et firmamus.

Bartolomeus, sacer, scripsit et hoc + fecit.

1. *L'escriptura és il·legible en diversos punts a causa de la humitat.* 2. *El text comprès entre els dos extrems d'aquesta nota no és conseqüent si el relacionem amb el paràgraf anterior; el final* cui ille *ens impedeix referir-lo a Maria, cosa que ens sembla que seria el més lògic.*

460

1173, juliol, 29

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, arriba a un acord amb Ramon Ferran. Mitjançant aquest acord, l'abat torna a Ramon Ferran l'alou de Cas, una vinya i una casa a Estanya; Ramon Ferran, per la seva part, dóna a Sant Pere un alou a Estanya i promet fidelitat a l'abat.

A? ACL, fons d'Àger, doc. 1108, Car. 841.ª
A'? BC, perg. 3990, Car. 2355.
B. *Resumen*, doc. 306.

In Christi nomine. Notum sit cunctis, presentibus et futuris, quod ego,[1]Raimundus, abbas, cum conuentu sancti Petri[1] uenimus ad finem et concordiam cum Raimundo Ferran et uxor sua, Dolza, de omnibus rebus et de ipso alodio de Cass, quem[2] nobis comutastis propter illum de Stagna; tali uero pactu,[3] quod nos[4] reddimus uobis ipsum uestrum alodium de Cass, totum ab integrum, per secula cuncta, sicuti umquam habuistis nec tenuistis illum uos nec posterita uestra. Et in super damus uobis de ipso nostro alodio de Stagna terciam partem de ipsa condamina, que est in terminum de Castrum Serris ad ipsum stagnum.[5] Et ipsam uineam quam uos plantastis ad ipso Campel, totam ab integrum. [6]Affrontat ipsa uinea ab oriente in uinea Ferrenna, de meridie in uinea Bernardi de Acanui, ab aquilone in ipsos marungs.[6] Et una mansione [7]in uilla de Stagna iuxta ipsum castrum.[7] Sicut superius scriptum est, ita damus uobis totum ab integrum cum exiis et regressiis et pertinentiis cunctis, franchum et liberum, per secula cuncta ad uos et ad omnem posteritatem uestram et[8] ad faciendum[9] uestram uoluntatem. Et non eligatis inde alium seniorem nec patronum[10] uos nec omnis[11]posteritas uestra nisi nos et

successores nostros, set semper habeatis et teneatis[12] hoc totum prescriptum[13] ad nostrum seruicium et ad nostram fidelitatem[14] uos et ille qui prescriptum alodium tenuerit.[15] Et propter hoc donum prescriptum[16], quod nobis facitis,[17] ego, Ramon Ferran, et uxor mea reddimus ac difinimus [18]domno Deo et ecclesie sancti Petri in manu Raimundi, abbatis,[13] omnem alium alodium qui remanet in Estagna, quem[19] nobis comutastis, totum ab integrum, per secula cuncta uidelicet terris, uineis,[20] tam cultum quam heremum. Et similiter difinimus[21] uobis omnibus nostris querimoniis[22] per fidem sine omni malo ingenio.

Actum est hoc IIII°[23] kalendas augusti anno ab incarnacione Domni M°C°LXX° III°.

Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Guillelmi Romani, prioris.[24] Sign+um Arnalli, sacricustodis. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Bernardi Castrensis. Sign+um Poncii, prepositi.[25] Sign+um Raimundi Ferran. Sign+um Dulzia. Nos, qui hoc laudamus et firmamus atque concedimus.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit[26] sub die et anno quo[27] + supra.

a. *Es tracta de documents originals o de dues còpies o falsificacions posteriors? La lletra sembla d'una època posterior.*

1. Raimundus, abbas, cum conuentu sancti Petri *escrit a sobre d'un text raspat A'. Hi fa referència el rogatari a la subscripció.* 2. quam?, quoniam? *A.* 3. tali uidelicet racione *A'.* 4. nos *repetit A'.* 5. -num *escrit a sobre d'un esborrall A.* 6. Affrontat... ipsos marugns *falta a A'.* 7. iuxta ipsum castellum in uilla de Stagna *A'.* 8. et *falta A.* 9. -i-, -dum *escrit a sobre a A'.* 10. patronem *A'.* 11. omnis *falta A'.* 12. teneatis *escrit a sobre a A'.* 13. hoc totum prescriptum *darrere de* fidelitatem *A'.* 14. fidelitate *A.* 15. uos... tenuerit *escrit a sobre a A'.* 16. prescriptum *falta a A.* 17. quod nobis facitis *manca A'.* 18. domno Deo... abbatis *escrit a sobre a A'.* 19. que *A.* 20. *Darrere hi apareix obliterat* ortis, ortalibus, casas, casalibus, linares *i a això fa referència el rogatari a la subscripció A'.* 21. similiter difinimus *escrit a sobre a A'.* 22. aliis querimoniis nostris *A'.* 23. IIII *escrit a sobre d'un text prèviament raspat A. Aquesta vegada no hi fa referència el rogatari.* 24. prior *A'.* 25. prepositis *A.* 26. cum literis rasis et emendatis in linea I et dampnatis in linea VIIII *A'.* 27. sub die et anno quo *manca a A'.*

461

1173, desembre, 5

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, dóna en cens a Pere de Pallars, el seu gendre, Arnau, i la dona d'aquest últim, Maria, una terra a Ivars per a la seva rompuda i plantació de vinya.

FUNDACIÓ

A. ACL, fons d'Àger, doc. 286, Car. 343. Quiròg raf partit per A B C D E F G H I K.
B. APA, Car. 319. Còpia del segle XIII.
C. *Resumen*, doc. 251.[a]
D. *Resumen*, 307.
E. *Resumen*, ap., doc. 34.[a]

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Raimundus abbas, cum conuentu sancti Petri damus tibi, Arnallo,[1] et uxori tue, Marie, et Petro de Pallars[2] una sorte ad Iuarzc, uocitato loco ad ipsa turre de sancto Petro, illa in qua est ipso orto usque ad Nogera. Hoc autem facimus tali uero pactu ut plantetis eam uineam et, quando erit plantata, habeatis uos ipsa prima cercha et, accepta illa cercha, si nos uolumus mitere medietatem in opere uinaeae, accipiamus medietatem de omni expleto. Sin autem accipiamus quartam partem fideliter de omni expleto ad ipsum torcularium. Et uos et posteritati uestre habeatis et teneatis eam ad seruitium et ad fidelitatem Dei et ecclesie sancti Petri et nostri et successoribus nostris in ista conuenientia, sicut suprascriptum est. Et custodite et claudite eam bene cum arboribus uel cum parietibus. Et, si uolueritis uindere ipsam uestram partem, uindite eam nobis et, si nos nolumus eam emere, uendite eam uestris consimilibus qui ita teneat pro nobis in ista conuenientia sicuti et uos. Et non eligatis inde alium seniorem nec patronem nisi nos et successoribus nostris uos nec posterita uestra.

Actum est hoc nonis decembris anno ab incarnatione Domni MºCºLXXºIIIº.

Sign+um Raimundi, abbatis, qui hanc cartam iussi scribere et testes firmare rogaui. Sign+um[3] Guillelmi Romani, prior. Sign+um Bernardi, prior Momagastrensi. Sign+um Arnalli, sacricustodi. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Poncii, prepositi. Sign+um Bernardi Castrensi. Sign+um Magister Helies.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit cum literis superpositis in linea IIª et rasis in Xª IIIIª et hoc + signum fecit.

a. *Data equivocada al* Resumen *251 i ap. 34:* any 1163.

1. *L'exemplar B, encara que és molt posterior, té una variant que, si no canvia el text, sí que l'explicita en algun punt. Els donataris hi apareixen descrits de la manera següent:* "damus tibi, Petro de Paylars et genero tuo, Arnall, et uxori sue, Maria". 2. Petro de Pallars *escrit a sobre; el rogatari hi fa referència a la subscripció.* 3. *El pergamí està raspat; també hi ha una referència a això en la subscripció del rogatari.*

FUNDACIÓ NOGUERA

462

1173, desembre, 10

Pere, fill de Maria, ven a Ramon Adrià i a la seva esposa, Ermessén, la quarta part d'una finca a Àger pel preu de tretze sous.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 948, Car. 2443.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Petro, filio Marie qui fuit filia de Rosa, uobis emptoribus meis, Ramon Adria et uxor tua, Ermessen, uenditore sum uobis de mea porcione que abeo in Agere uel abere debeo. Et aduenit mihi de auiatico de Rosa. Id sunt terras, uineis, ortis, ortalibus, casas, casalibus, linares, arboribus pomiferis et impomiferis, ermum et populatum, totum ab integrum, cum exiis et regressiis et suis pertinenciis ad uestrum proprium alodium.[1] Et sic uindo uobis ista mea honore quartam partem, quomodo est suprascriptum, in Agere et in suis terminis propter precio placibili, que de uos accepi, XIII solidos in diners. Et est manifestum. Quod, si ego, uenditore, aut ullus homo uel femina, qui ista carta uindicionis inquietare uoluerit, non ualeat uindicare, sed in duplo componat cum sua melioracione; et firma permaneat omnique tempore et non sit disrupta.

Facta carta IIII idus december anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºIIIº .

Sign+um Ego, Petro, qui hanc carta iussi scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Poculul Balloui. Sign+um Guillelm Agilar. Sign+um Joan Arlot.

Bartolomeus, sacer, scripsit et hoc + fecit.

1. aludium.

463

1174, gener, 5

Ramon Julià ven a Bernat Baldoví i a la seva dona, Ermengards, pel preu d'onze sous una casa a Àger, sota de Sant Vicent.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 130, Car. 1979.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Ramon Iulian, uenditor [sum][1] tibi, Bernardo Baldoui et uxori tue, [Erm]engards.[1] Per hanc scripturam

[uendicio]nis[1] nostraee uindo uobis una mansione in uilla de Ager suptus sancti Vincencii. Adfrontat a parte orientis in mansione Petri de Falcs, de meridie in uos, emptores, ab occidente in mansione Raimundi Baldouin, ab aquilone in uia publica. Quantum inter istas adfrontaciones includunt et isti termini [a]mbiunt,[2] sic uindo uobis ipsa mansione cum exiis et regressiis suis et pertinenciis cunctis ad uestrum proprium alodium et ad facere uestram uoluntatem; et hoc propter precio placibile, quod uobis placuit dare et mihi aprehendere, XI solidos denariorum. Et est manifestum. Quod, si ego, uenditor, aut ullusque homo uel femina, qui hanc cartam uindicionis pro inrumpendum uenerit, in dupplo uobis componat aut componam.

Actum est hoc nonis ianuarii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºIIIº.

Sign+um Raimundi Iuliani. Sign+um Aalez. Sign+um Guillelmo. Nos, qui hanc cartam uindicionis mandauimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Guillelmi Burges. Sign+um Petri Arnalli. Sign+um Espagnol.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *El pergamí està malmès a causa de la humitat en alguns punts de la part superior.* 2. *Hi ha un raspat al text.*

464

[1174], gener, 9

Guillem Roman fa una extensa donació post obitum *al seu fill Bernat i a la dona d'aquest, Feliça, amb reserva vitalícia del seu dret de domini. El donant exigeix als donataris que el serveixin i l'honorin en vida i restin sota el seu consell i manament.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 554, Car. 1761.
B. Cartulari, doc. 109, f. 60r-61r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris quod ego, Guillelmus Romani, donator sum tibi, Bernardo, filio meo, et uxori tue, Felicia. Per hanc scripturam donationis maeae dono uobis unas mansiones ad fores porta, ad illas eras. Affrontant ab oriente in mansiones Raimundi Bernard, de meridie in era de Petri Eimerig, de occidente in era de Petri

Mironi qui iam fuit, ab aquilone in mansione Guillelmi de Cornudela et in uia.

Et una terra ad illa Esdemessa, quod pater meus dedit mihi per melioratione. Affrontat ab oriente in uia, de meridie in terra Guillelmi Esteua, de occidente in terra de Boschet, ab aquilone in terra Arnalli Roma, qui iam fuit.

Et alia terra ad Cass, ad ipso uilar.

Et alia terra ad ipsa Voltorera. Affrontat ab oriente in terra Arnalli Roma qui iam fuit, de occidente in terra de Petri Vpila qui iam fuit, ab aquilone in Vetere.

Et alia terra ad Sederegna, que est in ipsa coma, ipsas dues partes; et in alio locco ad Sederegna ipsam meam quartam partem de una terra que habeo cum Guillelm Guitardo et cum Ramon de Laporta.

Et una terra ad Agullo, ad ipso algatarre, subtus ipsa uia.

Et alia terra ad Gradilles.

Et alia terra ad Plan de Lagunes, que fuit de Iohanni Aguilar.

Et unum ferragenall subtus ipsa porta de Pedro.

Et ipsos orts de Regazol cum omnibus arboribus qui ibidem sunt fundatis.

Et ipso orto que est en Delapart.

Et ipsum linar que est ad ipsas Cods.

Et una terra ad Marugna cum omnibus arboribus qui ibidem sunt.

Et meos directos de alodio et de arboribus que ego habeo ad Mannaries.

Et ipsas oliuas de Colobor cum terra in qua sunt fundatas.

Et duas petias de terra, que sunt ad Salents, cum omnibus arboribus qui ibidem sunt; et in ipso loco ipsa coma cum ipsos IIII^OR^. oliuarios qui ibidem sunt.

Et una uinea ad Radiger cum arboribus qui ibidem sunt.

Et alia uinea ad sancta Columba cum arboribus qui ibidem sunt.

Et alia uinea ad Verbell cum suis arboribus cum terra qui ibidem est. Et hoc fuit de uicecomite et de Berengario de Currida.

Et una terra ad Riu Despluga cum arboribus qui ibidem sunt, et tres partes de duos oliuarios que fuerunt de Ramon Bernardi.

FUNDACIÓ NOGUERA

Et mea porcione de duas oliuas que habeo cum Sanz de Montclus, et in alio loco ibidem duas oliuas.

Et tres partes de ipsa uinea, que est ad ipso soler de Verbel, cum arboribus qui ibidem sunt.

Et terciam partem de duos oliuarios que habeo cum Ramon Anfoss et cum Guillelm Guitardo.

Et unas mansiones in cimiterio sancti Vincentii cum ipsas cigas qui ibidem sunt.

Omnem hoc suprascriptum dono uobis, totum ab integrum, cum exiis et regressiis et pertinentiis cunctis ad uestrum proprium alodium et ad facere uestram uoluntatem. Hoc autem facio tali uidelicet ratione, ut seruiatis et honoretis mihi in uita mea, sicut boni filii et filie debent seruire patri sui, et ut maneatis in meo consilio et mandamento omnibus diebus uite maeae, et ut sim dopnum et potentissimum de totum ab integrum in uita mea. Et, si ego uoluero dare uel dimitere nullam causam de hoc suprascriptum uel facere meam uoluntatem, ut possim facere secundum uoluntatem meam. Et retineo ad opus meum in ipsa uinea et in terra de Verbel qui fuit de uicecomite, ut uos uel ille qui eam tenuerit donet pro anima mea uel pro anima patris et matris maeae ad ecclesiam sancti Petri per unumquemque annum per secula cuncta I sestarium farina frumenti et unum sestarium uini primi et unum molto. Et similiter retineo III oliuarios in uinea de Guidmar, et III oliuarios in ipsa uinea de Mora, ex melioribus qui ibidem sunt, uidelicet ipsos sutirans, et alios III oliuarios in ipsa terra de Marugna ex melioribus, uidelicet ipsos sutirans. Hoc autem facio tali pactu ut custodiatis et laboretis illos bene, et de omni expleto quod inde exierit ardeatis per unumquemque annum IIII^{or} libras olei in ecclesia sancti Saluatoris, et IIII^{or} libras ante altare sancti Petri omni tempore uos et ille, qui prescriptos oliuarios tenuerit, pro anima mea uel parentum meorum, ut Deus dimittat omnia peccata nostra et perducat nos peruenire ad [gaudia][1] paradisi.

Et est manifestum. Quod, si ego, donator, aut ullusque homo uel femina, qui contra hanc cartam donationis pro in[rumpen]dum[1] uenerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat totum ab integrum cum omni sua melioratione; et in antea [ista car]ta[1] firma permaneat omni tempore, et non sit disrupta.

Actum est hoc V idus ianuarii anno ab incarnacione Domni M^{o}C^{o}[LXX°III°].[1,2]

FUNDACIÓ NOGUERA

Sign+um Guillelmi Romani, qui hanc cartam iussi scribere et testes firmare rogaui.

Adhuc uero dono uobis omnes [meos direc]tos[1] quod ego habeo uel habere debeo in ipso mili de Mannatorres. Hoc totum suprascriptum dono uobis per secula cuncta. Et mea [porcione][1] de ipsa era que est subtus ipsas mansiones.

Sign+um Amadet. Sign+um Bernardi, generi Bonet Oliba. Sign+um Bartholomei, filii Iohanni de Petra. isti sunt testes et uisores et auditores. Sign+um Dominico, diachono sancti Petri.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *La part inferior esquerra del pergamí està cremada.* 2. *La data al cartulari i* Compendi.

465

1174, març, 2

Berenguer de Montllor s'entrega en cos i ànima juntament amb una terra a Sant Pere d'Àger. També dóna a la mateixa església post obitum *uns mobles i trenta sous* sub modo *que se li tributin determinades honres fúnebres.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 625, Car. 1715.
B. Cartulari, doc. 259, f. 117v-118r.
C. *Resumen*, doc. 299.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego, Berengarius de Montlor, offerens, dono et trado me ipsum domno Deo et ecclesie beati Petri in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum meum corpus cum una sorte de terra et, ad obitum meum, XXX solidos et unum lectum et unum receptum. Et est ipsa terra in termino de Agger, uocitato loco ad ipsa condamina de sancto Petro, ante ipsam uillam. Affrontat ab oriente ipsa terra in terra de Botella, de meridie et aquilone in uia, de occidente in terra Arnall Ceba. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti ambiunt, ita dono predicta terra ecclesie sancti Petri cum exiis et regressiis et pertinentiis cunctis per secula cuncta; et de meo iure trado in dominio beati Petri et uestri tali uidelicet racione, ut ad obitum meum recipiatis meum corpus et anima in omni beneficio et oracione quod numquam erit factum in ista ecclesia, et sepeliatis mihi honorifice in cimiterio beati Petri, et scribatis

mihi in capitulario, et in die obitus mei faciatis aniuersarium per anima mea per unumquemque annum omni tempore, et deprecetis Deum pro anima mea uel parentum meorum perhenniter. Et est manifestum. Quod, si ego, donator, aut ullusque homo uel femina, qui contra hanc cartam donacionis pro inrumpendum uenerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componam predicta terra cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma permaneat semper et non sit disrupta.

Actum est hoc VI nonas marcii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºIIIº.

Sign+um Berengarii de Montlor, qui hanc donacionis mandaui scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Dolza, uxor mea. Sign+um Arnalli, filii nostri. Sign+um Bernardi. Nos in simul, qui hunc donum laudamus et firmamus propriis manibus sicut supra scriptum est. Sign+um Petri Poccolul. Sign+um Raimundi Exabelli. Sign+um Raimundi Esteua. Isti sunt testes uisores et auditores. Sig+num Raimundi Rog, qui hoc laudo et firmo.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

466

1174, març, 13

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, entrega a Maria, al seu fill Pere, a la dona d'aquest, Alez, a Miquel i a la dona d'aquest últim, Maria, un alou a Vilamajor en cens.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 293, Car. 152. Quiròg raf partit per A B C D E F.
B. Cartulari, doc. 75, f. 45r-v.
C. BC, perg. 4316, ms. 541. PEROT D'ÀGER, *Llibre y Rational de la villa de Ager*. f. 5r-v. Còpia de 1534.
D. *Resumen*, doc. 300.

In Christi nomine. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Raimundus abbas, cum conuentu sancti Petri damus tibi, Marie, uxor Eimerig, et filio tuo, Petro, et uxori sue, Alez,[1] et Michaeli, et uxori sue, Marie, ipsum alodium Ville Maioris, totum ab integrum, quantum nos ibi habemus uel in antea adquirere potuerimus, condirectum uel heremum. Tali uidelicet racione, ut teneatis eum per medietatem et laboretis illum bene per fidem sine omni malo ingenio. Et tenete ibi omni

tempore duos pars bestiarum bene condirectos unde laboretis prescriptum alodium. Et nos dabimus uobis per unumquemque annum unam rellam, et mitemus ibi medietatem de omni sementi quod ibi fuerit opus, et uos similiter aliam medietatem, et mittemus ipsam iouam ad ipso seminare, quantam habere potuerimus, cum medietate de ipso conuiuio quod ibi fuerit opus ad ipsam iouam, et uos mittite similiter aliam medietatem. Et date nobis fideliter medietatem de omni expleto quod inde exierit omni tempore uos et omnis posteritas uestra nobis et successoribus nostris, et facite ibi stadga bona, et manete ibi in perpetuum tali pacto, ut uos faciatis totum ipsum ad treith, et quando erit paratum operandi, mittemus nos ibi medietatem in ipso conuiuio et in ipsa sollada de ipsos magestros. Sicut superius scriptum est, ita damus uobis et posteritati uestre prescriptum alodium cum ipsa estadga, ut habeatis et teneatis totum ab integrum omni tempore ad seruicium et ad fidelitatem Dei et ecclesie sancti Petri et nostri et sucessoribus nostris uos et omnis posteritas uestra in ista conuenientia, sicut supra scriptum est, et non eligatis inde alium seniorem nec patronem nisi nos et succesores nostros uos nec posteritas uestra. Et damus uobis de ipso alodio ubi faciatis ortum et trilla iuxta ipsas mansiones, et similiter habeatis hoc ad nostrum seruicium.

Actum est hoc III idus marcii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºIIIº.

Sign+um Raimundi, abbatis, qui hanc cartam donacionis iussi scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Guillelmi Romani, prior. Sign+um Bernardi, prior Momagastrensi. Sign+um Petri sancti Iusti. Sign+um Arnalli, sacricustodis. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Bernardi Castrensi. Sign+um Magister Helies. Sign+um Poncii, prepositi. Nos, qui hoc laudamus et firmamus.

Bernardus, leuita, scripsit cum litteris rassis et emendatis in linea II[2] sub die et anno quo + supra.

1. Alez *escrit a sobre d'un raspat. A això fa referència la nota 2.* 2. litteris... in linea II *escrit a sobre.*

467

1174, març, 15

Raimond de Claramunt dóna a l'església d'Àger la sisena part del delme que tenia als cinc francs d'Os.

FUNDACIÓ MOLERA

Als idus de març de 1173
[B.] Cartulari, doc. 5,[a] f. 3.
C. *Resumen*, doc. 301.

a. *Vid. la introducció.*

468

1174, abril, 16[a]

Pere, prior de Montmagastre, cedeix, d'acord amb una decisió judicial, a Guillem de Vedrenya i al seu fill Ramon els drets que posseeix a Salanova, Espluga i Canyelles.

A? B? BC, perg. 4002, Car. 2118.
B. *Resumen*, doc. 309.

Notum sit omnibus ominibus qualiter ego, Petrus, prior Momagastrensi, dono ad Guillelm de Vedrena et ad filio suo, Raimundo,[1] meos directos que ego abeo uel abere debeo[2]in Salanoua, et in Espluga, et in Caneles, quomodo pater meus dimisit me et abeo cum fratres meos, Berengarii, Raidmundo et Gerall. Et hoc facio propter iudicium quod mihi iudicare fecisti secundum testamentum pater meus.

Factum est hoc VIºXº kalendas mai anno ab incarnacione[3] Domni MºCº LXXº IIIIº.

Sig+um Petrus, qui ista donacio hoc laudo et firmo. Sig+um Raimundo,[1] sacerdos. Sig+um Beregario, uichario. Sig+um Raimundo[1] de Anna. Sig+um Carbonel, sacerdos. Sig+um Poncius, leuita. Nos, qui sumus uisores et auditores.

Petrus, sacerdos, qui hoc scripsit die et anno + quo supra.

a. *Cal considerar que el document és bastant sospitós. En primer lloc, tant al document 467, immediatament anterior a aquest, com al 471, apareix Bernat com a prior de Montmagastre; d'altra banda, l'ortografia resulta també sospitosa en alguns punts i podria obeir a una redacció posterior, si no a una falsificació. En qualsevol cas, caldria plantejar-se la data real d'aquest.*

1. Raidmundo. 2. debeo *escrit a sobre.* 3 -ne *escrit a sobre.*

469

1174, juny, 4

Ponç, vescomte de Cabrera, signa un acord amb Bernat d'Estopanyà pel qual Ponç cedeix en feu a Bernat la meitat dels castells de Pi-

FUNDACIÓ NOGUERA

nyana, Zofera, Camporrells, Baells i Castelló, tots igualment en feu, Natjà en concepte d'alou, amb reserva per part del vescomte d'un seguit de drets i usos senyorials en tots aquests, a excepció de Natjà, castell pel qual Guerau Pons havia rebut 500 sous de Berenguer Ramon i P. d'Estopanyà. Bernat es compromet a prestar al vescomte vassallatge i altres obligacions feudals. Ramon Gombal tindrà els anteriors castells per Bernat d'Estopanyà. Després de les diferents clàusules de l'escatocol (signatura dels actors, testimonis, data, firma del rogatari, etc.) apareix en aquesta còpia allò que en origen devia figurar com un document independent del primer: el jurament de fidelitat feudal de Bernat d'Estopanyà a favor de Ponç de Cabrera.

B. ACL, fons d'Àger, doc. 862, Car. 2467. Còpia notarial del segle XIII.
C. IV a. 5, f. 492v-493r.
D. *Resumen*, doc. 309.

In Dei nomine. Hoc est translatum bene ac fideliter transcriptum, quod est tractum a quodam instrumento quod sic habetur:

Hec conuenientia est facta inter dompnum Poncium de Cabraria, uicecomite, et Bernardum de Stopanano.

Conuenit namque iamdictus Bernardus ad predictum suum seniorem ut de ista hora in antea sit suus homo solidus, sicut homo debet esse suum bonum seniorem, et que non dicipiat eum de sua uita neque de suis membris quod in corpus illius se tenent. Et conuenit eum, ut sit illi adiutor ad habere et tenere et defendere omnis honor, quod modo habet aut in antea habebit, contra cunctos homines et feminas qui sub celo sunt, qui ad eos tollere uoluerint aut tulerint aut inde aliquid tulerint; et faciat per directam fidem sine ullo malo ingenio, et de hinc in antea non faciat nullum seniorem sine suo consilio neque retineat; et, si ei mandat eos, quos habet, diffidet eos. Super hoc donat ad eum Poncio de Cabraria per feuo castrum de Stopanano et habeat inde quinque cauallarios cum suum corpus et cum ei. Mandat predicto Poncio de Capraria sit cum ei in hostes et caualgadas sequiuiis et alberget eum ei secundum suum mandamentum. Et, si mors aduenit ad ipsos castellanos qui tenent Stopanano aut perdunt eum, tenerent ibi alii castellani, quos ibi miserit iamdictus Bernardus per iamdicto suo seniore in modum sicut eum ibi misit Mironis Ysarni per Girbertus Mironi. Et donat ad eum per feuo medietatem de castello de Pinana cum medietate de castro Zofera, cum medietate de ipsas castellanias siue cum quinta parte de decimis que inde exierint; et hoc cum mancusos CCCC auri,

que exierint de illa cequia. Et ille retineat ibi assidue duos optimos cauallarios cum sex seruientes optimos. Et ipsos duos sint custodes in uigiliis per omnes noctes. Aduc donat ad eum castrum de Camporrels[1] et de Badels[1] et de Castello per feuo. Adhuc donat ad eum et concedit castrum de Naga ad proprium alaudium, quod Gerallus Poncii, uicecomes, donauerat Berengario Mironi et P. de Stopanano, cum exiis et regresiis suis, qui ad eundem castrum pertinent, uidelicet cum terminis qui ei pertinent, qui diuiduntur cum Estopanano et Camporrels et Badels. Sic dono uobis, sicut superius est scriptum, cum omni integritate ad uestrum proprium alaudem uobis et posteritati uestre. Et ego, Poncius, donator, ac[2] nostra posterita habeamus in iamdicto castro intrare et exire et gerreiare omni tempore contra cunctos homines et feminas qui sunt aut erint. Et Gerallus Poncii accepi de Berengario Mironi et de P. de Stopanano quingentos solidos in rem ualentem. Et de ipso castro iamdicto non exeat mihi, Poncio de Capraria, nec mea posterita nullum mallum nec ego ibi faciam, et meus fet sit in nostra garda et in nostra emperanza. Et istos castros habeat Raimundi Gomballi per iamdictum Bernardum. Et, si iamdictus Poncius, suus senior, tollit per tortum Camporrels ad predictum Bernardum, ipsos castellanos, qui eos tenent per Raimundum Gomballi, teneant se cum Bernardo usque ueniant por inde ad pacem. Et CCCC mancusos, quos conuenierunt ei dare de ipsa cequia cum ueniret tempus quod exeat expleto de Pinana[3] et de Zofera, minuent ei dare de ipsos mancusos ualente sicut ualebit ipso expleto. Et, cum ueniret tempus quod tantum ualeat, remaneat ad dare totos ipsos mancusos et non querat eos amplius. Et, si opus est, faciat staticam Bernardus in unum de supradictis castris, sicut ei mandauerit predictum Poncium, suum seniorem. Et Bernardo conuenit ut per hoc, quod dompnus Poncius ei dedit Castelo, ibi retineat uno optimo seruiente usque ualeat ipso expleto tantum ut pro hoc retineat ibi uno optimo cauallario. Et, cum hoc ualebit, habeat ipso cauallario omni tempore. Et inter Bernardus de Stopanano et G. de Stopanano et R[aimundum] Gomball et Pelegri habeat assidue una guaita in castrum de Naga. Et est conuentus ut supradictos castros quod Raimundus Gomballi habet per Bernardum de Stopana, illi seruiat et adiuuet contra omnes homines et feminas, exceptus dompnus Poncius. Et, si minus uenerit de iamdicto Raimundo, mitat ibi castellanum Bernardo ad consilium et mandamentum de supradictum Poncium de Capraria, suum seniorem. Et ego, Poncius uicecomes, retineo

in ipsos castros suprascriptos potestatem, sine in Naga, irato et pagato, et uias, et aquis, et caput aquis, et molins, et molendinars, et pratis, et rochas cum quintas et trobas, et homicidis, et cugucias, et exorquias, et toltas, et forzas, cum pregeras et questas. Et retineo ad opus sancti Petri de Ager in istos castros iamdictos, sine in Stopanano, in totos alios castros que ego possim inquirere de paganos et omni posteri de mea progenie, in unumquemque castrum unam extollad, de melioribus que ibi fuerint, francha et ingenua. Et de meos dominicos, que[4] ego habeo et habuero, et omnia posterita mea per omne ab integro, decimas et primicias et omnes ecclesias que erunt in istos castros cum ipsos directos qui pertinent ad ipsas ecclesias, sicut Gerallus Poncii scripssit cum muliere sua, Aluira, in manu P. Guillelmo, abato disposito?.

S+num Poncius de Capraria. S+num Bernard de Stopana. Qui hanc cartam iussimus scribere et ad testes firmare rogauimus. S+num Dompna Sancia de Cheralt. S+num Dalmad de Midina. S+num R. de Fauars. S+num Roig de Falgars. S+num Ponz de Ril. S+num Bernard de Camporrels. S+num Pelegri de Naga. S+num G. de Zauedrena. S+num P. de Zaclusa. S+num Arnall Anglerola.

Actum est hoc II nonas iunii anno ab incarnacione Domini MºCºLXXºIIIIº.

Sign+num Ego, Raimundi, Agerenssis abbas. Sig+ Gomballi, Ylerdensis archidiaconi. S+num R. de Casserres[5].

Petrus, leuita, qui hoc scripssit per iussione P[etri] de sancti Iusti, capellano de Castelo, die et anno quod + supra.

Iuro ego, Bernardus de Stopana, fil de Sanza, femina, quia de ista hora in antea fidelis ero tibi, ad te, Poncium de Capraria, seniorem meum, ut non te decipiam de uita tua neque de membris tuis quod in corpus tuum se tenent; et ero tibi adiutor ad habere et tenere et defendere omni honor, quod modo habes aut in antea habebis, contra cunctos homines et feminas, qui sub celo sunt, qui uobis tollere uoluerint aut tulerint aut in aliquid tulerint, quomodo scriptum est in conueniencia; et hoc faciam per directam fidem sine ullo malo ingenio; et ero homo uestrus solidus, sicut homo debet esse suo optimo seniori; et adiutor ero super omnes homines et feminas qui sub celo sunt. Et, sicut uobis iuro et conuenio, ita teneam et atendam ad ipsum filium qui dimiseritis honor quod per uos teneo. Sicut suprascriptum est, ita teneam et atendam per Deum et hec sancta Euangelia. S+num Bernard de Stopana.

FUNDACIÓ NOGUERA

Bartholomeus de Corzano, capellanus ecclesie de Tartared, hoc translatum fideliter transcripssit et hoc signum + impressit.[6]

1. *Signe d'abreviació innecessari.* 2. ad. 3. Pinanana. 4. quem. 5. *Noteu que en aquest document, la data, al contrari d'allò que passa normalment, apareix enmig de les subscripcions dels atorgants de l'escrit. També cal advertir l'omissió de la subscripció de Ponç de Cabrera, principal actor de tota l'escriptura.* 6. *És un fet evident que el jurament de fidelitat constitueix un document autònom de l'anterior: la forma és la mateixa de tots els documents d'aquest tipus, dels quals en aquesta col·lecció en tenim abundants exemples. El que presta vassallatge apareix com* NN, filius M, femina *i a la totalitat dels documents manca la data. També és convenient assabentar-se que el rogatari del jurament és una persona diferent del rogatari de la concòrdia.*

470

1174, juny, 20

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, davant la impossibilitat d'administrar directament els béns de la canònica, els divideix en tres parts: una, de la qual es reserva la gestió directa, i dues administrades pel Capítol; col·loca sengles prepòsits al capdavant de cadascuna d'aquestes i assenyala els seus límits i continguts. Limita a dotze el número de canonges. Fixa en el deu per cent de les rendes la part destinada a almoines, prohibeix donar refugi a laics i assenyala que els seus successors, en prendre possessió del seu càrrec, prestin puntualment el jurament de complir totes aquestes normes.

B. BC, perg. 4208, doc. 1 Car. 2079. Còpia coetània.
C. *Resumen*, doc. 310.

Raimundus, Dei gratia abbas Aggerensis, dilectis filiis eiusdem ecclesie cannonicis salutem et dileccionem. Cum presentibus esse sepe numero negociis occupatus, nec uestre uniuersitati modo debito prouidere ualerem possessiones et redditus ecclesie nostre uobiscum diuidere deliberaui. Et, quoniam uota uestra cum meis conuenire perspiciunt, uobis tamquam filiis karissimis in omnibus pro posse satisfacere cupiens, desideria nostra mancipare effectui festinamus.

In primis itaque mihi et successoribus meis retineo castellum de Cass cum omnibus suis pertinentiis, et Regulam cum pertinentiis suis, exceptis ioua et carreg in utroque loco. Et quascumque possessiones et reditus ecclesia nostra habet aput Castellionem, exceptis quintone et molendino; et domos proprias quas habemus iuxta ecclesiam sancti Martini, excepto columbario et ortum qui

est sub eadem ecclesia cum oliuariis et duodecim nummos qui dantur pro tracturis.

Retineo iterum mihi duas prebendas et uictum scutario meo et duobus cursoribus, et annonam tribus equitaturis.

Retineo etiam mihi omnes ecclesias, quas habet ecclesia Aggerensis, cum institucionibus, correccionibus, cenis, exaccionibus, exceptis tercionibus, quartonibus, quintonibus, ubi habere solemus, et exceptis ecclesiis que sunt uel erunt apud Agger.

Omnes autem alias possessiones et redditus quos ecclesia nostra habet aput Agger et terminis eius, et in Ripacurcia, et in Vrgello, et in omnibus aliis locis, habeat comunis mensa uestra. De omnibus itaque istis duas uolumus fieri prepositurаs, quarum una habeat ex integro quicquid habemus de Nocharia ad Nochariam, et de Aris de Monte Sicco usque ad Os, cum redditibus eiusdem, exceptis decimis et primitiis de uino Aggerensi, quod equaliter diuidantur cum altera prepositura.

Altera uero prepositura habeat omnia que continetur extra terminos predictos.

Defuncciones uero, undecumque fuerint, per medium diuidantur.

Sane de omnibus que nobis retinuimus et uobis asignauimus, decimam elemosine deputamus ita ut de ea tam uobis infirmis quam aduenientibus pauperibus subueniatur.

Duodecim uero cannonicos cum abbate in hac ecclesia semper esse debere statuimus, ita quod numquam plures sint in eadem nec de cetero admitantur, nisi comuni consensu et in abitu beati Augustini et in festiuitate apostolorum Petri et Pauli, aliquo tamen uel aliquis de predicto numero prius exemptis.

De ospitibus uero ita deliberauimus, quatinus mihi et successoribus meis ad mensam uestram episcopos, abbates, priores et alias religiosas et honestas personas, laicos uero numquam liceat inuitare.

Hec omnia sicut[1] suprascripta sunt ego, Raimundus, abbas Aggerensis, pro posse meo et scientia mea firmiter tenebo et obseruabo sic me Deus adiuuet, et hec sacrosancta IIII^or^ Euangelia illud statuens quod et successores mei statim, cum electi fuerint, huiusmodi iuramentum prestare non diferant.

Signum+ Raimundi, abbatis. Signum+ Guillelmi, prioris. Signum+ Arnalli, sacriste. Signum+ Bernardi, prioris Momagastrensis.

Signum Sig+num Arnaldi, capellani de Lordano. Signum+ Bernardi de Castro. Signum Helies +. Signum Poncii de Balagario +. Signum+ Raimundi de Iuarz. Signum+ Bartholomei. Signum+ Aninci. Sign+um Magistri Reinaldi. Signum+ Petri de Gallinario. signum+ Raimundi de Corcano. signum+ Petro Monteceniso.

Actum est hoc X°II° kalendas iulii anno dominice incarnacionis M°C°LXX° [IIII°][2]. Signum+[3] capellani Castellione.

Bernardus, leuita, rogatus scripsi sub die et anno quo + supra.

1. sicut *repetit*. 2. *El text està lleugerament malmès per la humitat. La data al* Compendi. 3. *Falta el nom del firmant.*

471

1174, juny, 22

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, dicta les normes per les quals s'haurà de regir la distribució del menjar als canonges.

B. BC, perg. 4208, doc. 2, Car. 2079. Còpia coetània.
C. *Resumen*, doc. 311.

Ego, Raimundus, abbas Aggerensis, comuni consilio et deliberacione Aggerensis ecclesie cannonicorum statui:

XVI libras tantum fieri de uno pondere farine quarum singule singulis clericis una die dentur.

Migera uini tribus in prandio, VI uero clericis in cena tribuatur; die dominica, tercia feria et quinta, quibus licitum est carnibus uesci, carnes unius arietis XIIII clericis administretur, quarta pars boni agni cum carne salsa, gallina una cum carne salsa duobus detur, de carne porcina et uachcina sufficientes porciones duobus, anserem cum carne salsa sufficienter quatuor dari statuimus.

In natiuitate Domni, in Epiphania, in purificacione beate Marie, in Septuagesima, in Pascha, in Ascensione Domni, in Pentecosten, in festiuitate apostolorum Petri et Pauli, in asumpcione beate Marie, in festiuitatibus beati Augustini et Omnium Sanctorum, dominica prima aduentus Domni duo genera carnum et pigmentum cum IIII^or^. nebulis ministrentur.

Secunda feria, quarta et sabbato tria oua cum caseo et cum legumine uel erbis singulis clericis ministrentur. Sexta uero feria et ieiuniis quatuor temporum et in omnibus uigiliis duo cibi quadragesimales cum olei sufficientia dentur.

Dominicis diebus et quintis feriis aduentus Domni et Quadragesime tria fercula, primum de erbis, secundum de leguminibus, tercium de piscibus. Et singulis aliis diebus unum de erbis, alterum de leguminibus. Fructus autem suo tempore ad sufficienciam ministrari decreuimus.

Ego, Raimundus, iamdictus abbas, hanc institucionem laudo et hoc + signo confirmo. Signum+ Guillelmi, prioris. Signum+ Arnalli, sacriste. Signum[1] Bernardi, prioris Momagastrensis. Signum Petri, capellani Castellionis. Signum Arnaldi de Bellomonte, capellani Lordanensis. Signum+ Bernardi de Castre. Signum+ Poncii Balagario. Signum + Helie. Signum+ Bartholomei. Signum+ Raimundi de Iuarrz. Signum+ Dominici. Signum+ Magistri Reinaldi. Signum+ Petri de Gallinario. Signum[1] Raimundi de Corzano.

Actum est hoc X kalendas iulii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXº IIIIº.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *En ambdós casos manca la subscripció.*

472

1174, juny, 27

Bernat Fauleta i la seva dona, Florència, s'entreguen en cos i ànima a la canònica de Sant Pere d'Àger, a la qual fan donació universal, reseruato usufructu, *de tots els seus béns* sub modo *de la* baiulia *d'Àger i del dret d'aliments i sepultura a la mateixa església.*

A. APA, Car. 1531. Quiròg raf partit per A B C D E F G.
B. Cartulari, doc. 112, f. 61v-62r.
C. *Resumen*, doc. 312.

In Christi nomine. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Bernardus Fauleta, et uxor mea, Florenzia, damus et tradimus nosmet ipsos domno Deo et ecclesie sancti Petri in manu Raimundi, abbatis, et aliorum canonicorum cum omni sedente uel mobile que modo habemus uel in antea adquirere potuerimus usque ad obitum nostrum in terminibus Aggerensis uel in cunctis aliis locis. Id sunt terris, uineis, ortis, ortalibus, casas, casalibus, linares, cultum uel heremum, cum omni mobilem; et ipsas domos, quas habemus in Ilerda, cum omnibus suis pertinentiis, exceptus hoc quod tenemus pro Arnallo de An-

glerola. Hoc autem facimus tali uidelicet racione, ut habeamus et possideamus hoc totum omnibus diebus uite nostre et, post obitum nostrum, remaneat ab omni integritate ecclesie sancti Petri sine ulla reseruacione. Et, si minus uenerit de me, Bernardo, antequam de uxore mea, dimittat medietatem de omni mobile ecclesie sancti Petri; sedentem uero teneat uxor mea in uita sua et, post obitum suum, remaneat ecclesie sancti Petri totum ab integrum, sedentem et mobile, sine ulla diminucione. Et, si minus uenerit de Florentia, uxore mea, antequam de me, faciat similiter.

Et propter hoc donum suprascriptum ego, Raimundus abbas, cum omni conuentu ecclesie sancti Petri damus tibi, Bernardo Faulete, ipsam baiuliam nostram de Ager cum omnibus suis pertinentiis; et habeas inde tuum red(....)me[1] et teneas prescriptam baiuliam omnibus diebus uite tue ad seruicium et ad fidelitatem Dei et ecclesie sancti Petri et nostri; et habeas conuiuium et societatem omnibus diebus uite tue in [domo][1] sancti Petri; et similiter Florenzia, uxor tua, habeat societatem et conuiuium in omnibus festiuitatibus et in diebus quando recepta habuerimus. Et, si minus uenerit de Bernardo antequam de Florenzia, uxore sua, habeat conuiuium de uita sua in domo sancti Petri omnibus diebus ut unus de canonicis. Et, quando minus euenerit de uobis, sepeliemus uos honorifice in cimiterio beati Petri, et scribamus uos in capitulario, et faciamus uobis aniuersarium per unumquemque annum sicut pro unius canonici.

Actum est hoc V kalendas iulii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºIIIIº.

Sign+um Bernardi Faulete. Sign+um Florentie. Nos, qui hanc cartam iusimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Guillelmi Romani, prior. Sign+um Arnaldi, sacricustodis. Sign+um Arnaldi, capellani de Lorda. Sign+um Petri sancti Iusti. Sign+um Bernardi, prior Momagastrensi. Sign+um Poncii Balagarii. Sign+um Bernardi Castrensi. Sign+um Raimundi Exabelli. Sign+um Guillelmi Guarnarii. Sign+um Amadet.

Bernardus, leuita, scripsit die et anno quo supra et hoc signum + fecit

1. *El pergamí està lleugerament raspat al centre.*

FUNDACIÓ NOGUERA

473

1174, agost, 26

Ermessén i la seva filla Andreua venen a Mateu una vinya a Radiger pel preu de quatre sous i mig.

A. BC, perg. 4018, Car. 2396.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Ermessen, et filia mea, Andreua, ue[nditore]s[1] sumus tibi, Matheu. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus tibi una uinea et [una][1] coltia in termino de Ager, uoci[tato][1] loco ad Radiger. Affrontat ipsa [uine]a[1] et coltia: ab oriente in terra Ram[undi][1] Bracabou et in Guid, de meridie et occidente in uinea Raimundi, pater Raimundi Bracabou, ab aquilone in Poccolul Arnalli Roma. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus [tibi is]ta[1] uinea et coltia cum exiis et regressiis et pertinenciis cunctis [ad tuum][1] proprium alodium et ad facere tuam uoluntatem propter precio [placibile],[1] quod nos accepimus de te, IIII^{or}. solidos et dimidium. Et est manifestum. [Quod],[1] si nos, uenditores, aut ullusque homo uel femina, qui contra hanc cartam uindicionis pro inrumpendum uenerit, non hoc ualeat, set in duplo tibi componat aut componamus totum ab integrum cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma permaneat omni tempore, et non sit disrupta.

Actum est hoc VII kalendas september anno ab incarnacione Domni M^{o}C^{o}LXX° IIII°.

Sign+um Ermessen. Sign+um Andreua, filia mea. Nos, qui hanc cartam iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Carbonel. Sign+um Bonet. Filii sui. Sign+um Bernardi Aguilar.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *El pergamí està rosegat a la part superior dreta i en dos punts de la part central.*

FUNDACIÓ NOGUERA

474

1174, octubre, 28

[A]. Car. 335. Exemplar perdut.

B. *Compendi*, doc. 335, f. 81r.
C. *Resumen*, doc. 313.

Ramon Abat de Ager, dóna Pere de Aramunt, y a sa muller Armasén, la part, que tenia en lo Alou, que Geraldo de Cabrera lí havía donat en lo terme de Ivars, baix del Brassal, ab lo pacte, que ho plante de viña, la circuesca de muralla, o tàpia, y si después ell volt posar la meitat dels gastos per lo conreu, li haja de donar la meitat dels explets, y sinó la quarta part del vi, al trescola.

Fet a 5 delas kalendas de Novembre any 1174.

475

1174, desembre, 17

Arnau Teixidor ven a Bernat i al seu germà Ferrer un llinar i els seus drets al molí del Caragol, tot situat a Àger, pel preu de trenta-dos sous.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1073, Car. 690.
B. APA, Car. 713.ª
C. Cartulari, doc. 138, f. 73r-v.
D. Cartulari, doc. 285, f. 130r-v.
E. *Resumen*, doc. no consta.

[In Christi nomine].[1,2] Ego, Arnall Tixidor, uenditor sum tibi, Ramon Bernard[3] et fratri tuo, Ferrer.[4] Per hanc scripturam uindicionis maeae uindo uobis omnes meos directos quos nos habemus et abere debemus[5] ego et Luciana, uxor mea[6,7] in ipsum nostrum molendinum, uidelicet terciam partem de totum ab integrum, et unum linar cum omnibus arboribus que[8] ibidem sunt fundatis.[9] Et est hec omnia in termino de Agger, uocitato loco ad Caragol. Affrontat ipsum linar: ab[10] oriente in Pertauina, filia nostra, de meridie in Ramon Esteua, ab occidente in chacrauo[11,12] de molin de Caragol, ab aquilone in torrent. Et est ipsum molendinum in caput de ipso linar. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindo uobis totum ab integrum, sicut superius scriptum est, cum exiis et regressiis et pertinenciis[13] cunctis; et cum aquis et cequiis et capudaqualis, ab omni integritate, ad uestrum proprium alodium[14] et ad facere uestram uoluntatem per secula cuncta. Et de meo iure in uestro trado dominio et potestate propter precio placibile, quod [ego][15,16] accipio de uos[17] XXX et II solidos[18] denariorum.[19] Et est manifestum. Quod, si ego,

uenditor, aut ullusque homo uel femina, qui contra hanc cartam uindicionis pro inrumpendum uenerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componam, totum ab integrum, cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma permaneat omni tempore, et non sit disrupta.

Actum est hoc XºVIº kalendas ianuarii[20] anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºIIIIº .

Sign+um Arnalli Tixidor, qui hanc cartam[21] iussi scribere et testes firmare.[22] Sign+um Pertauina, qui hoc laudo et firmo.[23] Sign+um Domeneg, filii Guillelmi Berengarii. Sign+um Raimundi Martini.[24] Sign+um Guillelmi Iulia.[24] Isti sunt testes uisores et auditores.[25] Sign+um Guillelmi Forts.[26]

Bernardus, diachonus,[27] rogatus scripsit cum literis superpositis in linea II sub die et anno quo + supra.

a. *Aquest exemplar porta data diferent, segons indiquem a l'aparat crític del diploma. De tota manera, l'única diferència essencial amb A és el preu i el rogatari. Hi hagué una rectificació del preu uns dies després d'haver signat l'exemplar que anomenem A? No ens sembla un argument suficient, atesa la petita diferència. En resum, se'ns escapa el motiu d'aquest extrem.*

1. *El pergamí està lleugerament mutilat al marge superior esquerre A.* 2. *Tot seguit es llegeix a B* Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod. 3. Raimundo Bernardo *B.* 4. Ferrario *B.* 5. quos ego habeo uel habere debeo *B.* 6. ego et Luciana, uxor mea *afegit a la interlínia A, a això es refereix el rogatari en la subscripció.* 7. ego et uxor mea, Luciana *B.* 8. qui *A.* 9. fundatis *falta a B.* 10. ad *A.* 11. r *escrita a sobre a A.* 12. usque in ipso chacrauo *B.* 13. pertinentiis *B.* 14. alaudium *B.* 15. *Hi ha un petit esvoranc al pergamí A.* 16. ego *manca a B.* 17. uobis *B.* 18. XXX solidos et unum receptum *B.* 19. denariorum *falta a B.* 20. II kalendas freboarii *B.* 21. uindicionis *manca a A* 22. *A continuació es llegeix a B* rogaui. 23. *La subscripció de* Pertauina *manca a B.* 24. *La subscripció d'aquests dos testimonis apareix amb ordre diferent a B.* 25. uisores et auditores *manca a B.* 26. *La subscripció d'aquest testimoni apareix abans d'*isti sunt testes... *a B.* 27 leuita *B. Ja hem indicat a la nota 1 que els dos documents estan escrits per dos rogataris diferents.*

476

[*Circa* 1174][a]

Jacint, cardenal legat, s'adreça al bisbe d'Urgell i a l'abat d'Àger per ratificar la seva aprovació a la concòrdia que, sota la mediació del difunt arquebisbe de Tarragona, han assolit amb relació als seus pretesos drets sobre l'església de la suda de Balaguer.

B. ACU, LDEV, vol. I, doc. 941, f. 270r.
a. KEHR, doc. 159, pp. 457 i ss.
b. BARAUT, "Documents...", doc. 1687, p. 212.

Iacintus, Dei gratia sancte Romane[1] ecclesie diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, uenerabili fratri A., Vrgellensi episcopo, et dilecto filio R., Aggerensis abbati, salutem. Instrumentum uenerabilis fratris nostri Hugonis, Tarrachonensis archiepiscopi, tunc apostolice sedis legati bone memorie, quod[2] fecit super transaccione, que[3] coram eo inter uos est facta de ecclesiis Zude de Balager et tribus aliis ecclesiis, uidelicet de Coheded et de Gradilo[4] et de Alentorn, diligenter inspeximus et ipsius equitatis pro pace uestra[5] assenssum prebuimus. Quocirca illud apostolica auctoritate confirmamus, salua in omnibus apostolice sedis auctoritate et priuilegiis.

La data a KEHR.

1. s. R. 2. que. 3. quod. 4. Grauilo. 5. per pacem uestram.

477

[*Circa* 1174][1]

Jacint, cardenal legat, confirma els drets de l'abat d'Àger sobre l'església parroquial de Sant Vicenç de la vila d'Àger amb els seus delmes, primícies i oblacions.

A. APA, Car. 301.
B. *Resumen*, doc. no consta.
a. KEHR, vol. II, doc. 160, pp. 458 i ss.

Iac(intus) Dei gratia sancte Romane ecclesie diaconus cardinalis,[2] apostolice sedis legatus. Dilecto in Christo filio R. Aggerensi abbati salutem et sinceram in Domino dileccionem. Ex oficcio quod licet inmeriti gerimus, iustas peticiones optato debemus mancipare efectui et, ne in posterum que cannonice statuuntur, alicuius temeritate uiolentur, apostolice tuicionis patrocinium nos decet ac expedit adhibere. Eapropter, dilecte in Domino fili, tuis iustis postulacionibus clementer annuimus et deuocionem, quam erga sacrosantam Romanam ecclesiam et nostram personam geris, atendentes, ecclesiam sancti Vincentii, que in uilla Aggerensi parrochialis existit, cum decimis primiciis et oblationibus mense capituli tui, prout tu constituisti, perpetuo confirmamus. Statuentes et sub interminacione anatematis proibentes, ne aliqua ecclesiastica secularisue persona predictam ecclesiam a tui conuentus mensa qualibet occasione subtrahere[3] presumat. Verum si aliquis contra hanc nostram confirmacionem et tuam institucionem uenire temptauerit, iram omnipotentis Dei[4] et beatorum Petri et Pauli

apostolorum eius indignacionem[5] se uouerit incursurum. *(El segell és perdut)*.

La data a KEHR.

1. cardinanilis. 2. subtrahere *escrit a sobre*. 3. Dei id. 4. eius obliterat *al darrere*.

478

1175, gener, 29

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, cedeix a Bartomeu en cens dos molins, un a Àger i un altre a Règola.[a]

A. APA, Car. 679.
B. Cartulari, doc. 187, f. 92v-93r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In nomine Domni. Vniuersis hominibus sit notum quod ego, Raimundus, abbas Aggerensis, cum conuentu sancti Petri damus tibi, Bartolomei, duos molendinos, uidelicet unum que est subtus uilla de Aggere, et alium que est supra uilla de Regula. Hoc autem facimus tali uidelicet racione, ut facias illos bene per fidem sine omni malo ingenio, et mitas ibi terciam partem in omni opere de ipsis molendinis, et teneas illos bene condirectos omni tempore. Et habeas tu terciam partem de omni expleto quod exierit de ipso molendino de Aggere et nos duas partes fideliter. Et nos faciamus ibi duas partes de ipsa missione que in ipsis molendinis necesse fuerint. Et [habea]s[1] in ipsum molendinum de Regula unum almud frumenti per unumquemque diem et terciam partem de omni expleto, et nos similiter duas partes fideliter. Et nos habeamus similiter alium almud frumenti per unumquemque diem omni tempore in ipsum molendinum de Aggere. Et ego, Raimundus abbas, dono tibi, Bartolomei, ut habeas cibum bonum et pulcrum in domo sancti Petri tu uel ipse qui tenuerit ipsum molendinum de Aggere per te omni tempore propter ipsum almud quod nos accepimus ibi in ipsum molendinum. Sicut superius scriptum est, ita damus tibi uel tuis franchum et liberum per secula cuncta, ut habeatis et teneatis prescriptos molendinos omni tempore. Et, si tu uolueris uindere uel dare alicui, ipse, cui alienaueris, habeat eos in ipsa suprascripta conuenienzia per nos et per omnes successores nostros in ista conuenienzia, sicut suprascriptum est; et non eligatis inde alium seniorem nec patronem nisi nos et successores

nostros, et firmetis inde nobis directum quantas uices quesierimus, uobis irads et pagads.

Actum est hoc IIII kalendas febroarii anno ab incarnacione Domni MºCºXXºIIIIº.

Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Guillelmi Romani, prioris. Sign+um Arnalli, sacriste. Sign+um Petri sancti Iusti. Sign+um Arnalli Bellemontis. Sign+um Magister Helies. Sign+um Bernardi Castrensi. Sign+um Poncii, prepositi. Sign+um Espagnol. Nos, qui hanc cartam iussimus scribere et propriis manibus nostris firmamus atque concedimus.

Bartolomeus, sacer, scripsit et hoc + fecit.

a. *Vid. la nota al doc. 458.*

1. *Hi ha un esborrall.*

479

1175, abril, 15

Berenguera i el seu fill, Ramon Roig, donen a Sant Pere d'Àger i a Guillem Aguilar unes cases situades a Àger. Guillem Aguilar entrega als donants cinc sous.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 875, Car. 2434.
B. Cartulari, doc. 246, f. 92v-93r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam fut[uri]s[1] quod ego, Berengaria, et filio meo, Ramon Rog di[mi]timus[1] ac difinimus atque concedimus domno Deo et ecclesie sancti Petri et Raimundo, abbati, et cannonicis eiusdem loci atque Guillelm de Aguilar et pos[teri]ta[1] sua unas mansiones in uilla de Ager, uocitato loco super ipsum forn. Affrontant ipsas casas ab oriente in mansione de me, Guillelm Aguilar, de meridie in mansione Marti Pidier, ab occidente in mansiones Guillelmi Guarnari et Raimundo, fratri suo, ab aquilone in uia. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic dimitimus ac difinimus prescriptas mansiones per secula cuncta per nos et per omnem posteritatem nostram per fidem sine omni malo ingenio ad uos et ad omnes successores uestros, ut amplius ibi nullam partem non requiramus nec requirere possimus nos nec nostris uobis nec uestris. Et propter hanc difinicionem ego, Guillelm Aguilar, dono tibi, Berengaria, et filio tuo, Ramon Rog, V solidos denariorum.

Actam hanc cartam difinicionis XºVIIº kalendas madii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºVº.

Sign+um Berengaria. Sign+um Ramon Rag. Nos, qui hanc cartam difinicionis mandauimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Berengarii. Sign+um Petri. Sign+um Guillelmi. Sign+um Bernardi. Sign+um Dulcia. Nos in simul, qui hoc laudamus et firmamus et difinimus sicut supra scriptum est. Sign+um Bernardi Balloui. Sign+um Guillelmi Burges. Sign+um Raimundi Guarner. Isti sunt testes.

Et Bernardus de Ager est fizanza ad Guillelm Aguilar, ut faciat ei tenere et abere et firmare prescriptas mansiones sicut scriptum est.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *El text es troba lleugerament desgastat pel doblec del pergamí.*

480

1175, maig, 3ª

Bernat, prior de Sant Miquel de Montmagastre, juntament amb el Capítol, cedeix a Brunet, a Pere de Salinoves i a la dona d'aquest, Maria, unes terres en cens.

A. APA, Car. 322.
B. *Resumen*, doc. 264.

In Dei nomine. Ego, Bernardus, priori sancti Michael Montmagastrenssi, cum totu eiusdem conuentu donatores sumus uobis, Brunet, et ad ienere uestro, Petrus de Salinoues, et ad coniux sue, Maria, de ipsa[1] ferragenal de ipsa[1] costa, quomodo hodie sunt ipsas[1] fitas. Et uobis et uestris bene laboretis et ibi plantetis oliuarios, et de expleit que exierit de iamdictos oliuarios, donetis fideli mente ad sancti Michael et ad seniores eiusdem loci medietate, et uobis abeatis alia medietate; et de expleit de ipsum[1] alaudium donetis similiter fideli mente ipsum quart. Et de hec omnia non eligatis alium patronem nec seniorem nisi sancti Michael et seniores eiusdem loci. Afrontad de una part in ipsa carrera qui uadit[2] ad ipsa[1] Viciana, de alia parte in ipssa costa sancti Michael, de tercia parte in alaudio de Bernardus Olius, quem tenet per sancti Michael. Abeatis uobis et uestris cum et regressio et exio omni tempore.

FUNDACIÓ NOGUERA

Facta ista carta donacionis V nonas madii anno ab incarnacionis Domni MºCº LXXºVº

Sig+um Bernardi, priori. Sig+um Petrus, sacerdos de Figerola. Sig+um Raimundus, sacerdos Vecianna. Nos, qui ista carta rogauimus scribere et firmare. Sig+um Marti Oliuer. Sig+um Raimundum de Oliua. Sig+um Petrus Secundus. Isti sunt testes.

Raimundus, sacerdos, rogatus scripsit die et anno + quo supra.

a. *Data diferent al* Compendi *i al* Resumen*: 1165.*

1. ipss-. 2. uadit *escrit a sobre.*

481

1175, maig, 17

Mir Arnau i la seva dona, Urraca, entreguen a Domènec Mallafred una vinya a Calassanç en penyora de trenta-tres sous.

B. APA, Car. 1455. Còpia coetània.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit omnibus ominibus presentis et futuris qualiter ego, Mir Arnal, et coniux mea, Vrracha, nos mittimus in pignora una uinea ad uos, Domnico de Mallafred, et ad uxor tua, Dannoro, in termino de castro Calasanz. Abet de oriente uinea de Dou Peret, et de ociduo uia, de aquilone uineas de filii Abiaquint et de Isquiron et de Arnal de Lirb, de meridie Iohan Basset, in termino ubi dicitur ad ipso planillo. Et quantum istas affrontaciones circundunt, sic mitimus nos uobis in pignora cum totis suis pertinenciis per XXX et tres solidos de diners muneta Iachesa bona termino de kalendas de giner usque ad alias kalendas, unas post alias; et, quando nos reddimus isto auer uel nostris in termino supradicto, siat solta ista pignora. Et est fidanza de saluetate[1] Mateu Pep et eius.

Sig+num[2] Ego, Mir Arnal, et coniux mea, Vrracha. Qui ista carta mandamus scribere et firmare testes.[3] Sig+num Gilio de Garoza. Sig+num Iohan de Labaz[...].[4] Sig+num Lop Nauarro. Hi sunt testes.

Facta carta XVI kalendas iunio anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºVº.

Iohannis, presbiter, scripsit et hoc signum + fecit.

1. sauetate. 2. sig+num *repetit.* 3. teste. 4. *S'ha esvanit la tinta en diferents punts.*

FUNDACIÓ NOGUERA

482

1175, juny, 3

[A]. Car. 487.
B. *Compendi*, doc. 487.
C. *Resumen*, no consta.

Arnal de Conques, dóna â St Pere de Ager los Masos que tenia en Pedra bruna que ell possehía per part de sa Mare, per rahó de son Dot, y també altre Mas que ne deyen de Dorca, y una Masia que tenia en la Ametlla, perquè ho possehesca en propi Alou dita Iglèsiaa ab pacte que li mantíngan un Prebere, que sempre celebrie per sa Àníma, y las dels seus passats.

Fet â 3 delas Nonas de Juny any 1175.

483

1175, juny, 15

Ponç de Cabrera presta vassallatge al comte Ramon de Pallars i promet servir-lo contra tots, excepte contra el comte d'Urgell i el rei d'Aragó.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 359, Car. 388. Quiròg raf partit per A B C D E F G H I K L M.
B. *Resumen*, doc. 316.[a]

Hec conuenientia est facta inter Raimundum, comitem Palariensem, et Poncium de Caprarie, uicecomes.

Conuenit Poncius, uicecomes, Raimundo, comiti Paliarensi [ut serui]et[1] ei cum corpore suo et [honore][1] et cum omnibus hominibus suis et suis amicis contra cunctos homines et feminas qui modo sunt aut in antea erunt, extra regem Aragonensis et comes Vrgellensis. Et hoc faciat per rectam fidem sine ullo malo ingenio. Et similiter conuenit Raimundus, comes, iamdicto Poncio, ut sit ei adiutor cum corpore suo et honore et omnibus hominibus suis et suis amicis contra cunctos homines et feminas qui sunt uel erunt. Et hoc faciat sine ullo malo ingenio. Et, si minus uenerit de Poncio Caprarie et habuerit filium[2] de legitimo coniugio, sit in eadem conuenientia usque miles sit factus aut, si habuerit filiam, donec habeat uirum. Et similiter, si Raimundus, Palariensium comes, habuerit filios uel filias de legitimo coniugio, sint in eadem conuenientia usque miles sit factus, et, si habuerit filiam, donec

habeat uirum. Et, si Poncius Caprarie habuerit querimoniam de hominibus Raimundo, comiti, que melius sint de Raimundo, comiti, quam de Poncio iam dicto accipiat directum pro Raimundo, comiti, et, si directum facere non potuerit, adiuuate ei sine ullo malo ingenio. Et, si Raimundus comes habuerit querimoniam de hominibus Poncio, uicecomes, que melius sint de Poncio, uicecomes, quam de iamdicto Raimundo, accipiat directum pro Pontio et, si directum facere non potuerit, adiuuet ei sine ullo malo ingenio. Et Poncius de Caprarie est homo de Raimundo, comes Paliarensi, propriis manibus pro bene et pro amore, et iurat ei et mitit in ipso hominatico, ut ita teneat et atendat quomodo superius scriptum est per Deum et hec sancta IIII[or] Euangelia. Et Raimundus, comes, conuenit Poncio de Caprarie et mitit in ipso dominio, ut ita teneat et atendat sicut superius scriptum est per Deum et hec sancta IIII[or] Euangelia

Sign+um Raimundus, Aggerensis abbas.[3,4]

Actum est hoc VII[o] X[o] kalendas iulii anno ab incarnacione Domni M[o]C[o]LXX[o]V[o].

Sign+um Raimundus, comes Palariensi. Sign+um Poncii, uicecomes. Nos, qui hoc laudamus et firmamus et testibus firmari fecimus. Sign+um Poncii de Ceruera. Sign+um Guillelmi de Claresuals. Sign+um Bernardi de Spils.

Poncius, sacerdos, qui hoc scripsit sub die et anno quo + supra.

a. Compendi *i* Resumen *estan equivocats un cop més pel que fa a la data, donen* VII kal...

1. *El pergamí està rosegat en alguns punts de la part superior.* 2. filium *escrit a sobre d'una paraula raspada.* 3. *La subscripció és quirogràfica?* 4. *Darrere, el pergamí està raspat fins al final de la línia.*

484

1176, gener, 14

Guillem de Finestres dóna a Sant Pere d'Àger un home i un molí a Petra Pertusa sub modo *que sigui enterrat al cementiri de l'esmentada església. També promet que, en cas de ser cridat per Déu a la vida religiosa, ho farà a l'església de Sant Pere d'Àger i sota la regla de Sant Agustí.*

B. Cartulari, doc. 439, f. 214r-v.

NOGUERA

C. *Resumen,* doc. 314.

Qualiter Guillelmus de Finestres dedit beato Petro unum hominem in Petra Pertusa et unum molendinum in eodem loco.

[O]mnibus[1] notificetur hominibus tam futuris quam presentibus quam ego, Guillelmus de Finestres, trado atque concedo me Deo et ecclesie beati Petri Agerensis, ut quandocumque mors, qua nullum excipit, me occupauerit, corpus meum ad ecclesiam sancti Petri deferatur, ibique iusdem ecclesie cimiterio a clericis iusdem loci sepeliatur. Et dono ibi scilicet prefate ecclesie Agerensis pro anima mea in remissionem pecatorum meorum unum hominem in Petra Pertusa, nomine Guillelmus de Molins, et unum de melioribus molendinis quos habeo in Petra Pertusa. Adhuc aliud quod eum supra dictus in manu Raimundi Abbatis Agerensis ceterorumque ecclesie seniorum assencio et confirmo ex bona animi contempcione addo quod, si aliquando ad frugere alicuius melioris uite transineare uel aliquid sacrum uotum eligere, Deo aministrante, uoluero, ad predictam ecclesiam sancti Petri secundum regulam beati Augustini me fieri canonicum concedo, nec licitum sit mihi aliquem alium ordinem assumere, nisi predictam regulam beati Augustini et in predicta ecclesia sancti Petri.

Actum est hoc XIXº kalendas freboarii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXº Vº.

Sig+num Guillelmi de Finestres, qui hoc, ut superius scriptum est, laudat et affirmat et in manu predicti Raimundi, abbatis, concedo et predictum donum quemadmodum ego habeo[2] uel habere debeo bona sponte atribuo. Sig+num Guillelmi, filii mei. Sig+num Arssendis, uxoris Petri de Belmont, qui fuit. Sig+num Guillelmi de Montfalcho. Sig+num Berengarii, castellani de Pertusa. Sig+num Bernardi de Stopanna. Sig+num Petri Bouera.

Poncio, presbiter, quo hoc scripssit sub die et anno quo + supra.

1. *Vid. la introducció.* 2. uel habeo *repetit.*

485

1176, gener, 17

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, entrega a Ramon Balloví la meitat d'un colomar en usdefruit.

FUNDACIÓ GUERA

A. ACL, fons d'Àger, doc. 471, Car. 2002.
B. Cartulari, doc. 82, f. 49r-v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Omnibus pateat hominibus, tam habsentibus quam presentibus, tam futuris quam modernis, quod ego, Raimundus, Dei nutu ecclesie Aggerensis abbas, cum omni conuentu eiusdem loci, nos simul donamus tibi, R. Ballouini, medietate de illo nostro columbario qui fuit de Pocolul, fratre tuo, sub tali pacto, ut tu habeas et possideas in uita tua, et post obitum tuum reuertatur ad domum sancti Petri, et aliam medietatem ad utilitatem sancti Petri fideliter concedimus. Et, si quid opus fuerit ad reparationem siue ad utiles expensas illius columbarii, domus sancti Petri uel habitatores eius reddat tibi medietatem de quocumque ibi iuste erogaueris, et tu similiter de quocumque fructu inde exierit medietatem predicte domui sancti Petri fidelissime redde. Et, si tu uel Bernardus Ballouini, frater tuus, uelletis ibi facere aliud columbarium, in utroque columbario medietatem uobis concedimus et reddemus uobis medietatem de omnibus expensiis quas feceritis in edificacione illius columbarii. Et uos similiter, ut de alio dictum est, de utroque columbario medietatem ad opus domus sancti Petri illesam seruite et reddite. Sicut predictum est donamus uobis et concedimus, ut habeatis et possideatis modo et omni tempore uos et ipsi quibus dubitaueritis. Si illud aliud columbarium, ut supradictum est,[1] ibi edificaueritis, et reddemus nos et successores nostri uobis et uestris medietatem de omni iuxta expensa quam ibi feceritis, et decimum nobis semper fideliter de illis columbariis reddite.

Actum est hoc VI X kalendas febroarii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXº Vº.

Sign+um Raimundi, abbatis. Sig+num Guillelmi, prioris. Sig+num Arnalli, sacriste. Sig+num Arnalli, capellani de Lordan et Couzed. Sig+num Bernardi de Castre. Sig+num Magistri Helie.

Petrus, sacerdos, qui hoc scripsit sub die et anno quo + supra.

1. est *escrit a sobre*.

486

1176, febrer, 20

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, juntament amb el Capítol de l'esmentada església, entrega en cens a Ermessén de Meià, al seu

FUNDACIÓ

gendre, Bernat Gaçol, i a l'esposa d'aquest, Ermessén, sis terres situades a Àger i Montesquiu.

B. ACL, fons d'Àger, doc. 131, Car. 97. Còpia notarial de 20 de maig de 1260.
C. *Resumen*, ap., doc. 50.

Hoc est translatum bene ac fideliter. Actum est XIII kalendas Iunii anno Domni MºCCºLXº de quodam instrumento quod sic agitur:

Vniuersis sit notum quod ego, Raymundus abbas, cum conuentu sancti Petri donatores sumus tibi, Ermesendi de Midia, et genero tuo, Bernat Gacol, et uxori sue, Ermessendi. Per hanc scripturam donacionis nostre damus uobis VI terras in termino Aggeris siue de Monte Schiui. Et est illa una terra ad illo uilar de Rei; adfrontat a parte orientis in terra Bernardi Martini, de meridie Iohan Marischot, ab occidente Arnall Forts, ab aquilone uia. Et est alia terra ad illas comas; adfrontat ab oriente et occidente terra de Bernat Godin, de meridie Ioan de Bonafilia, ab aquilone uinea Petri Rocafort. Et sunt ipsas II terras a Fezen, I suptus uia et alia super uia; adfrontat ab oriente in terra Arnalli Guilllelmi Arnalli, de meridie Geralli, ab ocidente Iust, ab aquilone uia; adfrontat ipsa alia terra, ab oriente terra de Arnall Forts, de meridie uia, ab occidente Michaell, ab aquilone sponna. Et alia terra ad Moran; adfrontat ab oriente uinea Arnall Matamonges et de Michael, de meridie et occidente sponna, ab aquilone in linars. Et damus tibi illa pera et retinemus ibi ipso oliuer, totum ab integrum. Et est ipsa alia terra ad Monteschiu. Adfrontat ab oriente et occidente in terra de Bernat de Cass, de meridie in terra Bernat de Media, ab aquilone uia publica. Quantum inter istas adfrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic damus uobis ad uestrum proprium alodium tali uero pactu, ut faciatis nobis inde sensum perna de meliori porcho quam occideritis et, si non occideritis, II solidos denariorum et fogacas pan de III almudes, et I sestarium migencha et migeram uini, et faciatis staticha in illa Regula, et habeatis ad seruicium et ad fidelitatem nostram omni tempore uos et generacio uestra per secula cuncta. Et Ermesen, dum uixerit, sit inde domna et potentisissima, dum uixerit, sine blandimento ullorum. Et non diuidatis inter filios et filias, set unum eligatis qui teneat, et sic uadat unus post unum.

Actum est hoc X kalendas marcii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºVº.

FUNDACIÓ NOGUERA

Sign+um Raymundi, abbatis. Sign+um Guillelmi Romani, prioris. Sign+um Arnalli, sacricustodi. Sign+um Arnalli Bellomontis. Sign+um Petri sancti Iusti. Sign+um Bernardi, prioris Momagastrensi. Sign+um Poncii. Sign+um Bartolomei, prepositi. Sign+um Elie.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

Ego, B. Berengarii, Aggerensis sacrista, qui de uerbo ad uerbum totum autenticum instrumentum uidi et legi et in hoc translato me pro teste subscrispi.

Ego, Berengarius de Stagna, cannonicus Aggeris, qui de uerbo ad uerbum totum autenticum instrumentum uidi et legi et in hoc translato me pro teste subscripsi.

Ego, A. de Midiano, canonicus Aggeris, qui de uerbo ad uerbum totum autenticum instrumentum uidi et legi et in huius translatum pro teste subscripsi.

Ego, Balagarius Emerios, sacerdos, qui me pro teste huius translati subscribo et + meum pono.

Ego, B. Bonifilii Aggeris, canonicus, qui de uerbo ad uerbum totum autenticum instrumentum uidi et legi et in huius translato me pro teste subscripsi.

Ego, X. Gauta, presbiter, qui me pro teste huius translati subscribo et + meum pono.

Raymundus de Sobirata, capellanus sancti Vincentii Aggeris, qui hoc translatum scripsit et hoc +num fecit.

487

1176, febrer, 27

Guillem Berenguer, la seva dona, Dolçana, el seu fill, Domènec, i la dona d'aquest, Berenguera, venen a Bernat d'Àger i a la seva muller, Gaca, pel preu de vint sous una trilla situada a Fonticela.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 60, Car. 1939.
B. Cartulari, doc. 141, f. 74r-v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego, Guillelm Berenger, et uxor mea, Dolzana, et filio nostro, Domeneg, et uxor sua, Berengera, uenditores sumus tibi, Bernardo de Ager et

FUNDACIÓ NOGUERA

uxori tue, domna Gaca. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus uobis omnes nostros directos in ipsa trilla de Fonticela. Affrontat ipsa trilla ab oriente in terra de Christoual, de meridie in uia, ab occidente in orto de Guillelm Guarner, ab aquilone in torrent. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus uobis omnes nostros directos que habemus uel habere debemus in ipsa trilla, sine omni malo ingenio, per secula cuncta ad uestrum proprium alodium et ad facere uestram uoluntatem, et tradimus de nostro posse in uestro dominio et potestate propter precio placibile, quod nos accepimus de uobis, XX^{ti} solidos denariorum. Et est manifestum. Quod, si nos, uenditores, aut ullusque homo uel femina, qui contra hanc cartam uindicionis pro inrumpendum uenerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componamus hoc totum cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma permaneat omni tempore, et non sit disrupta.

Actum est hoc IIII kalendas marcii anno ab incarnacione Domni M^{o}C^{o}LXX°V^{o}.

Sign+um Guillelmi Berengarii. Sign+um Dolzana. Sign+um Domeneg. Sign+um Berengaria. Nos, qui hanc cartam iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Guillelmi Forts. Sign+um Bernardi Fauleta. Sign+um Poccolul Balloui. Sign+um Raimundi Exabelli. Isti sunt testes uisores et auditores. Sign+um Bernardi, filii Guillelmi Berengarii. Sign+um Guillelmi, fratri suo.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

FUNDACIÓ NOGUERA

488

1176, maig, 7

Guiu i la seva esposa, Guinedel, venen a Mateu dues vinyes, situades a Radiger i Pla de Llacunes, respectivament, pel preu de set sous i mig.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 119, Car. 1943.
B. Cartulari, doc. 149, f. 77v-78r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Guid, et uxor mea, Guinedel, uenditores sumus tibi, Matheu. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus tibi duas uineas in terminibus de Ager. Et est ipsa una

uinea ad Radiger. Affrontat ab oriente in uinea Ramon, filii Bracabou, de meridie et occidente in uinea Ramon Bracabou, ab aquilone in uinea Fauleta. Et est ipsa alia uinea ad Plan de Lagunes. Affrontat ab oriente in uinea Guiem Merchader, de meridie in me, emptore, ab occidente in Ramon Bracabou, ab aquilone in uinea Bernard Ballouim. Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus tibi prescriptas uineas cum terra in qua sunt fundatas, cum omnibus arboribus pomiferis et impomiferis, cum exiis et regressiis et pertinentiis cunctis ad tuum proprium alodium et ad facere tuam uoluntatem per secula cuncta propter precio[1] placibile, quod nos accepimus de te, VII solidos denariorum et dimidium. Et damus tibi una coltia ad Radiger propter ipsam quam nos uendimus ad Colobor, ubi tu, Matheu, abueris in illa medietatem propter illam damus tibi. Affrontat ab oriente in uinea Petri Regan, de meridie in nos, uenditores, ab occidente in uinea Ramon de Colomer, ab aquilone in Ramon, filii Bracabou. Et est manifestum. Quod, si nos, uenditores, aut ullusque homo uel femina, qui contra hanc cartam[2] uindicionis uel donacionis uenerit, non hoc ualeat, set in duplo tibi componat aut componamus totum ab integrum cum omni sua melioracione, et in antea ista carta firma permaneat omni tempore.

Actum est hoc nonis madii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºVIº.

Sign+um Guid. Sign+um Guinedel. Nos, qui hanc cartam uindicionis uel donacionis mandauimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Bonet Carbonel. Sign+um Ramon de Lamela. Sign+um Guillelmi Gartia. Isti sunt testes.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. precio *repetit*.

489

1176, maig, 7

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, juntament amb el Capítol de l'esmentada església, entrega a Maria, al seu fill Bernat i a l'esposa d'aquest, Alez, diverses terres en cens.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1120, Car. 2378. Quiròg raf partit per A B C D E F.
A'. ACL, fons d'Àger, doc. 323, Car. 701. Íd. anterior.

B. ACL, fons d'Àger, doc. 136, Car. 809. Còpia notarial de 18 de juliol de 1270.
C. Cartulari, doc. 122, f. 67r-v.
D. *Resumen*, doc. 318.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris quod ego, Raimundus, abbas, cum conuentu sancti Petri donatores sumus tibi, Marie, et filio tuo, Bernad, et uxori sue, Alez. Per hanc scripturam donacionis nostre damus uobis ipsam hereditatem sancti Petri quod tenebat Petrus Muleti in uilla de Agger[1] et in suis terminis. Et unas mansiones in ipsum nostrum ferragenal de sancto Martino. Et unum torcularium iuxta torcularium sancti Petri et Bernardi Fauleta. Affrontant ipsas mansiones ab oriente in nos, donatores, de meridie in mansiones Petri Vidal, ab occidente in G. Guarner, ab aquilone in ferragenal de[2] Petri de Ager. In primis est ipsa una terra a Moran. Affrontat[3] de una parte in Marti Pilicer, de alia in Bonet de Pere Mir, de III in filiis Petri Regan, de IIII uero parte in terra de sancto Petro. Et alia terra ad Fezen, exceptis ipsis oliuariis que ibi sunt, quod retinemus ad ecclesiam sancti Petri et nobis. Affrontat[3] de I parte in Bonet de Pere Mir, de alia in terra Canet, de III in sponda. Et alia terra a Verbell.[4] Affrontat[3] de I parte in terra Iulian, de alia in Guiem[5] Guarner, de III in Guiem[5] Berenger, de IIII uero parte in uia. Et I uinea ad Verbell. Affrontat[3] de I parte in uinea de[2] Matagal, de alia in Pere Fertung, de III in uia. Et alia uinea a Fex. Affrontat[3] de I parte in Pere Guiem[5] de Colobor, de alia in Sanz de Montclus, de III in uia. Et I uinea a Puga Marell. Afrontat de I parte in terra de Marti Arrapa, de alia in uinea Marti de Montrabeg, de III in Arpin. Et I terra a Verbell. Afrontat de I parte in Pere Poccolul, de alia Ramon Exabel, de III in Guiem[5] Roman.[6] Et I linar a Puiol. Afrontat de I parte in terra Marti Raimundi Iohanni, de alia in Petri Guillelmi[5] de Colobor, de III uero parte in linar de Marti Adalberti qui iam fuit. Et I linar ad Regacol. Afrontat de I parte in linar de Ermessen de Amindula, de alia in Arpin, de III in terra Ramon Mir. Et I terra a Turrizela. Afrontat de I parte in terrra de filiis Felemir, de alia Guiem[5] Guarner, de III Pere Poccolul. Et alia terra ad sancta Maria. Afrontat de I parte in filiis de[2] Porchet, de alia in Berenger de Iuarz, de III in uia. Et alia terra a sancta Maria. Afrontat de II[as] partes in sancto Petro, de III in uia. Et alia terra a Pezeger. Afrontat de II[as]. partes in Guiem[5] Guarner, de III in Arnall Fertung. Et alia terra a Mannatorres. Afrontat de I parte in Guilabert de Montclus, de alia in Guiem[5] Guarner, de III in uia. Et I terra a Voltorera.

Afrontat de I parte in Guiem[5] Rog, de alia in uia, de III in serra. Et I era in ipso Aspero. Afrontat de I parte in Guiem[5] Upilon, de alia in Pere de Ramonna, de III in Pere Guiem Menudades.[7] Hoc totum suprascriptum damus uobis in tali uero pactu, ut per unumquemque annum detis nobis[8] unum arietem qui ualeat bene II solidos, et I pernam de II solidos similiter, et II sestarios farina tritici barutelada, et II sestarios uino obtimo, et II gallinas, et I sestarium ordei, et I auena. Et de hoc totum suprascriptum non possitis diuidere inter filios et filias, set unum eligatis qui teneat et possideat quamdiu uixerit, et sic uadat unus post unum omni tempore ad seruicium tamen et ad fidelitatem ecclesie sancti Petri et nostri et successorum nostrorum; et non eligatis inde alium seniorem nec patronem uos nec uestris nisi ecclesie sancti Petri et nobis et successoribus nostris.

Actum est hoc nonis madii anno ab incarnacione Domni M° C° LXX°VI°.

Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Guillelmi, prioris. Sign+um Petri, priori Castellionis. Sign+um Arnalli, sacriste. Sign+um Arnalli,[9] capellani de Lorda et de Couezed. Sign+um Magister Helies. Sign+um Bernardi de Castre. Sign+um Poncii de Balager. Nos, qui hanc cartam donacionis firmamus et iussimus scribere.

Et ueniant comedere cum isto seruicio prescripto III homines.[10]

Bernardus, leuita, rogatus scripsit cum literis suprapositis in linea XX^a^II^a^[11] sub die et anno quo + supra.

1. Ager *A*. 2. de *manca a A'*. 3. Afrontat *A'*. 4. Verbel *A'*. 5. G. *A'*. 6. Roma *A'*. 7. Menuzades *A'*. 8. nobis *escrit a sobre a A. A això al·ludeix el rogatari a la subscripció*. 9. Arnalli *afegit a la interlínia a A'. A això al·ludeix el rogatari a la subscripció*. 10. *Aquesta frase, totalment incomprensible fora d'un context, apareix al mateix lloc a A i A'*. 11. XX° V° *A'*.

490

[1176], maig

Ramon, abat de l'església de Sant Pere d'Àger, i Ramon Isarn donen a Ramon, fill de Ramon Bernat, la capellania de l'església d'Entença.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 695, Car. 1111.
B. *Resumen*, doc. 341.

FUNDACIÓ NOGUERA

Vt ita ualeat donacio. Donacio quippe qui per uoluntatem fuerit facta, talem qualem abeat roborem.[1] Igitur in Dei nomine. Ego, Ramon, abas de Ager, donator sum a tibi, Ramon, filio de Ramon Bernard. Nobilisimis domna[2] Guillelma et filio meo, Berengario, e Ramon[1] Isarn et totos omines d Entenza maiores et minores donamus a tibi, Ramon,[2] illa eclesia d Entenza sancti Iacobi cum suis pertinenciis. Ramon Isarn siat senior tantum quantum uixerat per bene e non per mal, abeat uictum et uestitum ad onore secundum quod potenciam abet in illa casa; et ille Ramon seruiat cum senior a Ramon[1] Isarn de bona uoluntate.[3] Et similiter siat senior Ramon,[1] filio de Ramon[1] Bernard, de totum quantum pertinet ad illa eclesia de sancti Iacobi; et post obitum de Ramon[1] Isarn ille Ramon[1] siat senior de illa eclesia sancti Iacobi.

Et sunt testes de hoc scripto Ramon[1] de Castellon s+gnum. Ramon de Laperto[4] s+gnum.

Facta ista carta in mense madii.

S+gnum Ramon[1] Isarn. S+gnum Abas de Ager. S+gnum Berengario d Entenza. S+gnum Domna Guillelma, qui hanc[5] carta mandauit scribere et testes firmare.

Martinus, sacer, rogatus scripsit fecique hoc +.

1. rr-. 2. domnna. 3. lu *escrit a sobre.* 4. Ramon de Laperto *escrit sobre un altre text esborrat.* 5. anch.

491

1176, maig, 25

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, juntament amb el Capítol de la mateixa església, cedeix a Ramon [fill de Ramon Bernat] l'usdefruit de les esglésies d'Entença en subinfeudació respecte a Ramon Isarn, i després de la mort d'aquest, a A. Escrivant. D'altra banda, tots els clergues d'Entença seran homes de Ramon [fill de Ramon Bernat] i respectaran la fidelitat que deuen a l'església d'Àger.

B. ACL, doc. no consta, Car. 150, doc. 2, f. 1v. Còpia coetània.
C. *Resumen*, doc. 320.

Pateat omnibus hominibus hanc scripturam legentibus uel audientius quod ego, R[aimundus], Aggerensis ecclesie abbas, cum conuentu eisdem loci donamus tibi, R[aimundo], ipsas ecclesias que sunt uel erunt in terminibus de Entenza cum omnibus suis pertinentiis que pertinent ad eas omnibus diebus uite tue, et abeas

stabilimentum in omni familia de ipsa domo. Et clericis qui ibidem sunt non auferas eis conuiuium in ipsa domo nec ipsum feuum quod ibi abent et tenent, et sint homines manibus propriis de R[aimundo], ut credere et fidare possit in eis. Et abeas et teneas ipsas ecclesias per R[aimundum] Isarni, et seruias ei per fidem sine omni malo ingenio, sicut homo debet seruire ad domnum et ad patrem suum, in omni uita sua secundum possessionem domui et sit domnus pro bene. Et retinemus ibi ad opus A. Escriuan propter uestitum ipsam mansionem Martini, fratri sui, et mansionem Vitale et A. Guadamir cum omnibus pertinentiis que pertinent ad ipsam ecclesiam, exceptis oblacionibus et defunccionibus omnibus que inde exierint, que sint de ipsa domo. Et, quando A. Ecriuan uoluerit ibi stare, abeat conuiuium honorifice in ipsa domo. Et ego, Raimundus, sum homo de te, A. Escriuan, ut possis in me credere et fidare, sicut homo in homine suo, de omnibus rebus per fidem sine omni malo ingenio. Et, post obitum de R[aimundo] Isarni, abeat Raimundus ipsam eclesiam per A. Escriuan sicut modo abet per R[aimundum] Isarni, saluo nostro iure. Ita uidelicet damus tibi, R[aimundo], prescriptum honorem, ut abeas et teneas illum in omni uita tua ad seruicium tamen[1] et ad fidelitatem ecclesie sancti Petri et nostri et successorum nostrorum. Et ego, Raimundus abbas, comendo tibi, R[aimundo], clericis prescriptis de Entenza, ut sint homines tui, salua fidelitate Aggerensi ecclesie et nostra et successorum nostrorum.

Actum est hoc VIII kalendas iunii anno ab incarnacione Domni M°C°LXX°VI°.

Sign+um Raimundi, abbatis, qui hanc cartam donacionis mandaui scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Guillelmi, prioris. Sign+um Petri, priori Castellionis. Sign+um Arnalli, sacriste. Sign+um Arnalli, capellani de Lorda et de Couezed. Sign+um Magister Helies. Sign+um Bernardi de Castre. Sign+um Ponci de Balager. Sign+um Raimundi Berengari, abbati de Falcs.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *Es tracta d'una paraula obliterada? La seva lectura no és fàcil, l'única cosa apreciable és la* t *inicial i el signe d'abreviació final.*

FUNDACIÓ NOGUERA

492

1176, octubre, 23

Ramon, abat, amb el Capítol de Sant Pere d'Àger donen al cenobi de Sant Pere de Roda [d'Isàvena] i a Arnau, prepòsit de Pallars, l'oratori situat a Ivars Vetus *amb les primícies de les seves terres; i, en el cas que el centre arribi a tenir abat, l'abat de Sant Pere d'Ager serà anualment hoste amb tres cavalleries i la servitud corresponent; igualment rebrà la tercera part de les almoines i cera que es reculli per la festivitat de Sant Pere; finalment Arnau dóna a l'abat de Sant Pere cinc morabatins en senyal de reconeixement i acceptació.*

A. APA Car. 338.
B. *Resumen*, doc. 319.

[Sciant] presentes et posteri quam ego, Raimundus, Dei gratia, Aggerensis ecclesie abbas, cum consilio et uoluntate tocius nostri capituli donamus et concedimus monasterio sancti Petri de Rodis et Berengario, abbati eiusdem monasterii et omnibus successoribus eius et monacchis presentibus atque futuris et tibi, Arnallo [de] Villa Teni, Paliarens preposito, qui, Domni humiliando et suplicando, adquisiturus fuisti oratorium illud sancti Petri qui est in podio de Yuarco Vetulo cum omnibus beneficiis et diuitiis, [tam] de uiuis quam de mortuis, quam ad illum oratorium, Deo donante, peruenerint uel adescunt saluis omnibus directis nostrarum ecclesiarum. Et in super damus omnes primitias [si]ue laboraciones que facta fuerint in illo loco. Sub tali conuenientia donamus hoc oratorium Deo et sancto Petro de Rodis quod, cum creuerit facultas eiusdem oratorii qui sustinere potuerit, abeat abbas Aggerensis ecclesie annuatim ibi ospitium pro recognicione cum tribus equitantibus et suis familis; et ad festum sancti Petri de [.....] tertiam partem denariorum et candelarum que ibi aduenerent. Et pro hac donacione et adquisicione, ut firma et stabile maneat omni tempore, accipimus de te Arnallo de Villa Tenim, Paliarensi proposito, V^e^ morabetinos bonos et lopinos. Si quis, laicalis uel clericalis persona aliquid uobis infringere uoluerit, non ualeat facere, sed, sola presumpcione, in duplo componat cum melioracione et cum Iuda, Sc[ariote?] in infernalibus claustris condempnatur. Nos autem in quantum possumus uel potuerimus simus defensores omnium malorum et eo adiutores illius loci [o]mnibus bonis, et uos abeatis et teneatis illud oratorium ad seruicium et ad fidelitatem abbatis Aggerensis ecclesie omniumque successorum suorum in perpetuum,

salua tamen rertientia? monasterii sancti Petri de Rodes, et in illo loco, scientes nostros, non recipiatis excomunicatos.

Actum est hoc Xº kal. nouembris anno ab incarnacione Domini Mº.Cº.LXXº.VIº.

Sign+um Raimundi, abbatis, qui hanc cartam iussi scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Guillelmi, prioris. Sign+um Arnalli, sacriste. Sign+num Petri, prioris Castellionis. Sign+um Arnalli, capellani de Lordam et de Couezed. Sign+um Bernardi de Castrem. Sign+um Poncii de Bala[gar]ii. Sign+um Bernardi, miles de Sancta Lezinia. Sign+um Raimundi, iudicis. Sign+um Arnalli, filii Arnalli Carriga. [.....]. Isti sunt testes huius rei uisores et auditores.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

493

1176, novembre, 20

Arnau de Castellnou fa una donació post mortem *a Sant Pere d'Àger.*

A. APA, Car. 43.
B. *Resumen*, doc. 321.[a]

Sub Trinitatis nomine sacro et eius gratia. Ego, Arnallus de Castelnou, iaceo in magna egritudine, plena memoria, uolo et mando quod, si mors mihi euenerit qualicumque tempore, dimitto domno Deo et ecclesie sancti Petri Aggeris in manu Bernardi, prepositi Aggerensi, et Bernardi, capellani qui est sub manu Petri Andree, capellani. Dimitto, dono atque trado domino Deo et ecclesie sancti Petri Aggeris seruicium unum quod habeo in Iozpert per ipsum mansum quod per me tenet. Adfrontat ab oriente Dulcia de Sanauga, de altera B. de Vall, de tertia Sanca de Fluuia, de IIII uia. Et est illud seruicium par gallini et II fogacas.

Actum est hoc XII kalendas decembris anno ab incarnacione Domni MºCºLXXº VI.

Sign+um Arnalli Castelli Noui, qui hoc dono et firmo et testibus firmare iubeo. Sign+um Bernardi, presbiteri. Sign+um Poncii de illa Porta. Sign+um Iozperti.

a. Compendi *i* Resumen *confonen Iozpert amb Os [de Balaguer].*

FUNDACIÓ NOGUERA

494

1176, desembre, 17

Urraca i el seu fill, Pere Arnau, donen a Sant Pere d'Àger una vinya a Règola sub modo *que els tributin unes concretes honres fúnebres.*

A? B?[a] ACL, fons d'Àger, doc. 68, Car. 1932.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Pateat omnibus hominibus hanc scripturam legentibus uel audientibus quod ego, Orracha, et filio meo, Pere Arnall, damus et reddimus domno Deo et ecclesie sancti Petri in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum ipsam uineam quam nos abemus ad cumbas de Regula, totam ab integrum cum omnibus oliuariis que ibidem sunt. Aduenit nobis per plantacionem. Affrontat ipsa uinea ab oriente in uinea Arnall Ponz et Iohan de Bona Filia, de meridie et occidente in terra de Iust, ab aquilone in uinea de Poccolul de Regula. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic damus et reddimus prescriptam uineam domno Deo et ecclesie sancti Petri et Raimundo, abbati, per secula cuncta. Et de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate ad facere uestram uoluntatem. Hoc autem facimus pro anima Arnalli Guillelmi, quem recipistis et sepelistis in cimiterio sancti Petri, et pro animas nostras. Et, quando minus uenerit de me, Orracha, et de Pere Arnall, recipiatis nobis et sepeliatis honorifice in cimiterio sancti Petri, et scribatis in capitulario, et faciatis aniuersarium per unumquemque annum. Et dimitimus ibi nostros lectos et II receptos et hoc quod Deus miserit in corde nostro ad obitum nostrum.

Actum est hoc X° VI° kalendas ianuarii anno ab incarnacione Domni M°C°LXX° VI°.

Sign+um Orracha. Sign+um Petri Arnalli. Nos, qui hanc cartam iussimus scribere et testes firmare rogauimus.

a. *Caresmar afirma que es tracta d'una còpia simple, encara que el seu únic criteri és la manca de rogatari.*

495

1176, desembre, 29

Arnau, capellà de Sant Sadurní de Llordà, juntament amb el Capítol de la mateixa església, cedeix en cens a Pere Segon i a la seva dona, Ramona, un caputmansum *a Montmagastre.*

FUNDACIÓ RUBIRALTA

B. ACL, fons d'Àger, doc. 616, Car. 383. ¿Còpia coetània?
C. *Resumen*, doc. 322.

Sciant omnes qui hanc scripturam audituri sunt uel lecturi quod Arnallus, capelano de Lordano, in conuentu illius loci donant ad Petrum Secundum et ad uxor sua, Ramona,[1] ipsum capudmansum quod abent in kastro de Momagastre cum omni alaude quod ibi abent, ut abeat ille et omnia sua posterita per secula cuncta et ad seruicium sancti Saturnini. Et qui[2] habitant ibi[3] et ille Petrus Secundus faciat ad ecclesiam sancti Saturnini per unumquemque annum libram I de ceram et cui ipse dubitauerit[4] ipsum honore; et ipsi non eligant alium seniorem nisi clerici ipsius loci.

Actum est hoc IIII kalendas ianuarii anno ab incarnacione Christi MºCºLXXº VIº.

Sig+num Arnalli, capellani. Sig+num Mir de Flix. Sig+num Berengarius. Sig+num Pere Poc. Sig+num Guillelmus de Comela. Sig+num Bernard de Cesal. Sig+num Arnall de Cesal. Sig+num Pere de Castelo. Qui hanc cartam mandauer[unt][5] scribere et ad testes firmare fecerunt. Sig+num Pere, prior de Momagastre. Sig+num Mariscot. Sig+num Bernard de Iagores. Nos sumus testes uisores et auditores. Arnallus.

Arnallus, scriptore, rogatus scripsi sub die et anno quo + supra per sugesione Arnallus capellano.

1. et uxor sua, Ramona *afegit a la interlínia.* 2. qui *íd.* 3. *Davant hi ha una lletra obliterada.* 4. *Hi ha dues lletres obliterades enmig de la paraula.* 5. *El marge inferior està retallat.*

496

1177, febrer, 12

Bernat Benedet amb la seva esposa, Maria i el seu germà Pocollul igualment amb la seva muller Alez, Ximeno i la seva dona Maria, venen a Guillem de Cornudella i a la seva dona, Maria, una vinya a Àger pel preu de cinquanta-tres sous.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1962, Car. 1962.
B. Cartulari, doc. 132, f. 71v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Dei nomine. Ego, Bernad Benedet, et uxor mea, Maria, et Poculul, frater meus, et uxor sua, Alez, et Exemeno, et uxor sua, Maria. Per hanc scriptura uindicionis nostre uindimus uobis

emptoribus nostris, Guillelm de Cornudella et uxor tua, Maria, una uinea cum oliuariis et cum arboribus qui ibidem sunt in termino de Ager, uocitato loco a Riu de Splucha. Et affrontat de orient in terra de Caprida, de meridie in uia, de occident in uinea de Arguilo, de aquilone in stirpe. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus uobis ista uinea suprascripta cum arboribus et cum exiis et regresiis et suis pertinenciis ad uestram uoluntatem facere per secula cuncta propter precio placibile, que de uos recepimus, L et III solidos in diners. Et est manifestum. Quod, si nos, uenditores, aut ullus homo uel femina, qui ista carta uindicionis inquietare uoluerit, non hoc ualeat uindicare, set in duplo componat et firma prmaneat omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta carta IIe idus freboari anno ab incarnacione Domni M^o^C^o^LXX^o^VI^o^.

Sign+um Ego, Bernad Benedet. Sign+um Vxor mea, Maria. Sign+um Pocullul. Sign+um Vxor sua, Alez. Sign+um Exemeno. Sign+um Vxor sua, Maria. Nos, qui ista carta uindicionis iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Bernad. Sign+um Dolza. Filiis Bernad Benedet, qui hoc laudamus et firmamus. Sign+um Arnall Fertung et fide de saluetat contra cunctos homines uel feminas. Sign+um Pere de Verbell. Sign+um Pere Argillo.

497

1177, febrer, 28

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, i Pere de Sant Just signen un acord sobre totes les seves diferències pendents.

A? APA, Car. 325.[a]
B. BC, perg. 4204, Car. 2094. Còpia lleugerament posterior.
D. *Resumen*, doc. 317.

Pateat omnibus hanc scripturam legentibus uel audientibus qualiter ego, domnus[1] Raimundus abbas, et Petrus sancti Iusti uenimus ad finem et bonam concordiam de omnibus querimonis quas abuimus inter nos in manu Arnalli de Anglerola, et Petri de Clusa, et Arnallo Bellomontis, et aliorum bonorum hominum per secula cuncta. Tali uidelicet racione, ut Petrus sancti Iusti laudat et concedit omne donum quod ipse et pater suus dederat aecclesiae[2] sancti Petri et sicut scriptum est in scripturis suis quas ipse

ostendit[3] in placito quod abuerit in manu Arnalli de Anglerola. Et ipse abbas et aecclesia sancti Petri faciat ipsum seruicium quod promiserunt in supradictis scripturis. Et iterum laudauerunt de ipsis hominibus[4] sancti Petri, scilicet de Guillelmo de Colobor et de Arnal Alegre, ut ipsas fidancas quas Petrus sancti Iusti acceperat[5] in ipsis hominibus suprascriptis amplius non accipiat[5] neque requirat, et ipsa precaria[6] amplius non requirat neque accipiat.[5] Et, si Petrus sancti Iusti abuerit querimoniam de ipsis hominibus, per se ipsum ostendit[3] domno abbati sancti Petri et ipse[7] abbas faciat ei directum, et Petrus sancti Iusti non distringat ipsis hominibus de fidanca. Et, si aliquis habuerit[8] querimoniam de eis, firment directum in manu Petri[9] sancti Iusti. Et, si aliquid exierit de ipsis placitis, propter iusticiam abeat[10] domnus abbas et aecclesia[11] sancti Petri ipsam partem quam Petrus sancti Iusti abere debet. Et ipse Petrus sancti Iusti laudat et confirmat atque difinit hoc totum suprascriptum per secula cuncta pro anima sua et patris et matris sue et parentum suorum.

Facta ista carta II kalendas marcii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºVIº.

Sig+num Raimundus, abbas. Sig+num Petrus sancti Iusti. Qui ista carta mandauimus scribere[12] et ad testes firmare iussimus. Sig+num Arnalli de Anglerola. Sig+num Petri de Clusa. Sig+num Arnallo Bellomontis. Sig+num Petri, capellani. Sig+num Raimundi de Clusa. Isti sunt testes uisores et auditores. Sig+num Petri de Clusa, gener Petri sancti Iusti.

Raimundus, lector, scripsit pro iussione Petri sancti Iusti, capellani, sub die et anno quo su+pra.

a. *Dels dos exemplars que ens han arribat d'aquest document és difícil establir-ne la relació. El tipus de lletra i l'ortografia ens fan considerar al que assenyalem com a A l'original o, almenys, anterior a l'altre exemplar. La lletra a la subscripció és totalment diferent en ambdós i un no ha pretès imitar la subscripció de l'altre. Hi ha una altra dificultat afegida: és l'únic document de tota la col·lecció amb aquest rogatari.*

1. dompnus *B.* 2. aecclesiae *B.* 3. hostendit *B.* 4. ominibus *A.* 5. haccep... *B.* 6. pregaria *A.* 7. *Darrere hi ha una* a *obliterada.* 8. abuerit *A.* 9. Petrus *B.* 10. abbeat *A.* 11. ecclesia *B.* 12. scripere *A.*

498

1177, març, 20

Berenguer de Montllor, juntament amb la seva esposa, Dulcis, i el fill d'ambdós, Arnau, donen a Sant Pere d'Àger tot l'honor que tenen

FUNDACIÓ

a Àger. Per la seva part, Berenguer professa sota les regles de Sant Agustí i és rebut a la mateixa església amb caràcter vitalici com un dels canonges.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 879, Car. 2087.
B. Cartulari, doc. 136, f. 72v-73r.
C. *Resumen*, doc. 323.

Pateat omnibus hominibus hanc scripturam legentibus uel audientibus quod ego, Berengarius de Montlor, cum uxore mea, Dulcia, et filio meo, Arnall, donatores sumus domno Deo et ecclesie sancti Petri in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum. In primis trado me ipsum ad regulam beati Augustini cum omni honore quod habemus in Agger et in suis terminis uel habere debemus. Id sunt terris, uineis, ortis, ortalibus, casas, casalibus, linars et canamars, cultum uel heremum, cum arboribus pomiferis et impomiferis. Adhuc uero damus omnes nostros directos de illa quadra de Cogul, quod ibi abemus uel abere debemus, sicuti resonat in testamento auii[1] mei et sicuti auus meus dimisit patri meo. Hoc totum suprascriptum damus domno Deo et ecclesie sancti Petri Aggeris in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum; et de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate cum exiis et regressiis suis et pertinentiis cunctis ab omni integritate ad proprium alodium et ad facere uestram uoluntatem per secula cuncta. Et ego, Raimundus abbas, cum conuentu sancti Petri propter hoc donum suprascriptum recipimus tibi, Berengario, in uita tua et in morte in domo sancti Petri sicuti nosmet ipsos, et abeas ibi uictum et uestitum honorifice in omni uita tua sicuti unum ex cannonicis.

Actum est hoc X° III° kalendas aprili anno a incarnacione Domni M°C°LXX°VII°.

Sign+um Berengari de Montlor. Sign+um Dulcie. Sign+um Arnalli. Nos, qui hanc donacionis mandauimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Petri Poccolul. Sign+um Raimundi Exabelli. Sign+um Raimundi Stephani. Isti sunt testes uisores et auditores. Sign+um Bonet, presbiter de Amindula.

[Ber]nardus,[2] leuita, scripsit sub die et anno quo + supra.[3]

1. *Hi ha un signe d'abreviació innecessari.* 2. *El pergamí està rosegat al marge inferior dret.* 3. -ra *escrit a sobre.*

FUNDACIÓ NOGUERA

499

1177, maig, 14

Bernat Berenguer dóna a Sant Pere d'Àger la meitat de sis oliveres situades a Llordà.

A. ACL, fons d'Ager, doc. 517, Car. 1683.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Bernardus Berengarii, dono domno Deo et ecclesie sancti Petri Aggeris medietatem ex VI oliuariis quos habeo in ipso solan de Lordam, ex melioribus qui ibidem sunt. Adfrontant a parte orientis in torrente, de meridie et aquilone in me, donatore, ab occidente in alodio de Maria de illa Serra. Quantum inter istas adfrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic dono medietatem ex ipsis VI oliuariss ex melioribus qui ibidem sunt. Hoc autem facio pro anima patris et matris maeae et pro anima mulieri mee, Guinedel, et pro anima mea, ut Deus dimitat eis et mihi omnia peccata nostra, et ut ipse dignetur nobis hereditare et collocare in celestia regna. Et de meo iure in uestro trado dominio et potestate.

Actum est hoc II idus madii anno MºCºLXXºVIIº.

Sign+um Bernardi Berengarii, qui hanc cartam iussi scribere et testibus firmare mandaui. Sign+um Poncii de Castellione. Sign+um Petri de Castellione. Sign+um Arnalli, filius eius.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

500

1177, agost, 17

Pere de Sant Just dóna a Sant Pere d'Àger la meitat d'una vinya a Canarilles, una condamina a Ores, un caputmansum *i un celler situat a Castelló. A més, dóna a la mateixa església tres terres a Quanser si la seva filla Sibília mori sense descendència legítima.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1025, Car. 806.
B. *Resumen*, doc. 326.

In Christi nomine. Ego, Petrus sancti Iusti, domno Deo et aecclesiae beati Petri Aggerenssi dono medietatem de ipsa uinea que ego abeo ad Canarilles; et alia medietas uinaeae remaneat filie

FUNDACIÓ NOGUERA

mee, Sebilia. Et, si minus uenerit de Sibilia sine[1] infante legitimi coniugii, remaneat ipsa uinea tota ab integrum Aggerenssi aecclesiae beati Petri. Et abet affrontationes prescripta uinea: de una parte in uinea Petri Fuliole, de II parte in uia qui pergit ad Algerre, de III in uia que uadit ad Bennes, de quarta uero parte in sorte de Arnallo Conches. Adhuc dono beati Petri Aggerenssi ecclesie unam connaminam ad Ores. Et afrontat prescripta connamina in alaudio sancti Petri, de II parte in alaude Bernardi Arnalli Macharre, de III parte in Arnallo Soleua, de IIII uero parte in dominico Arnali Angularie et Petri Guasch. Et iterum dono ecclesie sancti Petri ipsum capudmansum de Bernardo Renouer, totum ab integrum, sicuti abeo uel abere debeo. Et ipsum cellarium qui est ad Forn intus uillam Castellionis. Et affrontat ex una parte in domibus Bernardi Renouer, de II in domibus de Ademar, de III in uiam, de IIII uero parte in Petri Arnalli Gannida. Et rurssus, si minus uenerit de Sibilia sine infante legitimi coniugii, dono eidem ecclesie tres pecias de terra ad Quar Quansser. Quantum inter istas afrontationes includunt, sic dono eclesie sancti Petri ut superius scriptum est; et de meo iure in ecclesiastico eiusdem ecclesie iure trado cum exiis et regressis in perpetuum.

Actum est hoc XVI kalendas setembris anno dominice incarnationis M.C.LXXVII.

Sig+num Petri sancti Iusti, qui hanc cartam fecit scribere testibusque firmare rogauit. Sig+num Raimundi, abbatis. Sig+num Petri, prioris Castellionis. Sig+num Poncii de Balagario. Sig+num Raimundi de Rubione. Testes sunt isti.

Petrus, presbiter de Monte Ceniso, rogatus scripssit sub die et anno quo su+pra.

1. ne *afegit a la interlínia.*

501

1177, agost, 17

Pere de Sant Just dóna a Sant Pere d'Àger diverses quantitats de cereals, alguns béns semovents i mobles sub modo *que tant a ell com a la seva filla els concedeixin aliments.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 739, Car. 2086.
B. *Resumen*, doc. 325.

FUNDACIÓ NOGUERA

Pateat omnibus hominibus quod ego, Petrus sancti Iusti, dono Deo et aecclesiae sancti Petri Aggerenssi XIII kaphizs de frumento et V ordei et X auene et unam mulam et unum rocinum et unum lectum, uidelicet unam marfegam de palea et alia de plumba, et II guadengas, et unum estral, et II linteos, et unum plumaz, et omnes alios pannos. Comendo ego, Petrus, uobis, Raimundo abbati, in tali conuenientia[1] quod, quando filia mea, Sebilia, erit talis ut posset retinere ospicium, ut donetis ei et, si illa stante in ista paruitate obierit, remaneant domui sancti Petri. In super dono eidem loco duos porchos. Et ego, Raimundus abbas, cum omni conuentu sancti Petri conuenimus tibi, P[etro] sancti Iusti, ut nos teneamus te de uictu et uestitu honorifice secundum posse domus, et teneamus tibi aliquam seruientem qui tibi bene seruiat et equitaturam tuam et, si ista obierit, ut nos demus tibi aliam. Et hoc facimus tibi in uita tua. Adhuc, si minus uenerit de Petro de la Clusa, ut nos teneamus filiam tuam cum honore tamen suo donec abeat alium maritum.

Actum est hoc XVI kalendas setembris anno dominice incarnationis M°C°LXX° VII°.

Sig+num Petri sancti Iusti, qui hoc firmat. Sig+num Raimundi, abbatis. Sig+num Petri, priori Castellionis. Sig+num Poncii Balagarii. Sig+num Raimundi Rubioni. Testes sunt.

Petrus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

Amito Amita.[2]

1. La segona i *escrit a sobre.* 2. *Escrit a la part inferior del document amb una lletra molt més petita i, pel que sembla, pel mateix rogatari.*

502

1177, agost, 24

Pere de Sant Just dóna a Sant Pere d'Àger el caputmansum *de Martí ubicat a Colobor. Igualment, fa altres donacions a la mateixa església, condicionades, aquestes últimes, a la no-supervivència de fills legítims de la seva filla Sibília.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 463, Car. 1756.
B. *Resumen*, doc. 327.

In nomine Domni. Sit notum cunctis hominibus audientibus uel legentibus, quam ego, Petrus sancti Iusti, donator sum domno

Deo et sancto Petro Aggerenssis in manu Raimundi et aliorum cannonicorum ipsum capudmansum de Martinus de Colobor et cognato suo Petro cum omnibus sibi pertinenciis, sicuti abeo et abere debeo, cum seruiciis et usaticis et censis, que michi facere debent et faciunt, ad proprium alaudium absque ulla reseruatione. Adhuc et, si minus uenerit de filia mea Sebilia sine infante de legitimo coniugio, dono ad sancto Petro totum ipsum alaudium, regum et sechanum, et ipsos homines que illam dedi. Id sunt Wilelmus Redel, et Petro Faidela, et Mironi Barbeta, et Deus Loras. In istos quatuor homines abeat sancto Petro ipsa medietate cum omnibus sibi pertinenciis et abeat ipsa medietate de ipso molendino de ipsa Mora; et[1] totum ipsum alaudium quod dedi ad filia me prescripta in Castellione et in suis terminis, et cum totum quantum abet[2] ad Quart Guanser, eremum et condirectum, et cum meos directos de orta que est iuxta terminum Blancafort, et cum totos meos directos de Colobor. Tota hec omnia prescripta, si minus uenerit de filia mea Sebilia sine infante de legitimo coniugio, dono domno Deo et sancto Petro absque ulla reseruatione ad suum proprium alaudium in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum Aggerenssis aecclesiae.

Actum est hoc VIIII kalendas setembris nno dominice incarnationis MºCº LXXVII.

Sig+num Petri sancti Iusti, qui hanc cartam rogauit scribere et testibus firmare iussit. Sig+num Petri, priori Castellioni. Sig+num Arnallus Bellomonte. Sig+num Arnalli de Cas, sacricustos.

Et ipsa medietate de meo dominico de Iuarç, si minus uenerit de mea filia Sebilia, dono domno Deo et sancto Petro sicut dedi illa.

Petrus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo su+pra.

1. et *afegit a la interlínia.* 2. abet *íd.*

503

1177, octubre, 17

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, cedeix en cens a Arnau Bernat i a la seva dona, Maria, una parcel·la de terra a Balaguer.

A'. APA, Car. 918. Quiròg raf partit per A B C D E F.

FUNDACIÓ NOGUERA

B. *Resumen*, doc. 328.

Pateat omnibus hominibus hanc scripturam legentibus uel audientibus quatinus ego, Raimundus gratia Dei Aggerensis abbas, cum omni conuentu eiusdem loci damus tibi, Arnallo Bernardi, et uxori tue, Marie, unam sortem de alaudio in termino Balagarii in ipsa orta. De una parte in Arnalli Iohanni, de alia in Raimundi de Turre Rubea, de III parte in Raimundi de Monte Ceniso, de IIII uero in esponal affrontaciones sunt. Tali uero modo, ut detis nobis tu, Arnallus Bernardi, et uxor tua, Maria, modo ad presens C solidos et deincebs annuatim censum pernam unam ualente IIII^{or} solidos et IIII^{or} fogaces pane de duobus almuds farina frumenti, et unam migeram uini, et fanecha unam, medietatem ordei et medietatem auene. Vos et uestri ad uestrum proprium alaudium, facto censu, abeatis prescriptam sortem omnique tempore, et non eligatis inde alium seniorem nisi nos et successores nostri; et hoc abeatis ad seruicium tamen et ad fidelitatem nostri uel successorum nostrorum. Et uos et quisquis hanc sortem habuerit inter infantes diuidere non possit, set ad unum dimittat totum. Et, si uolebatis uos uel uestri uendere aut impignorare iamdictam sortem, faciatis nobis scire ante XX dierum; et, si nos uel successores nostri emere eam nolebamus uel accipere in pignora, uos uenderetis eam aut impignoraretis ad unum ex uestris consimilibus hominibus, qui eam abeat et teneat sicut superius scribtum est.

Actum est hoc X^{o} VI° kalendas nouembris anno ab incarnacione Domni M^{o}C^{o} LXX°VII°.

Sign+um Raimundi, abbatis, qui hanc cartam iussi scribere et testes firmare precepi. Sign+um Guillelmi, prioris. Sign+um Arnalli, sacriste. Sign+um Petri, prioris Castellionis. Sign+um Arnalli. Sign+um Poncii Balagarii. Sign+um Petri de Gallinarii. Sign+um Arnalli, capellani de Lorda. Sign+um Raimundi de Rubione. Sign+um Raimundi de Iuarz. Sign+um Raimundi. Sign+um Bernardi de Trogon. Sign+um Raimundi de Colobor. Isti sunt testes.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

504

1177, desembre, 4

Pere de Campterres s'entrega amb cos i ànima a Sant Pere d'Àger sota la regla de Sant Agustí amb tots els seus béns presents i futurs. Com

FUNDACIÓ RAMON BERENGUER IV

a contraprestació rep d'aquesta canònica l'església de la Suda de Balaguer, els drets sobre la tercera part de totes les esglésies de Balaguer i la totalitat dels alous que Sant Pere d'Àger té a Balaguer.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 141, Car. 1002. Quiròg raf partit per A B C D E F.
A'. APA, Car. 957.
B. *Resumen*, doc. 329.

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus quod ego, Petrus de Campterres, dono et trado me in cannonicum domno Deo et ecclesie sancti Petri de Agger[1] et tibi, Raimundo abbati de Agger, cum omni honore et auere, quo modo abeo uel in futurum quibuscumque modis adquirere potero, scilicet quasdam domos quas habeo aput Balagarium in Almacta, et XIII aureos, quos credidi cuidam meo nepoti sub pignoribus aput Momagastre, et C. XL. solidos, quos collocaui in pignoribus in turre de Couezed, et nouem cafizos[2] frumenti quos mihi abstulit Raimundus de Anglerola. Preterea promitto tibi, Raimundo, abbati Aggerensi, in uirtute obedientie, quod sim tuus solidus et successorum tuorum in perpetuum. Et de omnibus meis rebus, quas modo habeo[3] uel in futurum habebo,[4] seruiam tibi et ecclesie Aggerensi per bonam fidem secundum meum posse et tuum mandatum. Et ego, Raimundus abbas Aggerensis, cum consilio et uoluntate cannonicorum ecclesie Aggerensis dono tibi, Petro de Campterres, ecclesiam Zude de Balaguer et terciam partem omnium ecclesiarum castri de Balaguer, sine retencione capellanie, cum omni suo iure et uniuersis suis pertinentiis et totum alaudium[5] quod apud Balagarium uel in suo termino modo habemus[6] uel in futurum, Deo annuente, quocumque modo adquirere poterimus, ut tu omnia predicta habeas omni tempore uite tue, gubernes et disponas ad seruicium Dei et nostrum et successorum nostrorum secundum posse tuum et nostrum mandatum; et teneas in eadem ecclesia Petrum Exabel, cui in ipsa ecclesia uictum et uestitum iam asignauimus; et de ecclesia nostra uel honore nostro non aliumde cum consilio nostro accipias clericos quot tibi necessarii fuerint ad seruicium ecclesiarum Balagarii.

Actum est hoc II nonas decembris anno ab incarnacione Domni M°C°LXX°VII°.

Sign+um Raimundi, abbatis, qui hanc cartam iussi scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Arnalli, prioris. Sign+um Guillelmi Romani. Sign+um Arnalli, sacriste. Sign+um Petri, prioris de Castellione. Sign+um Bernardi, prioris de Montmagastre. Sign+um Poncii de Balaguer, camararii. Sign+um Arnalli, capellani de Lorda

et de Couezed. Sign+um Raimundi. Sign+um Raimundi de Rubione. Sign+um Iohanni, capellani ecclesie sancte Marie Magdalene Ylerdensi. Sign+um Raimundi de Iuarz. Sign+um Bernardi de Castre.

Bernardus, diachonus, rogatus scripsit sub die et anno quo supra et hoc signum + fecit.

1. Ager *A*. 2. cafizs *A'*. 3. abeo *A'*. 4. abebo *A*. 5. aladium *A*. 6. abemus *A'*.

505

1177, desembre, 20

Ramon de Llimiana i el seu germà Bernat donen a Bernat i a la seva dona, Saurina, la meitat de l'honor que tenen a Llimiana i li cedeixen l'altra meitat a precari.

A. APA, Car. 330.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In nomine Domni. Notum sit omnibus hominibus quod ego, Raimundus de Limigana, et fratri meo, Bernardus, per nos et per nostros donamus tibi, Bernardus, cognatus noster, et uxori tue, Saurina, et proienie uestre medietatem de honorem quam nos habemus uel habere debemus in castro de Limigana uel in suis terminis. Sic donamus et concedimus uobis et uestris, ut habeatis et possideatis liberam et ingenuam cum ingressibus et regressibus et cum suis melioracionibus ad uestram uoluntatem facere iam dictam medietatem de honorem quam habemus in Limigana, sic donamus uobis et uestris sine engann. Et aliam medietatem teneatis per nos, donatores, et laboretis bene secundum uestrum possim usque nos, uel cui nos uoluerimus recuperare aliam medietatem honorem. Actum est hoc.

Facta ista carta X°III° kalendas ianuarii anno dominice incarnacionis M°C°LXX° VII°.

Sign+um Raimundi de Limigana. Sig+num Bernardi. Qui hanc cartam donacionis rogauimus scribere et firmamus et testes firmare rogamus. Sign+um Arnaldi de Solsona. Sign+um Petri de Solsona. Isti sunt testes. Sig+num Bernardi de Maxag, qui hoc laudo et firmo.

Bonetus de Montaniana, qui hoc scripsit et hoc signum + fecit die et anno quo supra.

FUNDACIÓ NOGUERA

506

1178, gener, 2

Arnau constitueix el dot a favor de la seva promesa Marquesa. Consta d'una terra, una vinya, un llinar i una casa.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 132, Car. 1922.
B. *Resumen,* doc. no consta.

In Christi nomine. Hic est libellum dotis uel donacionis quod dad uir honestus, nomine Arnall, in manu dilecte sponse uel uxori sue, nomine Marcese mox futurorum Dei prouidencia, qualiter debet homo receptum Domni adimplere. Igitur in Dei nomine. Ego, Arnall iamdictus, dono tibi, sponsa mea, Marcesa, in tuo sposalicio sortem unam de terra ad ipsa Redorta?[1] Et abet afrontaciones de una parte Pere Arllouim, de alia Pere de Albesa, de III uero parte uel de IIII in carrera.[2] Et de illa uinea quem ego habeo a Farfanna apud Bernard Brune et medietate de totos meos directos tibi dono. Et uno linar ad una faneca semi in illa sua sort a bracal de Lerida. Et uno baril et una casa; et abet afrontaciones de una parte in casa de Belisen, et de cequia usque in uia. Hec omnia suprascripta tibi dono propter amorem tibi in uita tua. Si quis hoc uiolare temptauerit, nil ei prosit, set componat uobis dupliciter; et in antea ista dotis firma permaneat omnique tempore.

Acta ista dotis IIII nonas ianuari anno ab incarnacione Christi MºCºLXXºVII.

Sig+num Arnall, qui ista carta dotis firmaui testibus firmare rogaui. Sig+num Arnall de Conches. Sig+num Arnall de Clusa. Sig+num Pere Cequier. Omnes isti testes sunt.

G., sacer, qui hoc scripsit die et anno quo + supra.

1. *A sobre hi ha un esborrall.* 2. carera.

507

1178, febrer, 7 o gener, 26?

Maria, filla de R. de Clarmont, dóna a Sant Pere d'Àger una vinya a Marunyà.

B. Cartulari, doc. 203, f. 98v-99r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

FUNDACIÓ NOGUERA

Qualiter Maria dedit beato Petro quandam uineam que est a Marunnya.

[I]n[1] nomine Domni. Ego, Maria femina filia R. de Clarmont, facit carta donacione domno Deo et ecclesie sancti Petri Agerensi una uinea qui est in Marunna. Afrontat de una parte in P. militis, de alia Bernardi Esteua, de tercia P. de Rochafort. Quantum inter istas afrontaciones includunt, sic dono ipsa uinea predicta cum aexiis et regressiis earum pro anima mea uel parentum meorum. Et est manifestum; quod, si me, donatore, aut ullus homo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, non ualeat, set in duplo componat, et non sit disrupta.

Facta ista carta VII° februari anno ab incarnacione Domni M° C° LXX° VII°

Sig+num Maria, qui ista carta mandauit scribere et ad testes firmare. Sig+num R. de Clarmont. Sig+num P. Miro. Sig+num Ferrarii. Isti sunt testes.

Petrus, leuita, qui hoc scripssit per iussione Petri sancti Iusti, priori, die et anno quod + supra

1. *Vegeu la introducció.*

508

1178, febrer, 11

Martí Galí i la seva esposa, Garsen, venen a Bartomeu pel preu de tres sous i vuit diners els seus drets sobre unes oliveres situades a Guàrdia.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 721, Car. 2020.
B. Cartulari, doc. 152, f. 78v-79r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Martín Galín, et uxor mea, Garsen, uenditores sumus tibi, Bartholomeo presbitero. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus tibi omnes nostros directos que abemus et abere debemus in ipsos oliuarios, que abemus cum Sacristia et cum sancti Vincenti, de totos ab integros per fidem sine omni malo ingenio. Et sunt ipsos oliuarios in termino Aggerensi, uocitato loco ad Guardia. Et de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate ad tuum proprium alodium et ad facere tuam uoluntatem per secula cuncta propter precio placibile, que nos accepimus de

te, III solidos et VIII denarios. Et est manifestum. Quod, si nos, uenditores, aut ullusque homo uel femina, qui contra hanc cartam uindicionis pro inrumpendum uenerit, non hoc ualeat, set in duplo tibi componat aut componamus prescriptos oliuarios cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma permaneat omni tempore et non sit disrupta.

Actum est hoc III idus febroarii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºVIIº.

Sign+um Martin Galin. Sign+um Garsen. Nos, qui hanc cartam iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Raimundi, filii sui. Sign+um Petri. Sign+um Iohanni. Sign+um Gacola. Nos hoc laudamus et firmamus. Sign+um Bernardi Ballouin. Sign+um Deulofed. Sign+um Petri Gualter. Isti sunt testes uisores et auditores.

Et similiter uindimus tibi nostros directos de ipsa terra ubi sunt fundatos ipsos oliuarios.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

509

1178, febrer, 11

Guillem Mercader, Guinedel i Guido venen a Bartomeu una vinya a Llavaner pel preu de vint sous.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 721, Car. 2020.
B. Cartulari, doc. 151, f. 78v.
C. *Resumen*, no consta.

In Christi nomine. Ego, Guillelm Mercader, et Guinedel, socra mea, et uiro suo, Guido, uenditores sumus tibi, Bartholomeo, presbitero. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus tibi una uinea qui est in termino Aggerensi, uocitato loco ad Lauaner. Aduenit nobis per comparacionem et per parentorum uel de omnesque uoces. Affrontat ipsa uinea ab oriente in terra Guideta, de meridie in terra Guinedel et Guid, de occidente in torrente, ab aquilone in uinea de Diabono, qui iam fuit. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus tibi ipsa uinea et terra in qua est fundata cum omnibus arboribus, tam pomiferis quam impomiferis, que ibidem sunt, cum exiis uel regressiis et eorum pertinentiis ad tuum proprium alodium

et ad facere tuam uoluntatem per secula cuncta propter precio placibile, que nos accepimus de te, XX^ti^ solidos denariorum. Et est manifestum quod, si nos, uenditores, aut ullusque homo uel femina, qui ista carta disrumpere uoluerit, non possit facere, sed in duplo tibi componat aut componamus prescripta uinea cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma permaneat omni tempore, et non sit disrupta.

Actum est hoc III idus febroarii anno ab incarnacione Domni M^o^C^o^LXX^o^VII^o^

Sign+um Guillelmi Merchader. Sign+um Guinedel. Sign+um Guido. Nos, qui hanc cartam, iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Bernardi Ballouim. Sign+um Deulofed. Sign+um Petri Gualter. Isti sunt testes uisores et auditores. Sign+um Marie, mulier Tredzeans, qui hoc laudo et firmo. Sign+um Raimundi, filii Guillelmi Merchader, qui hoc laudo et firmo.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

510

1178, març, [16]

Ponç de Cabrera torna a Sant Pere d'Àger el delme dels béns dominicals que posseeix a Castelló, Algerri i Ivars de Noguera.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 25, Car. 77.
[B]. Cartulari, doc. 2, f. 2v.ª
C. *Resumen*, doc. 330.

Notum sit cunctis hanc scripturam uidentibus uel audientibus quod ego, Poncius de Capraria, reddo, dono atque concedo ecclesie sancti Petri de Aggere et Raimundo, abbati eiusdem ecclesie, et uniuerso conuentui, ibi modo uel in futuro manenti, decimam [domi]nicature[1] quam habeo in Castellione et Algerre et in Iuarz, sicut Arnallus Mironis et Geralus Poncii iamdicte ecclesie [dederunt][1] et in cartis quas ei fecerunt resonat. Hanc uero donacionem facio pro animabus patris et matris maee et parentum meorum et ob remissionem peccatorum meorum. Et conuenio quod nec ego nec aliquis maeae progeniei predictam donacionem infringat. Et ego, Raimundus Aggerensis abbas, et uniuersus eiusdem ecclesie conuentus instituimus in ecclesia nostra unum sacedotem qui celebret missas assidue pro uobis et pro animabus patris et

matris uestre et p[arentum][2] uestrorum qui iam decesserunt et adhuc decessuri sunt.

Actum est hoc [X VII kalendas][3] aprilis anno ab incarnacione Domni MºCºLXXº VIIIº.

Sign+um Poncii de Caprarie, qui hanc cartam donacionis iussi [scribere et t]estes[3] firmare rogaui. Sign+um Domne Marchese. Sign+umA[rn]aldi[3] de Caprarie. Sign+um Bernardi de Camporels. Sign+um Poncii de [..]cler.[3]

Ber[nardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.][3]

a. *Vid. la introducció.*

1. *Hi ha un esborrall a la part superior dreta.* 2. *La part inferior del pergamí està cremada.* 3. *Íd. anterior. La data al* Compendi.

511

1178, març, 28

Belida dóna a Sant Pere d'Àger la meitat d'un molí sub modo *que sigui enterrada a l'església de Sant Pere.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 2, Car. 1917.
B. Cartulari, doc. 308, f. 138v-139r.
C. *Resumen*, doc. 331.

Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego, Belida, dono domno Deo et ecclesie sancti Petri in manu Raimundi, abbatis Aggerensis, et aliis fratribus eiusdem loci omnes meos directos quos ego habeo et habere debeo in unum molendinum, uidelicet ipsam medietatem. Et est ipsum molendinum in termino de Agger, uocitato locco ad Toscha ipsum Subiran. Hoc autem facio pro anima uir meus, Matagal, et pro anima mea tali uero pactu, ut recipiatis nobis in omni beneficio et oracione ecclesie sancti Petri, et sepeliatis nobis honorifice in cimiterio sancti Petri sicuti fratribus eiusdem loci. Sicut superius scriptum est, ita dono uobis prescriptum molendinum cum exiis et regressiis et pertinentiis cunctiis ad uestrum proprium alaudium et ad facere uestram uoluntatem; et de meo iure in uestro trado dominio et potestate per secula cuncta.

Actum est hoc V kalendas aprilis anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºVIIIº.

FUNDACIÓ NOGUERA

Sign+um Ego, Belida, qui hanc cartam donacionis iussi scribere et testibus firmare rogaui. Sign+um Petri. Sign+um Arnalli Matagal. Sign+um Boneta. Nos, qui hoc laudamus et firmamus sicut superius scriptum est. .Sign+um Raimundi Stephani. Sign+um Raimundi Exabelli. Sign+um Amadet. Isti sunt testes uisores et auditores.[1]

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *La* i *escrita a sobre d'una* o.

512

1178, abril, 24

Ramon Carví i la seva dona, Sança, donen a Sant Pere d'Àger tots els béns que tenen a Àger.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 476, Car. 2446.
B. Cartulari, doc. 258, f. 117r-v.
C. *Resumen*, doc. 332.

Notum sit omnibus hominibus hanc scripturam legentibus uel audientibus quod ego, Raimundus Carui, et uxor mea, Sanzia, damus domno Deo et ecclesie sancti Petri Aggeris in manu Raimundi, abbatis, et aliis fratribus eiusdem loci Deo seruientibus presentibus et futuris omnes nostros directos, quos habemus et habere debemus in uilla de Agger et in terminis suis, uidelicet terris, uineis, ortis, ortalibus, casas, casalibus, cum omnibus arboribus pomiferis et inpomiferis. Et aduenit mihi, Sanzie, per donum patris et matris maeae. Et similiter aduenit mihi, Raimundo Carui, per exouar. Sicut superius scriptus est, ita damus totum ab integrum predicte ecclesie sancti Petri et uobis et successoribus uestris cum exiis et regressiis et pertinentiis cunctis ad uestrum proprium alaudium et ad facere uestram uoluntatem per secula cuncta. Et similiter laudamus et concedimus prefate ecclesie et uobis et successoribus uestris hoc quod Raimundus de Lamela dimisit et dedit ecclesie sancti Petri, uidelicet medietatem de ipsa honore. Hoc autem facimus pro redempcione animas nostras et parentibus nostris, ut Deus dimittat nobis omnia peccata nostra. Et hoc tradimus de nostro iure in uestro dominio et potestate. Et ego, Raimundus Carui, et uxor mea simus uobis guarentes de iamdicta honore omni tempore contra cunctos homines et feminas.

Actum est hoc VIII kalendas madii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXº VIIIº.

Sign+um Raimundi Carui. Sign+um Sanzie. Nos, qui hanc cartam donacionis iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Arnalli de Anglerola. Sign+um Ermessendis. Sign+um Bernardi de Casserres. Sign+um Arnalli, capellani de Os. Sign+um Bernardi Fauleta. Isti sunt testes.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quod + supra.

513

1178, abril, 24

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, cedeix a Ramon Carví i a la seva dona, Sança, l'usdefruit d'una vinya a Os, excepció feta de les primícies. Els donataris prometen tenir present l'esmentada església de Sant Pere en la redacció de les seves darreres voluntats sub modo *de determinades honres fúnebres.*

B. APA, Car. 349.ª Còpia coetània, palimpsest.
C. *Resumen*, doc. 333.

Notum sit omnibus hominibus quod ego, Raimundus abbas Agerensis, cum omni conuentu sancti Petri damus tibi, Raimundo Carui, et uxori tue, Sanzie, omnes nostros directos quos habemus et habere debemus in ipsa uinea quod Petrus Bouet tenet pro nobis in termino de Os, uocitato loco ad Valumena, exceptis primiciis. Tali uidelicet racione damus uobis prescripta uinea, ut habeatis et teneatis eam in omni uita uestra et, post obitum uestrum, remaneat ecclesie sancti Petri et nobis absque ulla reseruacione. Et in super recipimus uos in omni beneficio et oraciones ecclesie sancti Petri sicut fratres nostros. Et propter hoc ego, Raimundus Carui, et uxor mea, Sancia, damus ac dimitimus Deo et ecclesie sancti Petri corpus et animas nostras cum quantum auere uel honore Deus miserit in corde nostro ad obitum nostrum; et recipiatis et sepeliatis nobis honorifice in cimiterio sancti Petri.

Actum est hoc VIII kalendas madii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXº VIIIº.

Sign+um Raimundi, abbatis, qui hanc cartam iussi scribere et firmare rogaui. Sign+um Arnalli, prioris. Sign+um Guillelmi Romani. Sign+um Arnalli, sacriste. Sign+um Arnalli, capellani de

FUNDACIÓ RUBIO

Lorda. Sign+um Poncii de Balager. Sign+um Arnalli, capellani de Os.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

a. *Aquest pergamí conté dos documents. És possible que es tracti d'un full d'algun petit cartulari. El segon document apareix sense data: vid. el document 573.*

514

1178, juny, 6

[B] Cartulari, doc. 3, f. 3.
C. *Resumen*, doc. 334.

Artal, conde de Pallás, y Guillerma, su muger, dan a Raymundo, Abad de Ager, el diezmo de la dominicatura que tenían en el término de Algerri: Por lo que, agradecido el Abad, les admite en hermanos de su Congreg[n]*. e instituye en su Iglesia un Clérigo, que siempre celebre por ellos.*

En 8 de los Idus de Junio de 1178. Está en el Cartoral n. 3.

a. *Falta el primer quadern del cartulari. Vid. la introducció.*

515

1178, agost, 11

Maria, esposa de Guillem, atorga testament. Nomena marmessors el seu marit Guillem, Domènec, sacerdot, i Guillem de Butsènit.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 919, Car. 1719.
B. Cartulari, doc. 286, f. 130v-131r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Dei nomine miseratoris et pii. Immo ego, Maria, iaceo in egritudine et timeo penas inferni et cupio peruenire ad gaudia paradisi, et propter hoc condo meum testamentum et eligo manumissores meos, scilicet uiro meo, Guillelmo, et Domnico, sacer, atque Guillelmi de Boccenico ut, si minus uenerit de me in isto anno aut[1] in alios adueniente, isti abeant licenciam accipere meum auere et dare pro anima mea quomodo in anc scripturam erit. In primis dimito ad opera beate Marie de Almacta et ad suos clericos una guadenga[2] et I porcastra, leuatos II[os] solidos. Dimito totam

meam honorem, que ego habeo uel abere debeo in castrum Agger uel in suo termino, qui mihi aduenit per mater mea uel per qualique uoces, si minus uenerit de me sine infante, ad sancti Petri de Agger propter remedium anime maeae et de uiro meo atque de filios nostros qui sunt condus. Dimito totum meum alium auere, que abeo uel honore in urbe Balagario, ad uiro meo iamdicto ad totas suas uoluntates[3] per secula cuncta.

Actum testamentum III idus augusti anno incarnati Verbi Dei C°LXX°VIII° post millesimum.

Sig+num Marie, qui istum testamentum rogaui scribere et testes firmare feci. Sig+num Guillelmi, uiro meo. Sig+num Domnico, sacer. Sig+num Guillelmi de Boccenic. Testes sunt.

Petrus, sacerdos, rogatus scripsit die et + anno quo supra.

1. ad. 2. guadega. 3. uoluntatetes.

516

1178, novembre, 30

Ageró i la seva dona, Arnaleta, venen pel preu de vuit sous a Sant Pere d'Àger un llinar a Àger, a l'indret conegut com Santa Maria.

A. BC, perg. 3986, Car. 2027.
B. Cartulari, doc. 234, f. 108v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Agero, et uxor mea, Arnalleta, uinditores sumus uobis, Raimundo abbati Aggerensis, et cannonicis eiusdem loci. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus uobis unum linar in termino de Agger, uocitato loco ad sancta Maria. Affrontat ab oriente prescriptum linar in linar de Amadet, de meridie in linar de Arguilo, ab occidente in uos, emptores, ab aquilone in uia. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus uobis prescriptum linar cum exiis et regressiis et pertinenciis cunctis ad uestrum proprium alaudium et ad facere uestram uoluntatem per secula cuncta propter precio placibile, quod nos accipimus de uobis, VIII solidos. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut ullusque homo uel femina, qui contra hanc cartam uindiccionis pro inrumpendum uenerit, non possit disrumpere eam, set in duplo uobis componat aut componamus prescriptum linar cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma permaneat omni tempore.

Actum est hoc II kalendas decembris anno ab incarnacione Domni MºCºLXXº VIIIº.

Sign+um Aggeron. Sign+um Arnalleta. Nos, qui hanc cartam uindicionis iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Miron. Sign+um Stephani. Sign+um Petri Gualter. Isti sunt testes.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

517

1179, març, 28

Bernat d'Àger permuta amb Alez i el seu fill Guillem Julià un llinar a Àger, a la vora de l'hort del vescomte, per un altre situat a Llavaner.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 622, Car. 2432. Quiròg raf partit per A B C D E.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit omnibus hominibus quod ego, Bernardus de Ager, facio cartam comutacionis tibi, Allez, et filio tuo, Guillelm Iulian. Per hanc scripturam comutacionis maeae comuto uobis unum meum linar, quod ego habeo subtus orto de uicecomite, per unum uestrum linar de Lauaner. Affrontat ipsum meum linar: ab oriente in truls de Socorneles, de meridie in me, comutatore, ab occidente in orto uicecomite, ab aquilone in linar de Ramon Regan et Grallola. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic comuto uobis prescriptum linar cum exiis et regressiis et pertinentiis cunctis ad uestrum proprium alaudium et ad facere uestram uoluntatem per secula cuncta, et de meo iure in uestro trado dominio et potestate. Et est manifestum. Quod, si ego, comutator, aut ullusque homo uel femina, qui contra hanc cartam comutacionis pro inrumpendum uenerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componam prescriptum linar cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma permaneat omni tempore, et non sit disrupta.

Actum est hoc V kalendas aprilis anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºVIIIIº.

Sign+um Bernardi de Ager, qui hanc cartam comutacionis iussi scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Sanzie. Sign+um Petri Bertrandi. Sign+um Bernardi. Sign+um Bertrandi. Nos, qui

hoc laudamus et firmamus. Sign+um Guillelmi Burges. Sign+um Bernardi Balloui. Sign+um Raimundi Anfoss. Isti sunt testes uisores et auditores.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

518

[1179],[a] abril, 26. El Laterà

El papa Alexandre III aprova l'acord convingut entre el bisbe d'Urgell i l'abat d'Àger amb relació a la capella de la Suda de Balaguer i a les esglésies de Covet, Grailó i Alentorn i el ratifica amb la seva autoritat apostòlica.

B. ACU, LDEU, I, doc. 892, f. 257v, còpia del segle XIII.
a. KEHR, vol. II doc. 184, pp. 478- 479.
b. BARAUT, "Documents...", doc. 1750, p. 266.

Alexander, episcopus, seruus seruorurn Dei, uenerabili fratri Vrgellensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Ea que transactione uel iudicio statuuntur, in sua debent stabilitate consistere et, ne a sua ualeant firmitate diuelli, apostolico robore communiri. Eapropter, uenerabilis[1] in Christo frater, tuis iustis postulationibus clementius annuentes, transactionem inter tuam et Aggerensem ecclesias super capella Zude de Balager et tribus ecclesiis, uidelicet, de Coueded et Gradilo[2] et de Alentorn, ac iure episcopali, sicut de consensu partium absque prauitate facta est et hinc inde suscepta, auctoritate apostolica confirrmamus. Statuentes ut nulli etc. . Si quis autem etc.

Dat Lat. VI. kal. madii.

a. *La data a Kehr.*

1. uenerabili. 2. Grailo.

519

1179, abril, 28. El Laterà

Alexandre III ratifica totes les exempcions i privilegis concedits pels seus antecessors, Nicolau II i Alexandre II, a Sant Pere d'Àger, així com les seves propietats i tinences.

FUNDACIÓ NOGUERA

A.[1] BC, perg. 3543, Car. 2.[a]
A.[2] APA, Car. 59.[a]
B. BC, perg. 3531,[b] Car 12? Còpia de 1299, abril, 24.
C. APA, Car. 16. Còpia de 1299, novembre, 16.
D. ACL, fons d'Àger, doc. 1240, Car. 60. Còpia de 1315, abril, 3.
E. APA, Car. 29. Còpia de 1315, maig, 26.
F. APA, Car. 115, doc. 4. Còpia de 1436. Còpia parcial.
G. APA, Car. 75. Còpia autèntica de 1553.
H. ACL, doc. 1240, Car. 61. Còpia simple sense data del segle XIII.
I. ACA, ms. *Varios de Cancillería* 326, f. 7v. Còpia del segle XIV.
J. IV a. 4, f. 492v.
K. *Resumen*, doc. 336.
a. KEHR, vol. II, doc. 185, pp. 479-484.
b. *Catalunya Romànica*, vol. XVII, *La Noguera*, pp. 114 i 115. No consta el nom del transcriptor.

ALEXANDER EPISCOPUS SERUUS SERUORUM DEI. DILECTIS FILIIS RAIMUNDO ABBATI ECCLESIE SANCTI PETRI AGERENSIS EIUSQUE FRATRIBUS TAM PRESENTIBUS QUAM FUTURIS CANONICAM UITAM PROFESSIS IN PERPETUUM.

Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestitati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum inpertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, que proprie et specialiter ad ius et tutelam sacrosante Romane ecclesie pertinere dinoscitur, ad exemplar predecessorum nostrorum pie recordationis Nicolai et Alexandri Romanorum pontificum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio conmunimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Dei[1] timorem et beati Augustini regulam in ecclesia ipsa noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Adicientes utique, ut preter abbatem duodecim canonici regulares ad diuinum obsequium omnipotentis celebrandum in eadem ecclesia omni tempore habeantur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona concessione pontificum, largitione regum uel principum et presertim bone memorie Arnaldi, fundatoris quondam ipsius ecclesie, et Geraldi nepotis eius, oblatione fidelium seu aliis iustis modis in castris uillis ecclesiis decimis aut quibuscunque rebus iam dicta ecclesia impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis:[2] castrum quod Agger dicitur cum turribus maioribus et

minoribus et cum tota ipsa uilla et aliis suis pertinentiis ad proprium allodium ecclesie sancti Petri spectantibus in ecclesiis militibus uillanis aliisque hominibus et ceteris pertinentiis suis, sicut ipsum a nobilibus uiris uobis collatum est et in scripto autentico continetur; castrum de Casso cum ecclesia et aliis pertinentibus suis; castrum sancti Laurenti cum ecclesia et aliis pertinentibus suis; castrum de Corzano cum ecclesia et pertinentiis suis; castrum de Regula cum ecclesia et suis pertinentiis; castrum de Stagna cum ecclesia et pertinentiis suis; castrum de Camporrells cum ecclesiis et suis pertinentiis; castrum de Algare cum ecclesia et suis pertinentiis; castrum de Monte Cenis cum ecclesiis et suis pertinentiis; castrum de Foradada cum ecclesia et pertinentiis suis; Castellon de Lordano cum ecclesia et pertinentiis suis; ecclesias de castro Serris cum decimis et primitiis ac aliis earum pertinentiis; ecclesiam de Pennauera cum pertinentiis suis; ecclesias de Entenza cum earum pertinentiis; ecclesiam de Capud Stagno cum pertinentiis suis; [all]odium de Stepannano cum omnibus pertinentiis suis; ecclesiam [de Ba]dels cum pertinentiis s[uis]; decimas et primitias de dominicatura [uice]comitis; ecclesiam de Valle Lodis cum suis pertinentiis; ecclesiam de Castellione episcopi cum pertinentiis suis et cum decimis allodi uicecomitis; ecclesias de Pinnana cum earum pertinentiis; ecclesiam de Blancafort cum decimis primitiis et aliis suis pertinentiis; ecclesias de Fenestris cum earum pertinentiis; ecclesiam de Fedeto cum earum pertinentiis; ecclesias de Bellomontis cum earum pertinentiis; ecclesiam de Valle Secura cum decimis, primitiis et aliis pertinentiis suis; ecclesias de Clariomonte cum decimis primitiis et suis pertinentiis cum turre et alloddis de Villados et cum duobus mansis, quos tenent Bernardus Morel et Pedron; ecclesiam de Miliano cum pertinentiis suis; ecclesias de Amindula cum earum pertinentiis, ecclesiam sancti Iusti cum pertinentiis suis; ecclesias de Orononers cum decimis primitiis et aliis earum pertinentiis; condamina que fuit uicecomitis; ecclesias de Iuarz cum decimis primitiis et earum pertinentiis; ecclesias de Andani cum earum pertinentiis; ecclesias de Buxo cum earum pertinentiis, ecclesias de Trasgon cum pertinentiis suis; ecclesias de Montesor cum pertinentiis suis; ecclesiam de Alberola cum pertinentiis suis; ecclesias de Algere cum decimis primitiis et aliis earum pertinentiis; ecclesias de Castellione cum decimis primitiis et earum pertinentiis et cum aliis allodis, que ibi habet ecclesia sancti Petri, et decimum de allodio uicecomitis de dominicaturis, quas habet in Castellione et in Algerre et in

Iuars et quinque mansos in Algere et decimum de dominicaturis Artaldi comitis; ecclesias de Oss cum decimis primitiis et duos mansos de Petro Bouet et de Bernardo de Pinnana et quinque alios mansos de Francis et aliis earum pertinentiis; ecclesiam de Balager, que est in ipsa Zuda cum decimis primitiis oblationibus ipsorum castellanorum, et ius, quod habetis in omnibus ecclesiis de Balagario tam in ipsa uilla quam in aliis uillis et terminis eiusdem Balagarii; ecclesiam de Artessa cum ecclesiis sibi subditis cum decimis primitiis et aliis earum pertinentiis; ecclesiam de Ventoses cum pertinentiis suis; ecclesiam de Boccenic cum pertinentiis suis; ecclesiam de Viduis cum pertinentiis suis; ecclesiam de Quallfred cum pertinentiis suis; ecclesiam de Valle Lebrera cum pertinentiis suis; ecclesiam de Valle Lebrerola cum pertinentiis suis; ecclesiam de Mommagastre cum ecclesiis sibi subditis, decimis, primitiis, oblationibus et aliis earum pertinentiis; ecclesiam de Gauarra cum pertinentiis suis; ecclesias de Lordano cum ecclesiis sibi subditis, decimis primitiis et aliis earum pertinentiis; ecclesiam de Cubiseco cum decimis primitiis et suis pertinentiis; ecclesiam de Bechfred cum pertinentiis suis; ecclesiam de Mehresala cum pertinentiis suis; ecclesiam de Castello nouo cum decimis primitiis et pertinentiis suis cum ipsa Tasca et ecclesiam de Comabella cum decimis primitiis et aliis suis pertinentiis et allodium de Ville maioris.[2] Ad hec statuimus, ut nullus episcoporum uel ministrorum eius a clericis ibidem Deo seruientibus quodlibet seruitium aut redditum seu subiectionem aliquam[3] contra rationabilem consuetudinem hactenus obseruatam exigere presumat. Censum etiam ab eadem ecclesia cum omnibus sibi pertinentibus nulla persona magna uel parua exigat contra id quod antiquitus institutum est et hactenus obseruatum. Nulli insuper episcopo liceat in prefata ecclesia diuina officia interdicere aut de clericis ibidem commorantibus quemquam excomunicare uel ab officio diuino suspendere nec eos, qui ad eandem ecclesiam sine suarum ecclesiarum iniuria pro ecclesiasticis sacramentis accipiendis uenire uoluerint, aliquatenus disturbare. In nulla quoque uestrarum[4] ecclesiarum sine manifesta et rationabile causa diuina prohibeantur officia uel clerici excommunicationi subdantur. Sententiam preterea super tribus capitulis, uidelicet obedientia libertate et ecclesiis de Balager[5] cum [termi]nis suis inter ecclesiam uestram et Vrgellensem episcopum a [no]bis per definitiuam[6] sententiam promulgatam firmam et illibatam perpetuis temporibus decernimus permanere. Crisma uero, oleum sanctum, consecrationes altarium

seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, a diocesano suscipietis[7] episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam apostolice sedis habuerit et ea nobis gratis et absque exactione aliqua exibere uoluerit; alioquin ad quemc[um]que malueritis recurratis antistitem, qui nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. [8]Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uolun[tati], qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati uel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.[8] Obeunte uero te nunc [eius]dem loci abbate uel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu uel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et [bea]ti Augustini regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate. Ad indicium autem huius a sede apostolica percepte libertatis duos morabotinos nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc.

R Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. BV.

+ Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.

+ Ego Iohannes presb. card. sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachi ss.

+ Ego Iohannes presb. card. tit. sancte Anastasie ss.

+ Ego Iohannes presb. card. tit. sancti Marci ss.

+ Ego Petrus presb. card. tit. sancte Susane ss.

+ Ego Petrus presb. card. tit. sancti Crisochoni[9] ss.

+ Ego Viuianus presb. card. tit. sancti Stephani in Celio monte ss.

+ Ego Cinthius[10] presb. card. tit. sancte Cecilie ss.

+ Ego Hugo presb. card. tit. sancti Clementis ss.

+ Ego Matheus presb. card. tit sancti Marcelli ss.

+ Ego Iacintus diac. card. sancte Marie in Cosmidin ss.

+ Ego Ardicio diac. card. sancti Theodori ss.

FUNDACIÓ NOGUERA

+ Ego Laborans diac. card. sancte Marie in Porticu ss.

+ Ego Rainerius diac. card. sancti Georgii ad Velum Aureum ss.

+ Ego Iohannes diac. card. sancti Angeli ss.

+ Ego Rainerius diac. card. sancti Adrianni ss.

+ Ego Matheus sancte Marie Noue diac. card. ss.

+ Ego Bernardus sancti Nicholai in carcere Tulliano diac. card. ss.

Dat. Lateran. per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellari, IIII kalendas madii,[11] indictione XII , incarnationis dominice anno M°¨C° ¨LXX° ¨VIIII° , pontificatus uero domni ALEXANDRI pape III, anno XX .(Falta bula)

a. *A^1 i A^2 han de ser immediats en la seva execució. A^1 seria posterior, tret que es tracti d'una falsificació. Vegeu el que diu Kehr.* b. *Aportem la signatura d'aquest exemplar que falta a Kehr. Però no pot ser el 12 de Car., ja que aquest número pertany a un altre document.*

1. Deum *A^2*. 2. *Des de* uocabulis... Ad hec *es llegeix a A^2:* castrum quod Agger dicitur, in quo ecclesia uestra fundata est, cum turribus maioribus et minoribus et cum tota ipsa uilla et aliis suis pertinentiis ad proprium allodium ecclesie sancti Petri spectantibus in ecclesiis militibus uillanis aliisque hominibus et ceteris pertinentiis suis, sicut ipsum a nobilibus uiris uobis collatum est et in scripto autentico continetur; castrum de C[as]so cum omnibus pertinentiis suis, castrum sancti Laurentii cum omnibus pertinentiis suis; castrum de Corzano cum omnibus pertinentiis suis; castrum de Regula cum omnibus pertinentiis suis; castrum de Stagna cum omnibus pertinentiis suis; castrum de Camporells cum omnibus pertinentiis suis; castrum de Algare cum omnibus pertinentiis suis; castrum de Montecenis cum omnibus pertinentiis suis; castrum de Foradada cum omnibus pertinentiis suis et Castellon de Lordano cum omnibus pertinentiis suis; allodium de castro Serris cum omnibus suis pertinentiis; allodium de Stopannano cum omnibus suis pertinentiis; allodium de Bades cum decimis et primitiis de dominicatura uicecomitis; in Castellione episcopi decimas allodii uicecomitis; medietatem decime et primitie castri de Blancaford; quartam partem decime de Vallis Secure; in Clariomonte turrem cum allodio de Villados et cum duobus mansis, quos tenent Bernardus Morel et Pedron; medietatem decime de Orononers cum condamina que fuit uicecomitis; decimam de allodio uicecomitis de dominicaturis, quas habet in Castellione et in Algerre et in Iniuars et quinque mansos in Algere et decimam de dominicaturis Artaldi comitis; duos mansos in Oss de Petro Bouet et de Bernardo de Pinnana; et decimas et primitias de quinque aliis mansibus francis in ipsa uilla; et allodium Ville maioris. 3. iniquam *A^2*. 4. ecclesiarum uestrarum *A^2*. 5. Balagere *A^2*. 6. diffinitiuam *A^2*. 7. suscipiatis *A^2*. 8. sepulturam... assumuntur *manca a A^2*. 9. Crisoch *A^2*. 10. Cinthyus *A^2*. 11. maii *A^2*.

520

1179, maig, 9. Roma

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, reconeix l'existència d'un crèdit de vint-i-cinc morabatins a favor de l'abat de San Miguel de Celso,

FUNDACIÓ NOGUERA

procedent d'un préstec de la mateixa quantitat entregat per aquest últim al primer.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 179, Car. 2487. Quiròg raf partit per A B C D E F G H J K L.
B. *Resumen*, doc. 337.
a. KEHR, vol. II, doc. 187, pp. 485-486.

Notum sit omnibus, quod ego R. abbas Aggerensis cum essem Rome in curia domini pape Alexandri tertii pro negociis Aggerensis ecclesie, defecit mihi peccunia ad negociorum ecclesie mee executionem necessaria. Vnde rogaui Petrum abbatem sancti Michaelis de Celso, Pampilonensis ecclesie canonicum, ut si quam haberet peccuniam, ad hanc rem mihi crederet. Ipse uero precibus meis motus, intuitu ecclesie mee et mei ipsius credidit mihi XXV marabotinos probate monete et iusti ponderis, quorum XX^{ti} et unum appendebant tres uncias et reliqui IIII^{or} similis erant ponderis, ut iuncti XVII ex aliis tres facerent uncias. Hos ego accepi mutuos ab eo Rome Laterani in platea, que est inter ecclesiam sancti Iohannis Lateranensis et domum Petri de Pluminaria, in qua domo ipse hospitabatur. Anno dominice incarnationis M^{o} C^{o} LXX° VIIII°, indictione XII, VII idus maii, luna XXX, sole oriente. Et debeo hanc peccuniam ei reddere, cum primum fuerit Hylerde, sine dampno suo et, si propter moram solutionis inde aliquod dampnum ei accideret, totum dampnum debeo ei resarcire. Et, si forte, quod absit, ante solutionem tempore decesserit, debeo hanc peccuniam soluere ex mandato ipsius Sanxio de Aragon, nepoti ipsius, filio domne Lumbarde consanguinee eius, sine dampno ipsius Sanxii, cuius ista fuit peccunia.

Testes ad hoc rogati sunt Fortunius de Lioz Pampilonensis archidiaconus et Bartolomeus socius meus et clericus.

Ego R. Aggerensis abbas, qui hanc pecuniam accepi, hoc cirographum fieri feci et hanc *suscriptionem manu mea feci*.

521

1179, maig, 18. Acquapendente[a]

Bartomeu atorga testament.

A. BC, perg. 4005, Car. 2126.
B. Cartulari, doc. 176, f. 88v-89r.
C. *Resumen*, doc. 338.

FUNDACIÓ NOGUERA

Magna egretudine cogente[1] atque timore mortis, ego, Bartolomeus, ueniens a curia Romana, in uilla que dicitur Aquapendent, detentus infirmitate ualida, facio testamentum meum in nomine Christi et beate Marie et sancti Petri, apostolorum principis, pro anime maeae redencione. In primis habeo in penitencia centum missas pro peccatis et centum pro defunctis; et ad centum pauperes prandium unum, et sexsaginta et octo uices iudicium cum uirgis; et dimito ad tabulam sancti Petri Aggerensis et ad sanctum Vincentium oliuarios de Guardia qui fuerunt de Marti Galin; et dimito in die obitus mei ad clericos aecclesie Aggerensis sancti Petri de uinea mea utrem unum uini de duobus sestariis, et sestarium unum frumenti de mea terra per unumquemque annum omni tempore; et dimito domos meas quas emi in Aggere nepoti meo cum mea parte de honore de Aggere; et ad Guillelmum de Corza oliuarium unum; et ad Raimundum Moreta XIII solidos; et ad Vbert X^{m} et VII^{m} solidos; et ad ecclesiam de Pugrog XX^{ti} solidos. Hoc totum fecit in manu Raimundi, Aggerensis abbatis, uidentibus et audientibus Conill et Bernardo Pillipario.

Factum est hoc XV kalendas Iunii dominice incarnacionis anno C^{o}LXX°VIIII° post millesimum.

Sig+num Bartolomei, qui hoc testamentum mandauit scribi testibusque firmari. Sig+num Conill. Sig+num Bernardi Pilliparii.

Raimundus, Aggerensis abbas, rogatus scripsit suumque signum + posuit prefixis die et anno.

a. *Ciutat del Lazio, departament de Viterbo.*

1. cogaente.

522

1179, agost, 5

[A] Car. 229. Exemplar perdut.
B. *Compendi,* doc. 229.
C. *Resumen*, doc. 339.

Geralt vescompte dóna a la Igl^{a} de S. Pere tot lo Delme, y Primicías de las Dominicaturas de la Eldemesa prop lo Castell de Ager, que confróntan per todas parts ab ló Camí públich. Dóna tambe tots los Delmes,y primícias de la Plaza de Sta María del Pla, axí com afronta de orient ab lo camí públich, u a migdía ab lo caminet, que va a dita Sta María y per ponent fins a la fon

de Agulló, y de alli puja per lo caminet, o per l torrent, que va a trobarse ab lo cami majó de Agulló, y també dóna los matexos delmes, y primícias de la partida dita de la Meña axí com afronte de Orient ab lo Camí públich, que va a Sta María de Pedra, de occident ab lo torrent, y Camí, que va a las fons Majors, per Tramuntana afronta ab lo Terme de Pedra; també dóna lo mateix en tots los Alous, que són prop la font den Oliba cerca de la Plana de Sta María del Pla; també dóna igual Delme; y primícia dels Alous y Martí del Corp, Y també dels servidores de Pujol, y de Tascarell amenos de Alguns alous, que són de St. Salvadó. Tot lo sobre díi dóna per la lluminària de oli y cera de la Iglèsia de St Pere, y a Sta Maria, y per celebrar Misas tot a cuidado del Sagristà, que avui és, y sos successors, y asó fa en esmena de la injúria, y del gran tort que ell féu a la Iglèsia de St Pere, quan ell per forsa li ocupa tot lo Alou, y tomba de Vilamajó, y los molins de sota la Vila de Ager, lo que D^{n} Arnal Mir, y Geralt Pons avi del donador avian donat â St Pere, la lluminària de la qual Igleèia son Besabi Geralt Biscompte ab voluntat, y autoritat de D^{n} Armengol compte de Urgell avia aumentat donant-li cinch bones mansions en lo castro de Os, y diu vol enterrarse en lo Sementiri de St Pere.

Fet a las Nonas de Agost del añy 1179.

Subscriu dit Geralt Biscompte, y Verenguera Biscomptesa, Pons Geralt son fill, y ho confirma lo compte Pons, y ho accepta Ramon Abat.

523

1179, octubre, 25

Guiu i la seva esposa, Guinedel, donen a Sant Pere d'Àger set oliveres situades a Àger.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1164, Car. 1949.
B. Cartulari, doc. 253, f. 115v.
C. *Resumen*, ap., doc. 52.

In Christi nomine. Ego, Guido, et uxor mea, Guinezel, damus domno Deo et ecclesie sancti Petri et cannonicis ipsius loci pro [animas][1] nostras VII o[liua]riis[1] ad ipsam mensam, et I ad lumen sancti Petri. Et sunt ipsos oliuarios in termino de Agger, uocitato loco ad Tues in ipsa [nostra uinea].[1] Et ego, Guid, dono

similiter pro anima mea ecclesie sancti Petri et cannonicis ipsius loci omnem meam partem, quam habeo et h[abere][1] debeo in ipsam uineam et omnibus aliis oliuariis que remanent, uidelicet medietatem de ipsa uinea et quartam partem [de][1] ipsos oliuariis. Sicut superius scriptum est, ita damus ibi totum ab integrum ad proprium alaudium per secula cuncta.

Actum est hoc VIII kalendas nouembris anno ab incarnacione Domni MºCº LXXº IIIIº. Sign+um Guid. Sign+um Guinezel. Nos, qui hanc cartam donacionis iussimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Petri de Raimundi. Sign+um Mathei. Sign+um Petri Mir Galos. Isti sunt testes.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *El text és borrós en conjunt. El suplert al cartulari.*

524

1179, octubre, 27

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, dóna diferents béns en concepte de cens a Pere Ciscar i a Guillem; els donataris estaran obligats a lliurar anyalment dos sous, una faneca de farina de blat, dos sesters de vi i una faneca de civada (?) migenca.

B. Cartulari, doc. 157, f. 81r-v.
C. *Resumen*, ap., doc. 63.

Qualiter abbas dedit ad censsum Petro Sischar quaedas domos que sunt iuxta sanctum Martinum et aliaque inferius.

[S]ciant[1] omnes qui audituri sunt uel lecturi quam ego, Raimundus abbas, cum conuentu sancti Petri donatores sumus tibi, Petro Sischar, et Guillelme. Per hanc scripturam donacionis nostre damus uobis unas manssiones prope ecclesiam sancti Martini. Habent afrontaciones a parte orientis in uia, de meridie in era, de occidente Bernard de Trogo, ab aquilone Marti Escuder. Adhuc damus uobis tres uineas et tres terras et uno linar; et sunt ipsas duas uineas a Lauaner: ipsa qui fuit de Bartholomeu[2] de Puyo Royo, et alia qui fuit de Gaz; et retinemus in ipsas uineas ipsos oliuarios ad opus sancti Petri; et est ipsa alia uinea a Salente: ipsa qui fuit de Berenger de Montlor, afrontat ab oriente in Arnall Eclu?, ab occidente Amadet. Et est ipsa una terra a Monterol, et alia terra est a sancta Maria; afrontat ab oriente in nos, donato-

res, ab occidente R. Comdor; et est ipsa alia terra super sancta Maria; afrontat ab oriente P. Pocolul, de meridie in uia, ab occidente Upilona. Et est ipso linar in ipso torrente de sancta Maria; afrontat ab oriente in terra de Bernat de Trogo, ab occidente in torrente. Hoc totum suprascriptum damus uobis tali uero pactu, ut faciatis inde nobis seruicium II solidos denariorum, et Iª faneqa de farina de forment in pan, et II sestarios uini, et Iª faneqa ciuada migencha. Et damus uobis et posteritati uestre per secula cuncta. Et est manifestum. Quod, si nos, donatores, aut ullus homo uel femina, qui ista carta donacionis inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componamus cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma stabile maneat modo uel omnique tempore et non sit disrupta.

Facta carta VIº kalendas nouembris anno ab incarnacione Domni Mº Cº LXXºIXº.

Sig+num Raimundi, abbati, qui ista carta iussi scribere et ad testes firmare. Sig+num Arnalli, priori. Sig+num Guillelmi Romani. Sig+num Arnalli, sacriste. Sig+num Arnalli, capellano de Lorda et Couedet. Sig+num Poncii Balagarii. Sig+num Raimundi de Rubione. Sig+num Raimundi de Iuarz. Sig+num Bernardi de Castre. Sig+num Raimundi.

Raimundus, presbiter, rogatus scripssit sub die et anno + quo supra.

1. *Vid. la introducció.* 2. Bortholomeu.

525

1180, febrer, 8

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, juntament amb el Capítol de l'esmentada església, cedeix a Pere Favi i a la seva dona, Alez, diversos béns en cens.

B? APA, Car. 904. Còpia coetània?
C. Cartulari, doc. 81, f. 48v-49r.
D. *Resumen*, doc. 335.

Notum sit omnibus hominibus quod ego, Raimundus abbas, cum conuentu sancti Petri damus tibi, Petro Fauio, et uxor tua, Alez, ipsam hereditatem quod Petrus Muleti tenebat per sanctum Petrum in Agger et in suis terminis; et unas mansiones in ipsum nostrum ferragenal de sancto Martino; et unum torcularium iuxta

ipsum torcularium nostrum de sancti Martini. Affrontant ipsas mansiones ab oriente in nos, donatores, de meridie in mansiones Martini Escuder, ab occidente in Guillelmi Guarnarii, ab aquilone in ferragenal de Petri de Agger. In primis est ipsa hereditate una terra a Moran; affrontat de una parte in Marti Pilicer, de alia in Bonet de Pere Mir, de III in filiis Petri Regan, de IIII uero parte in terra de sancto Petro. Et alia terra ad Fezen, exceptis ipsis oliuariis que ibi sunt, quod retinemus ad ecclesiam sancti Petri et nobis; affrontant de I parte in Bonet de Pere Mir, de alia in terra Canet, de III in sponda. Et alia terra a Verbell; affrontat de I parte in terra Iulian, de alia in Guillelmi Guarnarii, de III in Guillelmi Berengarii, de IIII uero parte in uia. Et I uinea ad Verbel; affrontat de I parte in uinea de Matagal, de alia in Petri Fertung, de III in uia. Et alia uinea a Sex; affrontat de I parte in Petri Guillelmi de Colobor, de alia in Sanz de Montclus, de III in uia. Et alia uinea a Pugamarell; affrontat de I parte in terra Marti Arrapa, de alia in uinea Marti de Montrabeg, de III in Arpi. Et I terra a Verbel; affrontat de I parte in Pere Poccolul, de alia in Raimundi Exabelli, de III in Guillelmi Romani. Et I linar a Puiol; affrontat de I parte in terra Martini Raimundi Iohanni, de alia in Petri Guillelmi de Colobor, de III uero parte in linar de Marti Adalberti, qui iam fuit. Et I linar ad Regacol; affrontat de I parte de Ermessen de Amindula, de alia in Arpin, de III in terra Raimundo Mir. Et una terra ad Turrizela; affrontat de I parte in terra de filiis Felemir, de alia in Guillelmi Guarnarii, de III in Petri Poccolul. Et alia terra ad sancta Maria; affrontat de I parte in filiis de Porchet, de alia in Berengarii de Iuarzc, de III in uia. Et alia terra ad sancta Maria; affrontat de II^{as} partes in sancto Petro, de III in uia. Et alia terra ad Pezeger; affrontat de II^{as} partes in Guillelmi Guarnarii, de III in Arnalli Fertung. Et alia terra a Mannatorres; affrontat de I parte in Guilabert de Montel, de alia in Guillelmi Guarnerii, de III in uia. Et una terra a Voltorera; affrontat de I parte in Guillelmi Rog, de alia in uia, de III in serra. Et I era in ipso Aspero; affrontat de I parte in Guillelmi Vpilo, de alia in Petri de Raimunda, de III in Petri Guillelmi Menudades. Hoc totum suprascriptum damus uobis in tali pactu, ut per unumquemque annum detis nobis unum arietem qui ualeat bene II^{os} solidos, et unam pernam de II^{os} solidos, et II sestarios farina tritici barutelada, et II sestarios uino optimo, et II^{as} gallinas, et I sestarium ordei, et I auena; et ueniant comedere cum isto seruicio III homines. Et de hoc totum suprascriptum non

possitis diuidere inter filios et filias, set unum eligatis qui teneat et possideat quandiu uixerit, et sic uadat unum post unum omni tempore ad seruicium tamen et ad fidelitatem ecclesie sancti Petri et nostri et successorum nostrorum; et non eligatis inde alium seniorem nec patronem uos nec uestris nisi ecclesie sancti Petri et nobis et successoribus nostris.

Actum est hoc VI idus febroarii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXºVIIIIº.

Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Arnalli, prioris. Sign+um Arnalli, sacriste. Sign+um Arnalli, capellano de Lorda. Sign+um Poncii de Balagario. Sign+um Raimundi de Iuarz. Sign+umRaimundi. Nos, qui hanc cartam donacionis iussimus scribere et firmamus.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

526

[*Circa* 1180]

Bernat, arquebisbe de Tarragona, ordena al bisbe d'Urgell, Arnau, que excomuniqui G. de Meià i que posi sota interdicte tot el seu territori mentre no satisfaci els greuges inferits a l'església de Sant Pere d'Àger.

B. ACL, fons d'Àger, doc. 395, Car. 2089. Còpia coetània.
C. *Resumen*, ap., doc. 38.

B., Dei dignacione Terrachonensis archiepiscopus, uenerabili fratri A., Vrgellensi episcopo. Cum causa super quibus [.....][1] abbatem Aggerensem et nobilem uirum G. de Mediano in presentia nostra apud Barchinonam agitaretur[2] [.....]nentem[1] trans retacionem et instrumentorum suorum abscentiam, se non aesse paratum sufficientem respondere proponeret [.....][1] parti fructus illarum decimarum penes priorem sancti Ruphi sequestrare interposito ab eodem G. in man [.....][1] quod fructus illos non recuperaret donec eam indifferentia ordine uel amicabili composicione finem debitum sortir[.....][1] G. de transmarinis partibus remeasset et fructus illos contra sui sacramenti tenorem recuperasset, ipsum sepe ni[.....][1] amonuimus et etiam sub iure iurando, quod nobis fecerat, firmiter mandauimus, quatinus quod male et impudentem [.....][1] et fructus illos priorem[3] sancti Rufi rederet festinare. Quoniam ipsum nequamquam fecisse ex confessione predicti prior[.....][1] ipsius G. presentia facta recepimus, et quoniam predictus abbas

singulis diebus post nos lacrimabiliter clamare [...][1] iustitie adaesse illius lacrimas labores et miserias releuare, ex inuicto nobis officio compellimus et tenemus, [...fra]ternitati[1] tue per presentia scripta[4] mandamus, quatinus prenominatum G. sicut rebellem contumacem et sacramenti sui transgressorem ecclesiastica censura ferire non diffiras, ipsumque ex parte nostra puplice excomunicatum denunties et ab omnibus atentius facias euitari, et in tota terra sua omnia diuina offitia, paruulorum babtismate et morentium penite exceptis, districtius proibeas celebrari donec fructus predicto sequestrato restituat et Aggerensi abbati super querelis suis plenarie satisfaciat.

1. *Bona part del costat dret del pergamí està rosegat (deu línies de les catorze que té el document).* 2. *Hi ha dues lletres obliterades enmig de la paraula.* 3. r *escrita a sobre d'una lletra obliterada.* 4. p.p.s.

527

[*Circa* 1180]

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, demana al Papa [Alexandre III] que obligui tots els bisbes de la província [eclesiàstica] Tarraconense a donar-li el crisma, a ordenar sacerdots i a consagrar esglésies sense tardança, quan l'abat ho demani. Demana també que Ponç de Cabrera li doni potestat sobre el castell d'Àger. També demana al Papa que ordeni a l'arquebisbe de Tarragona que excomuniqui Gombau de Ribelles, en cas que no compleixi la sentència existent contra ell. Igualment, demana que s'obligui a complir les respectives sentències a Arnau d'Anglesola, Guillem de Meià, Ramon de Currià i Pons d'Erill.

B. APA, Car. 538. Còpia del segle XII ex.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Ego, R[aimundus] abbas Aggerensis, peto a sanctitate uestra quod precipiatis episcopis per Terrachonensem prouinciam constitutis quod a quocumque illorum petiero crisma oleum, ordinationes clericorum, consecrationes ecclesiarum, donet ea mihi sine omni contradiccione. Iterum peto quatinus mandetis P[oncium] de Capraria que donet mihi potestatem castri de Ager totienscumque[1] ab eo[2] petiero illam, et fatiat mihi hominicum et successoribus meis. Peto etiam quatinus mandetis Terrachonensi archiepiscopo et Vrgellensi episcopo quod[3] excomunicent Gonballum de Ribeles et ponant totam familiam suam et totam terram suam sub inter-

dicto, nisi uoluerit facere in manu mea quod iusticia dictauerit de querimoniis quas habeo contra ipsum. Iterum peto quatinus mandetis Arnallo de Anglerola et Guillelmo de Mediano et Raimundo de Curridano et Pontio de Erilio, que restituant mihi decimas de dominicaturis que fuerunt[4] Arnalli Mironis[5] bone memorie, fundatoris ecclesie nostre et Geralli Pontii et que hodie sunt Pontii[6] de Capraria; quas omnes decimas predictus Arnallus Miro et omnes eius successores et etiam Pontius de Capraria nuper ecclesiae Aggerensi donauerunt et concesserunt. Hoc idem etiam precipiatis militibus qui nomine prenominatorum militum possident partem predictarum decimarum, que non facere uoluerint sententiam quam in eos tulerit Terrachonensis archiepiscopus, ratam habebitis.

1. to *escrit a sobre.* 2. ab eo *íd.* 3. *Darrere hi ha dues paraules obliterades.* 4. *Darrere hi ha una paraula obliterada.* 5. *Íd.* 6. *Íd.*

528

[*Circa* 1180]

Queixes que l'abat d'Àger té d'Arnau d'Anglesola.

B. BC, perg. 3988, doc. 2, Car. 2116, doc. 2. Còpia coetània.
C. BC, perg. 4001, doc. 1, Car. 2183. Petit cartulari del segle XII.
D. *Resumen*, ap., doc. 54, 1.
E. *Resumen*, doc. 351.ª

Conquestus est R[aimundus], abbas, de A[rnallus] de Anglerola.

In primis tolledit de omnibus fructibus collectis per totam uallis de Agger de annona et uino et carne quem Berengarius Isarni dedit ecclesiam sancti Petri.

De decimum quem apprehendit de molino quam uicecomite Gerallus Poncii dimisit sancto Petro.

Et de alodio sancti Vincentii ipsum decimum et molino[1] suo quem habet factum qui est sancti Saluatoris.

De decimum ex cimiterii sancti Vincentii.

Et de domibus que fregit.

De decimum de ortibus nostris de firmarantis hominibus de Agger que tollit nobis.

De placitis et leddis de Agger.

FUNDACIÓ NOGUERA

De solidanza de milite sancti Laurentii et de redet et de condaminis que ibi habemus que aufert nobis de domos que A. de Casserres dederat ecclesie sancti Petri in Castellione.

De decimam de dominico uicecomite de Castello.

De decimam de Agger, quam misit pignus propter facere refectorium, quam recuperauit, et refectorium non fecit.

De uinea et orto de Agger quam R[aimundus] Berengarii dimisit in suo testamento ad ecclesiam sancti Petri, et alodium de Os, et condamina de Tartarenz.

De manso de Bescharre de perna.

De unum hominem quam Rodlandus de Blanchafort dederat ecclesie sancti Petri in Castellon.

a. *La referència a aquest document es pot considerar un apèndix d'un document que ens parla de dos documents anteriors del* Resumen.

1. et molino *repetit*.

529

1180, setembre, 1

Ponç d'Erill, juntament amb la seva esposa, Ermessén, i els seus fills, dóna a Sant Pere d'Àger pro animis *el delme que posseeixen a Ivars i la seva part de la* dominicatura *del vescomte a Algerri. També prometen tornar a la mateixa església la seva part en els delmes de la* dominicatura *del vescomte a Castelló i a Algerri, quan aquesta sigui tornada per Guillem de Meià i Arnau d'Anglesola.*

A? APA, Car. 310.
[B]. Cartulari, doc. 8, f. 4r.[a]
C. *Resumen*, doc. 342.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, Poncius de Ril, et uxor mea, Ermessen, et filii nostri et filie damus, reddimus atque difinimus domno Deo et ecclesie sancti Petri et in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum ipsum decimum quod nos habebamus in Iuarzc pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum, scilicet de IIII[or] sortibus que sunt de dominicatura de uicecomite, et de molendinis, qui modo sunt uel erunt ibi, quantum nos ibi habemus et habere debemus per nostram porcionem. Et similiter damus et concedimus nostram portionem de dominicatura quam

uicecomes habet in Algerre et in suis terminis, et de alia dominicatura que remanet in his castris suprascriptis. Et quando uos uel ipsa ecclesia haberetis de Guillelmo de Midiano et de Arnallo de Anglerola et de aliis militibus recuperatum ipsum decimum de dominicatura uicecomitis de Castellione et de Algerre, nos ac[1] nostri reddamus similiter decimum quod remanet domno Deo et ecclesie sancti Petri, aut faciamus uobis directum; et similiter nostri milites aut reddant decimum, quantum pertinet eis, aut faciant uobis directum; et nos[2] manuteneamus eos, si nobis placet, per directum de suis iuris. Si nolunt dimitere decimum suprascriptum aut facere directum, constringite eos in omnibus modis secundum uestrum posse.

Actum est hoc die kalendis septembris anno ab incarnacione Domni MºCº LXXXº.

Sign+um Ponci de Ril. Sign+um Domna Ermessendis. Sign+um Ponci de Ril iunioris. Nos, qui hanc cartam donacionis uel definicionis iussimus scribere et testibus firmare rogauimus. Sign+um Arnalli de Bellomontis, capellano de Lorda. Sign+um Raimundi de sancti Laurentii. Sign+um Petri Arnalli de Castelltallad. Isti sunt testes.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quod + supra.

a. *Vegeu la introducció.*

1. hac. 2. o *escrita sobre un text corregit.*

530

1180, octubre, 12

Ramon Pepi entrega el seu fill Joan amb una terra, una vinya i un llinar a l'església de Santa Maria de Baells. L'abat de Sant Pere d'Àger, per la seva part, cedeix a l'esmentat Joan la tinença de la citada església amb caràcter vitalici.

A'. APA, Car. 715. Quiròg raf partit per ABCDEF.
B. *Resumen*, doc. 343.

Pateat omnibus hominibus quod ego, Raimundus Pepi, dono et offero domno Deo et ecclesie sancte Marie de Bazels filio meo Iohanni cum unam terram, et unam uineam, et unum linar, et unam porcionem de ipso mobile in manu Raimundi, abbatis, et

aliorum cannonicorum. Et est ipsa terra ad ipso Balz. Affrontat ab oriente in uia, de meridie in terra Arnalli Pallares, de occidente in torrente, ab aquilone in terra sancte Marie. Et est ipsa uinea ad ipsa coma; affrontat ab oriente in uinea Raimundi Alfad, de meridie in torrente, de occidente in uinea Raimundi de Vivo, ab aquilone in terra Bernardi Calbo. Et est ipsum linar subtus ipsa uilla; affrontat ab oriente et meridie et occidente in nos, donatores, ab aquilone in ipsum molendinum. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic dono totum ab integrum domno Deo et ecclesie sancte Marie de Bazels cum exiis et regressiis et pertinentiis cunctis ad proprium alaudium, franchum et liberum, per secula cuncta. Et ego, Raimundus, abbas, cum conuentu sancti Petri damus tibi, Iohanni, ecclesiam sancte Marie de Bazels cum omnibus suis pertinentiis, ut habeas et teneas eam in uita tua ad seruicium meum et ad fidelitatem ecclesie sancti Petri et nostri et successorum nostrorum.

Actum est hoc IIII idus octobris anno ab incarnacione Domni MºCºLXXXº.

Sign+um Raimundi Pepi, qui hanc cartam mandaui scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Iohanni, qui hoc laudo et firmo. Sign+um Martini, fratri Iohannis. Sign+um Petri Ermengoll. Isti sunt testes uisores et auditores. Sign+um Bernardi. Sign+um Mazarcoli. Nos, qui hoc laudamus et firmamus. Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Bernardi, prioris. Sign+um Arnalli, sacriste. Sign+um Raimundi. Sign+um Raimundi de Stopagna. Sign+um Espagnol. Sign+um Arnalli, capellani de Lorda.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

531

[*Circa* 1181]

Reinald magister *dicta sentència a favor de l'abat Ramon i de Sant Pere d'Àger en el plet seguit contra Ramon Esteve per la propietat d'una terra ubicada a Montesquiu.*

B. BC, perg. 4191, Car. 542. Còpia coetània.
C. BC, perg. 4229, Car. 541. Còpia del segle XII ex.- segle XIII in.
D. *Resumen,* ap., doc. 59.

Conquestus est Raimundus, abbas Aggerensis, de Raimundo Stephano[1] qui tenebat quandam terram apud[2] Montesquiu, quam

Martinus Stephanus[1] reliquerat ecclesie sancti Petri in suo testamento, et monstrauit abbas illud testamentum in causa; ad hec respondebat Raimundus Stefanus[3] quod nesciebat[4] quod ista terra quam abbas petebat esset[5] illa terra quam Martinus Stephanus[1] reliquerat ecclesie sancti Petri, quia illud testamentum non ponebat aliquas affrontationes[6] ad illam terram. Abbas uero ita respondebat quod debebamus intelligere hanc terram esse[5] illam quam ipse petebat, quoniam[7] ipse Raimundus Ste[phanus][1] non poterat ostendere quod ipse uel alius de suo genere habuisset[8] in turre aliam terram uel quod terra illa peruenisset ad ipsum [9]uel ad aliquem de suo genere[9] per aliqua adquisitionem[10] ab aliquo homine [qui non][11] esset de suo genere. Propter istas rationes[12] iudicauit magister Renallus[13] consilio Arnalli de Arnils[14] et Poncii Gaufridi quod debebamus intelligere terram istam esse[5] illam quam M[artinus] Ste[phanus][1] reliquid ecclesie sancti Petri, et ideo Raimundus Ste[phanus][1] nichil iuris habebat in terra illa, set erat de iure ecclesie sancti Petri.

1. Stefan *C.* 2. a *C.* 3. R. Ste. *C.* 4. nestiebat *C.* 5. aesse. *C.* 6. affrontaciones *C.* 7. neque: *obliterat darrere B.* 8. abui... *B.* 9. *El text indicat entre els dos punts és superposat a B.* 10. adquisicione *B.* 11. qui non *escrit a sobre a B.* 12. raciones *C.* 13. Renaldus *C.* 14. Darnils *B.*

532

1181, febrer, 22

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, concedeix a Bonet Carbonell, a la seva dona, Lluciana, a Ramon Punyera i a la dona d'aquest, Maria, un terreny per edificar i unes terres en cens.

B. ACL, fons d'Àger, doc. 886, Car. 682. Còpia de 3 de març de 1282.
C. APA, Car. 854. Còpia de 31 d'agost de 1286.
D. *Resumen*, doc. 340.

Hoc est translatum bene et fideliter factum sub anno Domini M° CC° LXXX° VI°, II° kalendis september scripto a quodam originale quod sic habetur:

In Dei nomine.[1] Sciatur a cunctis, presentibus et futuris, quod ego, Raymundus, abbas Aggerensis, cum assenssu et uoluntate omnium nostrorum Aggerensium[2] clericorum damus tibi, Bonet Carbonel, et uxor tua, Luciana, et Raymundo Pugnera, et uxor tua, Maria, ipsum ferragenale[3] qui est ad sanctum Martinum. Hoc autem facimus tali pactu, ut hedificetis[4] ibi domos et maneatis

ibi. Affrontat ipsum ferragenale[3] ab oriente in manssiones Marti Escuder, et Petri de Siscar, et Bernardi Garcia, et in uia; de meridie in ipsa cequia et in era Petri de Bang; de occidente in orto Marti Escuder; ab aquilone in ferragenal Petri de Agger.

Et damus uobis una terra ad Vilamayor; affrontat ab oriente in ipsa olzina, de meridie in nos, donatores, de occidente in uia, ab aquilone in terra Guillelmi Berengarii.

Et damus uobis alia terra ad Lauaner; affrontat ab oriente et aquilone in uia, de meridie in linar Bernardi de Agger,[5] ab occidente in linar Marti Regan.

Et alia terra ad sancta Maria subtus ipsa uia; affrontat ab oriente in linar de Bonet Oliba, de meridie in ipsa cequia, de occidente in linar de Amadet, ab aquilone in uia.

Et alia terra ad Agullo; affrontat ab oriente in nos, donatores, de meridie in uia, de occidente in terra Petri Regan qui iam fuit, ab aquilone in terra Raimundi[6] Colobor.

Et una uinea ad Sancta Columba; affrontat ab oriente in uinea de Comptor, de meridie in uinea Raymundi[6] de Stopagna, et occidente in uinea Arnalleta, ab aquilone in uinea Petri Gi.[7]

Et alia uinea ad Cortines cum ipsos oliuarios qui ibidem sunt; affrontat ab oriente in uinea Guillelmi[8] Stephani et in terra Petri Guillelmi de illas Corts, de meridie in terra Bernardi Petri Guillelmi, de occidente in terra Poccolul de Arnall Roma et in terra Guillelmi Rog, ab aquilone in uinea Guillelmi Stephani.

Et una era in ipso Aspero iuxta era de Amadet.

Quantum inter istas affrontationes[9] includunt et isti termini ambiunt, sic damus uobis et posterita uestra, totum ab integrum, per secula cuncta, cum exiis et regressiis et pertinenciis cunctis ad seruicium et ad fidelitatem Dei et sancti Petri et nostri et successoribus nostris tali pactu, ut detis nobis per unumquemque annum tres sestarios farina frumenti barutelada, et tres sestarios de meliori uino quam habueritis, et unum molto de precio II solidos, et I porchum de III solidos, IIII^{or} gallines uel IIII^{or} conills, et tres[10] sestarios ciuada migenta, et ueniant comedere cum isto seruicio IIII^{or} homines.

Quomodo superius[11] scriptum est, ita damus uobis tali conuentu, ut non possitis diuidere inter filios uel filias, set post obitum uestrum eligite unusquisque unum de filiis uestris, et date eis totum ab integrum qui hoc teneant pro nobis et pro succes-

soribus nostris in predicta conueniencia, et sic uadat unus post alius omni tempore.

Et in super damus tibi, Bonet, et uxor tua, Luciana, et uestris unam manssionem ad sanctum Martinum iuxta ipsas[12] nostras manssiones, et unam uineam ad Tues que fuit de Petro Mulet. Sicut superius est, ita damus totum ab integrum uobis et uestris per secula cuncta in iam dicta conuenientia.

Actum est hoc VIIIº kalendas martii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXXº.

Sign+um Raymundi,[6] abbatis. Sig+num Bernardi,[13] prioris. Sig+num Arnalli,[14] sacriste. Sig+num Petri, prioris Castellionis. Sig+num Arnalli,[14] capellani de Lorda. Sig+num Guillelmi[8] Romani. Sig+num Raimundi[6] de Rubione. Sig+num Raymundi.[6] Sig+num Bernardi de Castre. Sig+num Espagnolli. Sig+num Petri Miro.[15] Sig+num R. Stephani. Sig+num R. Regann.

Bernardus, leuita, rogatus scripssit sub die et anno quo + supra.

[16]Sig+num mei,[16] Raymundi Albagensii notarii publici domni abbatis et capituli Aggerensis[16] qui auctoritate Domni et Dei gratia Aggerensis abbatis hoc scripssi.

1. In nomine Domni *C.* 2. Agerensis ecclesie *C.* 3. ferragenal *C.* 4. edifi... *C.* 5. Ager *C.* 6. R *B.* 7. sancti Petri Ageris *C.* 8. G. *B.* 9. affrontaciones *B.* 10. III *B.* 11. superius *manca a C.* 12. qui est super *C.* 13. B *B.* 14. A *B.* 15. Mir *C.* 16. "Sig+num mei" i qui aucto... scripssi *manca a B.*

533

1181, maig, 6

Pere de Cas i la seva esposa, Ermessén, donen a Sant Pere d'Àger dues oliveres a Manugera.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 582, Car. 2404.
B. Cartulari, doc. 101, f. 57r-v.
C. *Resumen*, doc. 345.

Notum sit omnibus hominibus quod ego, Petrus de Cass, et uxor mea, Ermessen, damus domno Deo et eclesie sancti Petri in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum duos oliuarios pro redemptione animarum nostrarum in termino de Agger, uocitato loco ad Manugera, in ipsa uinea qui fuit de Arnallus Petri. Sicut superius scriptum est, ita damus prescriptos oliuarios domno Deo

et ecclesie sancti Petri in terra in qua sunt fundatos cum exiis et regressiis et pertinentiis cunctis ad proprium alaudium per secula cuncta; et de nostro iure tradimus eos dominio et potestate ecclesie sancti Petri et Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum.

Actum est hoc II nonas madii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXXºIº.

Sign+um Petrus de Cass. Sign+um Ermessendis. Nos, qui hanc cartam donacionis iussimus scribere et testibus firmare rogauimus. Sign+um Arnalli de Plano, qui hoc laudo et firmo. Sign+um Bonet Carbonel. Sign+um Domeneg, filii Guillelmi Berengarii. Sign+um Raimundi Regan. Isti sunt testes uisores et auditores.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

534

1181, juliol, 12

[B]. Cartulari, doc. 9,[a] f. 4v.[a]
C. *Resumen*, doc. 346.

Pere de Sᵗ Just y Pere de Çaclusa donan a la Iglèsia de Sᵗ Pere de Àger o delme que solian rebrer de la DOMINICATURA del Viscompte en Castelló y en Ivars y en Cas tornia als Señors de dits Castros dits delmes volen ser nulla dita donació y retenir lo dret que al present hi tenen.

en 4 idus Juliol 1181.

a. *Vid. introducció.*

535

1181, juliol, 20

Berenguer de Millà torna a Sant Pere d'Àger l'alou donat a l'esmentada església pel seu avi, Ramon Arnau, i situat a Àger, Cas i a la torre de Cogul. Dóna també altres béns ubicats a Os i Toló.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 80, Car. 1980.
B. Cartulari, doc. 211, f. 101v.
C. *Resumen*, doc. 347.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, Berengarius de Milla, dono, reddo atque diffinio

domno Deo et ecclesie sancti Petri in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum omnem alaudium quod Raimundus Arnalli, auus meus, dedit ecclesie sancti Petri in Agger nec in terminis eius, nec in turre de Cucul et in terminis eius, et in Cass et in terminis eius, uidelicet terris, uineis, domos, ortos, linares, cultum uel heremum, cum arboribus pomiferis et impomiferis. Et adhuc dono ibi unam terram in Os ex melioribus que ibi habeo que non sit plantata de uinea, et meos directos, quos habeo uel abere debeo, in unum hominem de Tolo. Sicut superius scriptum est, ita dono, laudo, reddo et diffinio totum ab integrum domno Deo et ecclesie sancti Petri et cannonicis ipsius loci cum exiis et regressiis et pertinentiis cunctis ad proprium alaudium per secula cuncta; et de meo iure trado in dominio et potestate ecclesie sancti Petri et uestra absque ulla reseruacione. Hoc autem facio pro redemptionem animae maeae et patris et matris maeae uel parentum meorum, ut Deus dimitat nobis omnia peccata nostra et faciat nos peruenire ad gaudia paradisi.

Actum est hoc X° III kalendas augusti anno ab incarnacione Domni M°C° LXXX°I°.

Sign+um Berengarii de Milla, qui hanc cartam donacionis uel diffinicionis iussi scribere et testibus firmare rogaui. Sign+um Petri de Agger. Sign+um Ameli. Sign+um Raimundi Rog. Sign+um Petri Comptor. Nos, qui hoc laudamus et firmamus et testes sumus.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

536

1181, juliol, 22

L'abat Ramon juntament amb la resta de membres del Capítol de Sant Pere d'Àger concedeix a Berenguer de Millà la meitat de les rendes dels béns que van ser d'Arnau Odger situats a Àger, Nor i Cogul. El rep, a més, en omni officio et beneficio *de l'esmentada església.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 374, Car. 2442. Quiròg raf partit per A B C D E F.
B. Cartulari, doc. 290, f. 131v.[a]
C. *Resumen*, doc. 348.
C'. *Resumen*, doc. 349.

Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego, Raimundus, abbas, cum conuentu sancti Petri damus tibi, Berengario de

Milla, medietatem de omnes redditus quos nobis exierit de omnibus alaudiis que fuerunt de Arnallo Odger et de uxor sua, Eizolina. Qui sunt in Agger nec in terminis eius, nec in turre de Nor que modo uocatur Cogul, nec in terminis eius. Tali uidelicet racione damus tibi hoc ut habeas et teneas in uita tua ad seruicium tamen et ad fidelitatem ecclesie sancti Petri et nostra et successorum nostrorum; et post obitum tuum remaneat totum ab integrum ecclesie sancti Petri et nobis in pace absque ulla reseruacione. Et in super recipimus te in omni officio et beneficio ecclesie sancti Petri in uita et in morte. Et, si in uita tua uolueris te ipsum dare et tradere domno Deo et ecclesie sancti Petri secundum regulam beati Augustini in manu nostra cum prescripta honore et cum alia quam habueris, habeas ibi uictum et uestitum sicut unus de canonicus regularis.

Actum est hoc XI kalendas augusti anno ab incarnacione Domni M°.C°. LXXX°.I°. Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Bernardi, prioris. Sign+um Arnalli, sacriste. Sign+um Arnalli, capellano de Lorda. Sign+um Guillelmi Romani. Sign+um Bertrandi.[1] Sign+um Berengarii de Montlor. Nos, qui hoc laudamus et firmamus.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

a. *Data diferent al Cartulari: XIII cal...*

1. *Darrere hi ha escrit* No; *més que un cognom, nosaltres ho veiem com el* Nos *de la línia següent i que es va oblidar d'obliterar el rogatari.*

537

1181, setembre, 10

Arnau d'Anglesola, la seva dona, Ermessenda, i Ramon Berenguer, donen a Sant Pere d'Àger els delmes provinents de la dominicatura del vescomte.

B? ACL, fons d'Àger, doc. 1174, Car. 578. Còpia coetània?
[C]. Cartulari, doc. 7, f. 4.ª
D. Cartulari, doc. 225, f. 106r.
E. *Resumen*, n. 350.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Arnallus de A[nglerola][1] et ego, [Ermessendis, uxor sua],[1] et ego, Ramon Berenger, filius eorum, dimitimus atque donamus domno Deo et sancto Petro de Ager [deci]mum[1] quod te[nebamus][1]

de dominicatura uicecomitis, ita quod nos non accipiamus a[2] modo aliquid inde nec accipere fa[cia]mus[1] per secula [cuncta. Damus][1] tali uidelicet racione quod, si Guillelmus de Mediano potuerit placitare et guarire per directum ad abbatem [Ag]gerensem[1] decimum quod tenet de dominicatura uicecomitis et ego, Arnallus de Anglerola, uoluero recuperare pre[fatum][1] decimum [quod dimisi],[1] absque ulla inquietacione recuperem. Si autem recuperare noluero, pro redencione nostrarum animarum et parentum nostrorum omni [habeat eum][1] sanctus Petrus de Agger.

Actum est hoc IIIIº idus setembris anno dominice incarnacionis MºCºLXXXºIº.

Sig+num [Arn]alli[1] de Anglerola. Sig+num Ermesendis, uxoris eius. Sig+num Raimundi Berengarii. [Nos, qui ha]nch[1] cartam man[dauimus][1] scribi testibusque firmari.[3] Sig+num Bernardi de sancto Laurence. Sig+num Berengarii de Clarmont. Sig+num Petri de Laclusa. Isti sunt testes uisores et auditores.

Petrus, sacerdos, hoc scripsit et suum sig + um posuit per iussionem Petri, prioris de sent Iust die et anno prefixo.

a. *Vid. la introducció.*

1. *Hi ha un esborrall gran al costat dret del pergamí que no permet la lectura en diversos passatges. El suplert del Cartulari.* 2. am: *B,* a *C.* 3. firmauri *B.*

538

1181, setembre, 24

L'abat Ramon juntament amb els altres membres del Capítol de Sant Pere d'Àger cedeix a Amadet i a la seva esposa un colomar a Àger i una era a Aspre en cens.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 249, Car. 1466.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Pateat omnibus hominibus hanc scripturam legentibus uel audientibus quam ego, Raimundus, abbas, cum conuentu sancti Petri damus tibi, Amadet, et uxori tue, Ninita, ipsum columbarium quod p[ater][1] tuus fecit in ipsum nostrum ferragenal ad opus suum. Et una era in ipso Aspero, uocitato loco in era de Mir Crup, et ipsa era de Bonet Carbonel. Sicut superius scriptum est, ita damus uobis prescriptum columbarium cum omni hoc quod pater tuus ibi accepit et cum omni melioracione et superposicione quod ibi

facere potueritis, et cum exiis et regressiis et pertinentiis cunctis ad uestrum proprium alaudium et ad facere uestram uoluntatem per secula cuncta, exceptus ipsum decimum quod retinemus ibi ad opus ecclesie sancti Petri. Et uos nec uestri non eligatis inde alium seniorem neque[2] patronem nisi nos et successoribus nostris, set abeatis omni tempore et teneatis hoc totum ad seruicium tamen et ad fidelitatem ecclesie sancti Petri et nostra et successorum nostrorum.

Actum est hoc [VIII][1 y 3] kalendas octobris anno ab incarnacione Domni MºCº LXXXºIº.

Sign+um Raimundi, abbatis, qui hanc cartam donacionis iussimus scribere et testibus firmare [roga]uimus[1]. Sign+um Arnalli, sacriste. Sign+um Raimundi de Iuarzc. Sign+um Iohanni de Tolo. Sign+um Guillelmi Romani. Sign+um Raimundi. Sign+um Dominici. Sign+um Arnalli, capellano de Lorda. Sign+um Petri, prioris Castellione. Nos, qui hoc laudamus et firmamus.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

1. *El text és borrós i la humitat l'ha malmès.* 2. neque *repetit.* 3. *El dia del mes al* Compendi.

539

1182, gener, 14, dijous[a]

Guillem i Ermessén entreguen a Pere d'Albesa la seva filla Raina en matrimoni. Li donen en concepte d'aixovar tots els béns, a excepció d'unes cases a Lleida i l'honor de l'església (?). Els donants es reserven el domini vitalici sobre els béns donats.

[A?]. Car. 2049.
B. Cartulari, doc. 280, f. 129r.
C. *Resumen*, doc. 344.

In Christi nomine. Notum sit cunctis hoc audientibus quomodo ego, Guillelmus, clericus, et Ermesen de P[etri] Arnalli damus tibi, P[etro] de Albesa, filiam nostram Rainam in uxorem. Et cum illa damus uobis ac infantibus uestris et posteritati eorum per exouar totum hoc quod habemus et habere debemus et in antea Deus dederit nobis, sedente et mobile, in omnibus locis preter ipsas casas de Ilerda quas retinet Guillelmus, et honorem ecclesie? Vt suprascriptum est, damus tibi, Petro, tueque uxori, Raina, ac in-

fantibus qui de te illa generauerit et eorum posteritati ad omnem uoluntatem uestram facere omni tempore cum exiis et regressiis et suis pertinenciis. In tali conueniencia, ut seruiatis nobis omnibus diebus uite uestre ut boni filii debent seruire bono patri et bone matri, et nos diligamus uos ut bonos filios. Et ego, Guillelmus, et Ermessen simus dompnos et potentissimos in uita nostra, et semper nos P[etrus] et sua mulier, Raina, et infantes uestri sint adlagati secundum posse de ipsa casa ad consilium nostrorum et nostrorum amicorum; et ad obitum suum unusquisque faciat suam uoluntatem de quartam partem de mobile. Vllus homo uel femina qui istam cartam inquietare uoluerit non ualeat, sed in duplo componat, et in antea firma et stabile permaneat per secula cuncta.

Actum est hoc anno Christi incarnacione MºCºLXXXºIº, feria Vª, nono Xº kalende freboarii.

Sig+num G[uillelmi]. Sig+num Ermessen. Sig+num P[etri]. Sig+num Raina. Sig+num P[etri]. Sig+num Albia. Qui istam cartam scribere et testes firmare fecerunt. Sig+num Pere de Oliuie. Sig+num Pere Bouet. Sig+num G[uillelmi] Maestre. Isti sunt testes uisores et auditores.

Morato, sacer, rogatus scripssit die et anno + quod supra.

a. *Efectivament, el 14 de gener de 1182 era dijous.*

540

1182, abril, 8

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, entrega en cens a Guillem de Verbell un caputmanssum *que fou de Pere Mulet. Assenyala com a cens anyal una lliura de cera i el delme de tot el menjar produït.*

B. Cartulari, doc. 139, f. 73v-74r.
C. *Resumen*, no consta.

Qualiter abbas dedit ad censsum Guillelmo de Verbello quoddam caputmanssum quod fuit de Petro Mulet.

[C]unctis[1] legentibus et uidentibus atque audientibus notum sit qualiter ego, Raimundus Agerenssis abbas, cum omni conuentu donamus ad Guilelmum de Verbel et ad uxorem suam, Prouenzam, unum caputmanssum qui fuit de P. Mulet; et affrontat de una parte in manssionibus Guilelmi de Falcs, de tribus aliis uero partibus in

strata publica. Quantum iste afrontaciones circundant et ambiunt donamus uobis tali uidelicet pacto, quam uos et posteritae uestra detis nobis siue successoribus nostris per unumquemque annum unam libram de bona cera et totum decimum de omni nutrimento quod in iam dictis domibus feceritis; et non eligatis de iamdicto caputmansso uos neque successores uestri alium patronem neque alium seniorem nisi sanctum Petrum et nos et successores nostros per secula cuncta, neque illud alienetis.

Factum est hoc VI° idus aprilis anno dominice incarnacionis M° C° LXXX° II°.

Sig+num Raimundi, abbatis, qui hanc cartam mandaui scribi testibusque firmari. Sig+num Arnalli, sacriste. Sig+num Arnalli Mercader. Sig+num Raimundi de Iuarz. Sig+num Iohanni de Tolo. Sig+num Guilelmi Romani. Sig+num Arnalli de Belmont, capellani de Lorda. Sig+num Bernardi de Castre.

Raimundus, sacerdos, rogatus scripssit + signo et die et anno prefixo.

1. *Vid. la introducció.*

541

1182, juliol, 4

[A?]. Car. doc. 2010 exemplar perdut.
B. *Compendi*, doc. 2010.
B. *Resumen*, doc. 353.

Testament de Bernat Cabiscol : En que deixa ala Iglèsia de Sant Pere per la taula 50 S, al Ramon Abat son señor 10 S; per la obra de St Pere 10 S; als capellans de St Pere 20 S; a la mateixa Iglèsia de St Pere *unum receptum*, y un llit; més que convidian tots los capellans de la Vall de Ager y quels donian dinar y 12 diners a cada un. Més a Santa María de Bellpuig 10 S; mes al pont de Bellmont 6 S. Mana que donia a sa muller Raymunda lo que ella portà, que es cent sous, 5 cafissos de forment, 7 almogénias, 9 llensols, 2 capsals, unas organas, un caller; 3 màrfegas, y unas estoballas. y crida hereu a son fill Ramon, y mana que tinga sos béns en feudo del Abat, y li pague cada any mitg moltó, y una mitgera de vi, per sufragi de sa Ànima

Fet a 4 delas Nonas de Juliol de 1182.

En poder de Bernat prebere.

542

1182, agost, 10

Ramon Vidal atorga testament.

B. APA, Car. 767. Còpia notarial coetània.
C. *Resumen*, doc. 354.

Quia nullus in carne positus mortem euadere potest. Ideo, Raimundus Vital, sum detentus in magna egretudine, et timeo diem mortis maeae, et cognosco macula peccatorum meorum et uiolenciam ordinis mei. Et propter hoc uenio ad satisfaccionem in manu Raimundi de Miraualle, cappellani de Balagario, et ut faciam mandamentum episcopi Vrgelli, et reddo meum corpus domno Deo et sancte Marie de Almactano et domui episcopi Vrgelle et clericorum suorum de Balagario in uita et in morte. Et relinquo illis predictis primum diem et noctem omnium kalendarum annorum in meis molendinis, qui ibi sunt et in antea fuerint, quos habeo in Balagario et abere debeo, meum directum de omnibus fructibus qui inde exierint sine ulla inquietacione. Et illi, qui tenuerint predictos molendinos, teneant bene munitos ad opus episcopi et clericorum suorum ad predictos dies omnium kalendarum annorum, sicuti fuerint, ad illorum opus per cuncta secula, et nullam missionem requirant episcopo ac clericis suis. Et predictus episcopus et clerici sui orent Deum cotidie pro anima mea et parentum meorum omni tempore. Et in hoc eligo manumissores meos coniugem meam, Bernardam, et Raimundum, iamdictum, de Miraualle, et Guillelmum Beltret, et Guillelmum Nauet. Illis mando et deprecor ut faciant de meis rebus sicut ibi inuenerint scriptum.

Primum mando persoluere mea debita, quo modo exierint de meis molendinis.

Et relinquo sorori maeae, Ermessendi, II kafiz de mill.

Et Marie, sorori maeae, relinquo L solidos denariorum et unum lectum et illam onorem quem pater meus ei relinquid.

Et alium meum onorem et censum, quod habeo et abere debeo in Balagario et in cunctis locis, relinquo coniugi maeae Bernarde, ut sit domna ac potens quandiu sine uiro stare uoluerit. Et, si nupserit, teneat predictum onorem integre et secure usque ad XV^{cim} annos, et nutriat bene meos infantes secundum suum posse. Transactis XV^{cim} annis, si mei infantes uoluerint habere predictum meum onorem, donent uirum sorori sue et, si obierit sine infante

legitimo, predictus onor reuertatur sorori sue Bernarde. Et, si ambi obierint sine infante legitimo, omnis onor reuertatur Marie, sorori maeae; et, si illa obierit sine infante legitimo, omnis onor reuertatur aliis sororibus meis. Set tantum[1] coniux mea, Bernarda, teneat predictum honorem, donec ille reddeat ei quingentos solidos, exceptus hoc quod relinquo episcopo et clericis suis.

Et relinquo V solidos per missas, et V ad opera ecclesie.

Acto testamento IIII idus augusti anno incarnato Verbi Dei CºLXXXºIIº post mille.

Sig+num Raimundi, qui hoc testamentum iussit scribere et firmauit et testes et manumissores firmare rogaui. Sig+num Bernarde, coniugis sue. Sig+num Raimundi de Miraualle. Sig+num Guillelmi Boldiuit. Sig+num Guillelmi Nauet. Sig+num P. Guillelmi. Sig+num P[etri] de Nargo. Sig+num G[uillelmi] Cortid.

Tomas, sacerdos, sub iussione domni R[aimundi], abbas Agerenssis, translatum hoc scripssit et de manu sua hoc signum + fecit.

1. *Darrere hi ha unes lletres, pel que sembla, sense significat.*

543

1182, novembre, 16

Pere de la Pedra i la seva dona, Maria, es donen en cos i ànima juntament amb tots els seus béns a Sant Pere d'Àger; com a contraprestació són rebuts com a oblats i gaudiran de determinades honres fúnebres.

B. Cartulari, doc. 99, f. 56v.
C. *Resumen*, doc. 355.

Qualiter P. De La Pedra et eius uxor obtulerunt se ipsos et omnia que habebant beato Petro.

[S]ciant[1] omnes qui audituri sunt uel lecturi quam ego, P. De la Pedra, et uxor mea, Maria, donamus nosmet ipsos et offerimus domno Deo et sancto Petro in manu Raimundi abbatis et aliorum canonicorum eiusdem loci cum omni honore quem habemus uel habere debemus in Agerensi uilla uel in omnibus aliis partibus, tali uidelicet racione ut nos, dum uiximus, faciamus de iam dicta honore censsum per unumquemque annum sancto Petro unum par gallinarum et duas optimas fogaces et unam eminam cibarie

et migeram uini. Similiter et alii nostre posteritate qui hoc possidebunt iam dictum censsum faciant insuperque unusquisque nostrum cum ad obitum nostrum peruenerimus. Quindecim solidos dimitimus ecclesie sancti Petri et lectum et receptum, ut recipiant nos in morte et in uita sicut oblatos et ecclesie deuotos, et per unumquemque annum faciant nobis anniuerssarium et scribant in capitularium.

Acta carta XVI° kalendas decembris anno ab incarnacione Domini M° C° LXXX° II°.

Sign+um Petri de Pedra. Sign+um Marie. Qui hanc cartam mandauimus scribere et testibus firmare rogauimus. Sign+um G. Cholomer. Sign+um Iohanni de Pedra. Sign+um Pebrelli. Isti sunt testes.

Raimundus, presbiter, rogatus scripssit sub die et anno + quo supra.

1. *Vid. la introducció.*

544

1182, novembre, 30

Mir Castelló fa donació al seu fill Berenguer amb motiu de la presa d'hàbit a l'església de Santa Maria de Castelló d'unes cases a Lleida, una vinya a Castelló i una terra a Pedra. Per la seva part, l'abat de Sant Pere d'Àger cedeix a Berenguer en usdefruit l'església de Castelló, a excepció del cinquè de les primícies, el delme de la dominicatura del vescomte i un excusat. Berenguer, per altra banda, es compromet a donar post obitum *tots els seus béns, presents i futurs, a l'església de Castelló.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1016, Car. 1553. Quiròg raf partit per A B C D E F G.
B. *Resumen*, doc. 356.

Cunctis hominibus tam prsentibus quam futuris sit notum quod ego, Mir de Castelló, offero atque dono filium meum Berecher, ipso concedente, ecclesie sante Marie de Castello del Bisque in manu et potestate Raimundi, uenerabilis Aggerensis ecclesie abbatis, ceterisque clericis eiusdem loci sibi subiectis concedentibus. Et dono pro eo iamdicte ecclesie unas casas in Ilerda prope casas de Ioan Pastor in barrio sancti Martini; et una uinea el Vinnent de Castello, in loco ubi dicitur al Radicher; et affrontat de una

parte in uinea Petri Castellani, de alia parte in uinea Arnalli de Nagachola, de tertia in uinea mei, Mironis. Et adhuc dono pro eo prefate ecclesie unam sortem in termino de Petra Edeura. Hoc totum, quod supradictum est, dono franchum et liberum atque ingenuum per fidem sine illo ingenio malo et sine inquietacione aliqua prenominate ecclesie et in potestate et in manu domni R[aimundi], ecclesie Aggerensis prefati abbatis, et successorum eius per secula cuncta. Et ego, Raimundus, Aggerensis ecclesie abbas, cum consilio et uolumptate omnis conuentus Aggerensis ecclesie dono tibi, Berengario, filio prenotati Mironis, iamdictam ecclesiam de Castellon cum suis directis, his exceptis tamen scilicet tot lo quinto de omnibus primicis de Castello et totum decimum de dominicatura uicecomitis et unum escusat, uidelicet Raimundum de Maquilla. Et, si forte caputmansum de iamdicto escusat ueniret ad disfaccionem, alter escusat pro eo ecclesie sancti Petri Aggerensis, de melioribus qui aessent in uilla, restitueretur. Tali uidelicet racione in uita tua hoc tibi damus, sicut superius dictum est, quod quantum hodie habes et in antea, dum uixeris, habere potueris, iamdicte ecclesie de Castello fideliter dones et, in quantum poteris, bene et honorifice manu teneas eam atque gubernes et habeas eam, quantum tibi Deus uitam concesserit, ad fidelitatem et seruitium nostrum et successorum nostrorum, ecclesie Aggerensis abbatum, et eiusdem ecclesie clericorum.

Factum est hoc II kalendarum decembris dominice incarnacionis anno C° LXXX°I° post millesimum.

Sig+num Mironis de Castello. Sig+num Realeta. Qui cartam mandauimus scripbi testibusque firmari rogauimus. Sig+num Berengarii. Sig+num Arnalli Mironis. Sig+num Raimundi. Sig+num De Causac. Sig+num Arnalli de Nagazola. Sig+num Raimundi de Alcolega. Isti sunt testes. Sig+num Raimundi, Aggerensis abbatis. Sig+num Arnalli, sacriste. Sig+num Arnalli, capellani de Lorda. Sig+num Raimundi de Iuarz. Sig+num Guillelmi Romani. Sig+num Arnalli Merchader. Sig+num Ioannis de Tolo. Sig+num Raimundi de Corza.

Et construe domus eiusdem ecclesie, et hoc in alia carta in XX tertia scriptum inuenies linea.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit + suumque signum possuit et anno prefixo.

FUNDACIÓ NOGUERA

545

1183, gener, 6

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, dóna en cens a Ramon Felmir i a la seva dona Ermessén una honor a Àger, una terra a Voltorera i un llinar; senyala com a cens una cuixa de porc, o bé tres gallines, dos almuds de farina o tres fogasses, una migera de vi i una faneca de civada migencha.

B. Cartulari, doc. 93, f. 54r-v.
C. *Resumen*, doc. 352.

Qualiter abbas dedit ad censsum Raimundo Felemir omnes honores qui fuit de....

[I]n[1] Christi nomine. Notum sit cunctis quam ego, Raimundus abbas, cum conuentu sancti Petri damus tibi, Raimundo Felemir, et uxori tue, Ermessen omnem honorem que fuit de Berengari de Montlor et de Berengarii de Miunla? Quem nos habemus uel in antea adquirere poterimus in Ager et in omnibus terminis eius, excepto hoc quod iam dictum[2] habemus aliis hominibus. Id sunt terris, uineis, ortis, ortalibus, casis, casalibus, linares, tam cultum quam heremum. Sicut superius scriptum est, sic damus uobis totum ab integrum cum exiis et regressiis et pertinenciis cunctis ad faciendum uestram uoluntatem per secula cuncta; tali uero pactu ut uos et uestris faciatis inde nobis censsum et successoribus nostris omni tempore per unumquemque annum unam pernam, si occideretis porchum, et si non occideretis IIIes gallinas, et II almud farina aut III fogaçes, et una migera uino puro, et una faneqa ciuada migencha; et ueniat comedere cum isto seruicio unum hominem. Et in super damus uobis similiter in iam dicto seruicio una terra ad Voltorera que fuit de Raimundus Roig, et unum linar, que fuit de Colobor, cum arboribus que ibidem sunt; et un ortal que est ante ipsas domos. Et uos nec uestri non eligatis inde alium seniorem nec patronem nisi nos et successoribus nostris, set omni tempore habeatis et teneatis hoc totum ad seruicium et fidelitatem ecclesie sancti Petri et nostri.

Actum est hoc VIII° idus ianuarii anno ab incarnacione Domni M^o^ C^o^ LXXX° II°.

Sig+num Raimundi, abbatis. Sig+num Arnalli, sacriste. Sig+num Guillelmi Romani. Sig+num Raimundi de Iuarç

Bernardus, leuita, rogatus scripssit sub die et anno quo + supra.

1. *Vid. la introducció.* 2. ditum.

546

1183, abril, 1

Ramon Adrià i la seva dona, Gasa, tornen a Sant Pere d'Àger la meitat d'un hort que havien usurpat. Fan també donació condicional i post obitum *a la mateixa església d'una vinya* sub modo *que els tributin determinades honres fúnebres.*

A. BC, perg. 3987, Car. 2112.
B. Cartulari, doc. 70, f. 43r.
C. *Resumen*, doc. 360.

In nomine et in inspiracione sancte Trinitatis. Ego, Raimundus Adriani, et coniux mea, Chaza,[1] cognoscimus et confitemus peccatum nostrum, quod iniuste et quasi rebelles tenuimus multum temporis medietatem unius orti quem quedam femina, nomine Rossa, dedit francum[2] et liberum sancto Petro cum filio suo Berengario, quem dedit regule sancti Augustini; quoniam aliam medietatem iamdicti orti prenominata Rossa iam in uita dederat. Sed istam medietatem quam ego, Raimundus Adriani, et uxor mea, Chaza,[1] iniuste tenemus, reddimus et difinimus et damus quidquid ibi habemus uel habere debemus domno Deo et sancto Petro, principi apostolorum, et in manu domni Raimundi, ecclesie Aggerensis abbatis. Hoc supradictum difinimus et donamus[3] beato Petro. In super ego, Raimundus Adriani, si morior sine infante de legiptimo coniugio, dono medietatem unius uinaeae post uitam meam, quod sepeliatis mee in cimiterio sancti Petri. Et est predicta uinea in termino Aggerensi, in loco qui uocatur Mozons; et affrontat de una parte in uinea Petri de Mozons, et de alia parte in uinea Ioannis Calamazs qui iam fuit, de tertia uero parte in alodio nostro quem tenet Guilaberta iniuste et ui, de IIII etiam parte in uinea Petri de Aloss. Quantum iste affrontaciones ambiunt et includunt dono et concedo medietatem uinaee prenominate, ut superius dictum est, gratis et spontaneae uoluntate pro anima mea.

Factum est hoc die kalendarum aprilis dominice incarnacionis anno C° LXXX° III° post millessimum.

Sig+um Raimundi Adriani. Sig+um Caze, uxori iamdicte Raimundi Adriani. Qui ista carta mandauerunt scribi testibus firmari. Sig+um Guillelmi Fortz. Sig+um Raimundi Rog. Sig+um Bernardi Balloui. Sig+um Guillelmi Burches. Isti sunt testes uisores et auditores.

FUNDACIÓ NOGUERA

Bernardus, leuita, rogatus scripsit suum + posuit die et anno prefixo.

1. h *escrita a sobre.* 2. fracum. 3. a *escrita a sobre.*

547

1183, juny, 7

Ramon Ivars cedeix en cens a Bernat de Claramunt i a la seva dona, Maria, la sisena part de l'honor que té a Torre de Barbells.

A'. APA, Car. 1044. Quiròg raf partit per A B C D E...
B. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Raimundus de Iuarz, dono tibi, Bernardo de Clarmont, et Marie, uxori tue, omnem meum honorem quem habeo in Turre de Barbeles, scilicet sexta pars de omni honore que est in predicta torre, cum domibus et cum turre que est mea sors, et cum exiis et regressiis et earum[1] pertinenciis. Et hunc honorem dimisit mihi pater meus. Tali uero pacto dono uobis hunc predictum honorem, ut habeatis et possideatis eam ad seruicium meum et ad fidelitatem meam, et per unumquemque annum detis mihi unum kaficium de bel forment et alterum kaficium uero de bel ordii. Et non diuidatis hunc honorem predictum inter filios neque inter filias, nisi unum post unum qui hunc censum mihi faciat in uita mea. Et semper censum istum sit solutum mediante augusto. Et non eligatis de iam dicta honore uos nec uestri alium patronem neque alium seniorem, nisi me in uita mea et, post obitum meum, abbatem Aggeris et successores eius per quem hoc totum teneatis, et ad seruicium et ad fidelitatem eius et ecclesie sancti Petri habeatis, et iamdictum censum faciatis per unumquemque annum usque ad festiuitatem mediante augusto, ut superius scriptum est. Et annona suprascripta sit soluta ad mensuram Aggeris.

Acta carta VII idus iunii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXXºIIIº.

Sign+um Raimundi de Iuarz, qui hanc cartam iussi scribi testibusque firmari rogaui. Sign+um Raimundi, abbatis. Sign+um Arnalli, sacricustos. Sign+um Guillelmi Romani, prioris. Sign+um Bernardi, prioris de Montmagastre. Sign+um Arnalli, capellani de Lorda et de Couedet. Sign+um Arnalli Mercader. Sign+um Iohannis de Tolo. Sign+um Raimundo de Corzano, capellano de Artesa.

Raimundus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

1. arum.

548

1183, juliol, 2

Arnau d'Estanya i la seva dona, Sança, tornen a Sant Pere d'Àger l'alou donat per Bernat Onofre i la seva dona, Ponça, a l'esmentada església. Per la seva part, l'abat dóna als anteriors un alou al camí d'Alcampell.

A'. APA, Car. 747. Quiròg raf partit per A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V.

B. *Resumen*, doc. 358.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Arnallus de Staga, cum uxore mea, Sancia, concedimus, damus, reddimus ac difinimus omne alodium quod atauus meus, Bernardus Honofredi, et Poncia, uxor eius, dederunt ecclesie sancti Petri Ageris ita, ut ego nec nullus ex mei in ipso alodio quod ipsi suprascripti dimiserunt ecclesie sancti Petri in Stagna aliquid non clamemus nec inquiramus, set difinimus pro nobis omnibus et pro nostris per secula cuncta. Et ego, Raimundus abas, cum conuentu sancti Petri per hanc difinicionem suprascriptam damus tibi, Arnallo, uxorique tue, Sancie, et tuis illa terra de illa coma super uia que uadit ad Campell, quantam tibi determinaui cum aliis probis hominibus, uidelicet cum Petro de Castrum Serris et Bernardum de Castellione, et ut habeatis eam ad seruicium et fidelitatem ecclesie sancti Petri et nostri et successoribus nostris. Adfrontat illa terra a parte orientis in filiis Martini Pepini, de meridie in nos, donatores, ab occidente in terra sancti Martini et filiis Ferranne, ab aquilone in uinea sancti Petri. Quantum inter istas adfrontaciones includunt, sic damus uobis ad proprium alodium.

Actum est hoc VI nonis iulii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXXºIIIº.

Sign+um Arnalli de Stagna. Sign+um Sancie, uxoris eius. Sign+um Guillelmi, filius eorum. Nos, qui hanc cartam mandauimus scribere et testibus firmare rogauimus. Sign+um Petri de Castrum Serris. Sign+um Bernardi de Castellione. Sign+um Raimundi, abatis. Sign+um Arnalli, sacricustodi. Sign+um Guillelmi Romani. Sign+um

Raimundi de Iuarc. Sign+um Arnalli Merchader. Sign+um Arnalli, capellani de Lordan. Sign+um Petri, prioris Castellioni.

Bernardus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno quo + supra.

549

1183, juliol, 13

Joan de Fuliola dóna a Sant Pere d'Àger un hort a Balaguer i una terra a Farfanya. Com a compensació, l'abat li atorga l'absolució i li concedeix permís per casar-se.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 272, Car. 726. Quiròg raf partit per S I R A C R O P L U M.

B. *Resumen*, doc. 359.

Cunctis audientibus et uidentibus pateat qualiter ego, Iohannes de Foliola, uenio ad finem et ad bonam concordiam cum Aggerensi ecclesia et cum domno Raimundo, eiusdem loci abbate, et cum ceteris canonicis; tali uidelicet pacto quod ego, prenominatus Iohannes, et mater mea, Bilisen, damus Aggerensi ecclesie prefatoque abbati eiusque successoribus unum ortum ad proprium alaudium per secula cuncta. Et est ille ortus in orta Balager. Et affrontat de una parte in flumine Sicoris, de II in orto de Guillem Cortad, de III parte in orto de Cerced, de IIII uero parte in orto de Amillad. Quantum isti termini ambiunt damus, ut superius dictum est, cum exitibus et regressibus et suis pertinenciis cunctis. Et adhuc reddimus et diffinimus unam sortem de terra, quam tenebamus in pignore ad Farfanna, Aggerensi ecclesie domnoque Raimundo, abbati. Et ego, Raimundus abbas, ceterique canonici mihi in Christo commissi absoluimus et concedimus tibi, Iohanni de la Foliola, que facias totam tuam uoluntatem in omnibus rebus et accipias uxorem nupciament, quando uolueris. Et a modo sis absolutus ex parte nostra et successorum nostrorum omni tempore, et damus tibi societatem in Aggerensi ecclesia. Et ego, Iohannes de la Foliola, promito in bona fide ut manuteneam et defendam secundum meum posse omnes res ad ecclesiam Aggerensem pertinentes et, ad obitum meum, reddam corpus meum Aggerensi ecclesie cum omnibus rebus quas dubitauero pro anima mea.

Factum est hoc III idus iulii anno dominice incarnacionis C°LXXX°III post M°.

FUNDACIÓ NOGUERA

Sign+um Iohannis de la Foliola. Sig+num Domne Bilisendis, matris sue. Qui hanc cartam mandauerunt scribi rogaueruntque testibus firmari. Sig+num Raimundi, Aggerensis abbatis. Sig+num Arnaldi, sacriste. Sig+num Arnaldi de Bellmont. Sig+num Petri, prioris de Castello. Sig+num Iohannis de Tolo. Sig+num Raimundi de Iuarç. Sig+num Michaelis. Sig+num Arnaldi de Anglerola. Sig+num Raimundi de Currida. Sig+num Petri Guillelmi. Sig+num Guillelmi Boldrot. Sig+num Guillelmi de Palac. Sig+num Petri de Camarasa. Sig+num Petri Perello. Hii sunt testes.

Petrus, scriptor, scripsit et hoc sig+num fecit die et anno quo supra.

550

1183, octubre, 4

Bernat Martel s'entrega en cos i ànima, juntament amb tots els seus béns, a Sant Pere d'Àger sub modo *que sigui considerat com un dels canonges a més a més d'altres beneficis.*

A'. APA, Car. 634. Quiròg raf partit per A B C D E F G H I K L M.
B. *Resumen*, doc. 362.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, Bernardus Martel, dono corpus meum et animam meam Deo (...)[1] et sancto Petro et ecclesie Aggerensi; et dono omnia mea mobilia et inmobilia que abeo uel habere debeo uel in antea adquirere potero. Tali uidelicet ratione, si fors abuero filium de legiptimo coniugio qui uiuat post me et teneat hec supradicta et nunc, ad presens, offero iamdicte ecclesie Aggerensi septuaginta solidos Agremontensis monete. Et ego, Raimundus, Aggerensis abbas, cum omni conuentu Aggerensi ecclesie propter hec supradicta que tu donas et offres Aggerensi ecclesie sancti Petri, colligimus te, Bernardum Martel, in nostra societate in uita et in morte sicuti unum ex nostris inde fratribus cannonicis regularibus. Et in super donamus tibi, Bernard Martel, unam sortem de terram cum suis pertinenciis et cum suo exitu et ingressu, que fuit de Arnallo de Casserres, in termino de Castello; in tali uero conuenientia, quod reddas per unumquemque annum Aggerensi ecclesie et nobis et successoribus nostris et cannonicis eiusdem loci hunc censum: scilicet arietem unum bonum, et duodecim focazas bonas de pulcra et munda farina fruementi, et anadam unam de

uino puro et bono, et fannecam unam de ordeo. Tali uidelicet pacto quod, si habueris filium de legiptimo coniugio qui uiuat post te, teneat iamdictam sortem et faciat censum predictum. Et tu, nec ipse, nec aliquis de posterita qui de iam dicto filio tuo exierit, non uendatis neque inpinnoretis eam, nec de ea aliquid, neque eligatis de eam alium patronem neque alium seniorem nisi Aggerensem ecclesiam sancti Petri et me, Raimundum, abbatem Aggerensem, et successores meos et cannonicos eiusdem loci. Si autem non habueritis filium de legiptimo coniugio et tu, quod non[2] sit, obieris primitus quam pater tuus uel mater tua, aportetur corpus tuum ad Aggerensem ecclesiam cum tertiam[3] partem de omni tuo mobile, et sepeliatur ibi honorifice corpus tuum sicut unum ex fratribus nostris cannonicis. De omnibus aliis partibus que remanebunt de tuo mobili uiuat pater tuus et mater tua et cum alodio supradicto. Post obitum eorum, si plus quam te uixerint, omnia hec supradicta, scilicet illam sortem et omnia supradicta que nunc abes uel in antea abere potueris, abeat Aggerensis ecclesia et Aggerensis abbas et cannonici eiusdem loci francum et liberum sine ulla inquietatione per secula cuncta. Et, si tu uixeris plus quam pater tuus et mater tua et non abueris filium de legiptimo coniugio, sicut superius dictum est, ad obitum tuum[4] dimite omnia predicta mobilia et inmobilia, que nunc abes uel in antea abere potueris, franca et libera sine aliqua inquietacione Aggerensi ecclesie sancti Petri et Aggerensi abbati et cannonicis eiusdem loci in tempore omni.

Factum est hoc IIII nonis octubris dominice incarnacionis anno CºLXXXºIIIº post millesimum.

Sig+num Bernardi Martel, qui hanc cartam mandaui scripbi testibusque firmari rogaui. Sig+num Raimundi, Aggerensis abbatis. Sig+num Arnalli, sacriste. Sig+num Petri, prioris de Castello. Sig+num Arnalli, capela de Lorda. Sig+num Bernardi, prioris. Sig+num Ioannis de Tolo. Sig+num Arnalli Mercader. Sig+um Raimundi de Iuarz. Sig+um Raimundi Calaff. Sig+um Petri Carbonelli. Sig+um Raimundi Laquibela?. Sig+um Bernardi de Os. Isti sunt testes. sig+um Leberci.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit suumque + posuit die et anno prefixo.

1. *El pergamí està raspat en diferents punts.* 2. non *escrit sobre una paraula obliterada.* 3. tertiam partem *escrit sobre un altre text anterior esmenat.* 4. *Darrere hi ha una paraula obliterada.*

FUNDACIÓ NOGUERA

551

1183, octubre, 4

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, juntament amb el Capítol de la mateixa església, cedeix a Ramon Miret i a Martí Tarascó una finca situada a Estanya en cens i els en prohibeix l'alienació inter uiuos. *També cedeix a Ramon Miret una terra a Clota i a Martí Tarascó una a Canalills, ambdues en les mateixes obligacions que la primera.*

A'. ACL, fons d'Àger, doc. 381, Car. 1634. Quiròg raf partit per A B C D E F G H I.

B. *Resumen*, doc. 361.

Cunctis tam presentibus quam futuris sit cognitum qualiter ego, Raimundus Aggerensis abbas, cum omni conuentu Aggerensis ecclesie damus uobis, Raimundo Miret et Martino[1] Tarasco de alaudio nostro quod habemus en Estanna. Damus uidelicet Raimundo Miret terram unam el sol de la Clota. Et Martino Tarasco terram unam super serad de Canaligs. Has duas terras predictas damus unicuique uestri sicuti dictum est et dicendum inferius. Damus etiam uobis omnibus iamdictis totum illud alaudium que nos placitauimus et garimus Arnallo de Stagna, quod fuit de Bernardo et [...],[2] uxore sua. Et est iamdictum alaudium sparsim in termino de Stanna. Est enim alaudium illud sis terres: una illarum a la [...] ta,[2] alia inter duo Stanna, tertia Alcobel in tres uias, IIII al Canalill inter duas uias e la cequia, quinta a la condamina de Cubell, sexta al Campel in capite uinea de Castello. Et de omnibus istis sis terres et de duabus aliis supradictis uos, Raimundus Miret et Marti Tarasco et posteritas uestra que post uos tenuerint prefatum alaudium, per unumquemque annum quartam partem omnium fructuum, quos fructuus et iamdictum Deus dederit et cum omni decimo prenotati alaudii ecclesie Aggerensi sancti Petri et nobis et successoribus nostris et cannonicis eiusdem loci fideliter omni tempore persoluatis. Tali siquidem racione hoc quod superius dictum est uobis concedimus et damus, quod non inpinoretis neque uendatis illud uel de illo neque inter filios diuidatis, set omni tempori unus post unum teneat illud, et bene et fideliter illud laboretis, et non eligatis alium patronem aut alium seniorem nisi Aggerensem ecclesiam sancti Petri et Aggerensem abbatem et cannonicos eiusdem loci.

Factum est hoc IIII nonis octobris dominice incarnacionis anno C° LXXX° III post millesimum.

FUNDACIÓ NOGUERA

Sig+num Raimundi, Aggerensis abbatis, qui hanc cartam mandaui scribi testibusque firmari rogaui. Sig+num Arnalli, sacriste. Sig+num Arnalli, capela de Lorda. Sig+num Petri de Sent Iust, prioris de Castello. Sig+num Bernardi, prioris. Sig+num Iohannis de Tolo. Sig+num Arnalli Mercader. Sig+num Raimundi de Iuarz. Sig+num Petri de Casserres. Sig+num Arnalli de Casserres. Sig+num Arnalli de Stanna. [Nos][2] ambo in simul, qui hoc laudamus et confirmamus et etiam fidanza de saluetad sumus.

Bernardus, leuita, rogatus qui hoc scripsit suumque + posuit die et anno prefixo.

1. *La* n *està escrita sobre un esborrall.* 2. *El text és bastant borrós en conjunt.*

552

1184, gener, 22

Ramon Braçabou ven a Bonet Carbonell i a la seva dona, Lluciana, una vinya i terra a Turricela, al terme d'Àger, pel preu de vuit sous.

A?. BC, perg. 3997, Car. 2190.
B. Cartulari, doc. 164, f. 83v-4r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Ramon Brazabou, uobis emptoribus meis, Bonet Carbonel et uxor sua, Luciana. Per hanc scripturam uindicionis mee uindo uobis una uinea cum terra in qua est fundata. Et est in termino de Ager, uocitato loco ad Turrizela. Affrontat ab oriente Ingnattes, de meridie Ioan Iozfre, ab occidente in me, uinditore, ab aquilone Ermessen de Pere Ferrer. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindo uobis prenominata uinea cum exiis et regressiis et pertinenciis cunctis ad uestrum proprium alodium et ad facere uestram uoluntatem per secula cuncta propter precio placibili, quod de uos accepi, VIIII solidos in diners. Et est manifestum. Quod, si ego,[1] uinditor, aut ullus homo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componam cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma stabili maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Acta carta XI kalendas febroarii anno ab incarnacione Domni M° C° LXXX° III°.

Sign+um Raimundi, qui hanc cartam iussi scribere et ad testes firmare. Sign+um Ioanni Raolfi. Sign+um Raimundi Mar-

tini. Sign+um Bernardi de Claresuals. Isti sunt testes. Sign+um Raimundi. Sign+um Dominico. Sign+um Arnalli. Sign+um Dulcie. Sign+um Sancie. Sign+um Ermessen. Nos, filiis uel filias, qui hoc laudamus et firmamus.

Raimundus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

1. ego *corregit sobre una paraula obliterada.*

553

1184, gener, 25

Toda ven a Bernat de Cardona i a la seva esposa, Arsen, una vinya a Sallent pel preu de cinc sous.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 478, Car. 1682.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Christi nomine. Ego, Tota, uobis emptoribus meis, Bernard de Cardona et uxor sua, Arssen. Per hanc scripturam uindicionis mee uindo uobis una uinea et terra in qua est fundata in termino de Agger, uocitato loco a Salents. Affrontat ab oriente in uia, de meridie Guillelm Forts, ab occidente in torrente, ab aquilone in terra sancti Petri. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindo uobis prenominata terra cum exiis et regressiis et pertinenciis cunctis et cum arboribus qui ibidem sunt ad uestrum proprium alodium et ad facere uestram uoluntatem per secula cuncta propter precio placibilii, quod de uos accepi, V solidos in diners. Et est manifestum. Quod, si ego, uinditor, aut ullusque homo uel femina qui contra hanc cartam pro inrumpendum uenerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componam cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma stabili maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Acta carta VIII kalendas freboari anno ab incarnacione Domni M°C°LXXX°III°.

Sig+num Tota, qui ista carta iussi scribere et testes firmare. Sign+um Bernardi Balloui. Sign+um Raimundi Berengarii. Sign+um Bordelet. Isti sunt testes. Iohanni. Sign+um Margelie. Sign+um.

Raimundus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

FUNDACIÓ NOGUERA

554

1184, febrer, 4

Berenguer de Conill, juntament amb els seus germans Bernat i Ramon Berenguer, ven a Ramon de Curià una finca a Algerri pel preu de seixanta sous.

A. APA, Car. 341.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Recognitum sit omnibus quam ego, Berengario de Conill, et fratribus meis, Bernard et Ramon Berenger, uinditores sumus tibi, Raimundo de Corridano. Vindimus tibi una herditate que abemus in castrum Algerre et in terminibus suis, prenominatim ipssam hereditatem qui iam fuit de Bernad Berenger. Id sunt terris, uineis, casas, casalibus, ortis, ortalibus, cultum uel heremum, regum uel secanum. Et est ipso precio placibile, que de uos acepimus, LX solidos de bona moneta. Hoc uindimus uobis cum exiis uel regressiis et suis pertinenciis ad facere tua uoluntate ipsos nostros directos, que ibi abemus uel abere debemus, per secula cuncta per bonam uoluntatem et per fidem sine uestro ingenio. Et est manifestum. Quod, si ullus homo uel femina qui ista carta uindicionis uoluerit inquietare nec disrumpere, in duplo uobis componat, et in antea ista carta sit firma et non sit disrupta.

Facta ista carta II nonas febroarii anni Domni MºCºLXXXºIIIº.

Sign+um Berengarii. Sign+um Bernardi. Sign+um Raimundi Berengarii. Nos, qui istam cartam mandauimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um Raimundi de Sischar. Sign+um Raimundi Salamoni. Sign+um Ioanni de Pulcro Monte. Isti sunt testes uisores et auditores de hoc.

Bernardus, sacer, rogatus scripssit et fecit hoc sign+um die et anno ut supra.

555

1184, març, 13

Guillem de Guàrdia s'entrega en cos i ànima, juntament amb una terra situada a Balaguer, a Sant Pere d'Àger sub modo *que sigui rebut en vida i mort juntament amb els seus pares i que pugui gaudir de tots els drets dels canonges a l'esmentada església.*

A. APA, Car. 917.
B. *Resumen*, doc. 357.

Sciatur a cunctis audientibus quam ego, Guillem de Guardia, dono meum corpus domno Deo et ospitti Petri Agerensis in uita et in morte; et dono una terra de mea onore ad sancti Petri. Afronta ex una parte in alod qui fuit de Forts, de alia in Guillelmi de Almenar, de tercia uadit de serra usque in ipso pug. Est ipsa terra in termino Balagarii, et quod tenent ipsas afrontaciones, sic dono ipsa terra predicta cum exeis et regresiis et suis pertitenciis ad faciendas uoluntates de canonicis sancti Petri, et sic dono franca et libera sine[1] censum, que non faciant, per secula cuncta. Et canonici de sancti Petri recipiunt Guillelm in uita et in morte et, quando ille sen uoluit intrare, et abeant pater et mater et Guillelm societate in beneficiis quos in monasterium sancti Petri faciunt.

Actum est hoc III idus marcii anno ab incarnacione Domni Mº Cº LXXXº III.

Sig+um Guillelm, qui ista carta rogauit scribere et ad testes firmare. Sig+um [.....].[2] Sig+num Arnal Cortid. Sig+num Bernad de Leguardia. isti sunt testes uisores et [auditores].[2]

Petrus, presbiter, hoc scripsit per iussione Petri de sancti Iusti, priori, die et anno quod + supra.

1. Senes. 2. *El pergamí està rosegat al marge inferior dret.*

556

1184, abril, 6

Berenguer de Millà i Arnau venen a Bernat Fauleta i a la seva esposa, Ermengarda, una vinya i terra a Sallent pel preu d'onze alnes de roba (?) a vuit diners.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 516, Car. 2003.
B. Cartulari, doc. 265, f. 123r.
C. *Resumen*, doc. 364.

Notum sit cunctis, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, Berengarius de Millan, et nepos meus, Arnallus, per hanc scripturam uindimus tibi, Bernardo Fauleta, et uxori tue, Ermengarsa, una uinea et una terra in terminum de Agger, in locum ubi dicitur a Salets in locum unum. Et abent affrontaciones ipsa uinea et terra supradicta de duobus partibus de nos, comparatores,[1] de III

Guillelmi de Vrgello, de IIII uero parte de Beregario de Montlor, qui iam fuit. Quantum inter istas affrontationes includunt et isti termini ambiunt, sic nos uindimus uobis ad proprium alaudem et ad uestram facere uoluntatem modo uel omnique tempore uel cui dare uel dubitare uolueritis per secula cuncta. Et ego, Berengarius de Milla, et meus nepos, Arnallus, recepimus de te, Bernad Faulete, et de Ermengard, tue uxoris, propter precium istud de supradicta uinea et terra XI^im^ alnas de lenz a razo de octo denarii.

Factum est hoc VIII idus aprile dominice incarnacionis anno C° LXXX° IIII° post milles[simum.

Sig][2]+um Berengarii de Milla. Sig+um Arnalli, nepos eius. Nos, qui hanc cartam mandamus scripbi testibusque f[irma]ri[2] rogauimus. Sig+num Raimundi Rog. Sig+num Boneti Carbonelli. Sig+num Ioanis Radull [.....].[2] Sig+num Raimundi Bernardi. Isti sunt testes.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit suum + posuit die et anno prefixo.

1. coparatores. 2. *La part inferior dreta del pergamí està cremada.*

557

1184, setembre, 14

Maria Alamandina ven a Arsen pel preu de cinc sous una vinya i terra situades a Mosons.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 880, Car. 2014.
B. Cartulari, doc. 129, f. 70v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Dei nomine. Ego, Maria Alamandina, uinditor sum tibi, Arssen, filia de Pere Ferrer. Per hanc scripturam uindicionis mee uindo tibi una uinea et terra in qua est fundata. Et est ipsa uinea in termino de Ager, uocitato loco ad Mazons. Affrontat ab oriente in terra de Raimon Guarner, de meridie in uinea de Arlot, et ab occidente similiter in Arlot, ab aquilone Pere de Mozons. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindo tibi prenominata uinea cum exiis et regressiis et pertinenciis cunctis et cum arboribus, qui ibidem sunt, ad tuum proprium alodium et ad facere tuam uoluntatem per secula cuncta propter precio placibile, quod de te accepi, V solidos in diners. Et est manifestum. Quod, si ego, uinditor, aut ullus homo uel femina

qui ista carta inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo tibi componat aut componam cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma stabile maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.[1]

Acta carta X VIII kalendas october anno ab incarnacione Domni M° C° LXXX° IIII.

Sign+um Marie, qui ista carta iussi scribi testibusque firmari rogaui. Sign+um Arnalli Forts. Sign+um Raimundi Berengarii. Sign+um Petri Iuliani. Isti sunt testes uisores[2] et auditores.

Raimundus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

1. disrrupta. 2. uisore.

558

1184, novembre, 17

Ramon Exabel dóna a la seva filla Ermessén i al marit d'aquesta, Perpena, la meitat de tots els seus béns, a excepció de dues deixes de cent sous, una per al seu fill Ramon i una altra per a la seva ànima. La donació és sub modo *que els donataris serveixin al donant com a bons fills durant un termini de dos anys; complert aquest termini, si els fills decideixen separar-se, podran fer-ho partint els béns que tinguin en comú.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1192, Car. 626.
B. Cartulari, doc. 273, f. 126r-v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit cunctis omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, Raimundus Exabellus,[1] donator sum tibi, Ermessen, filia mea, et ad uiro tuo, Perpenna. Per hanc scripturam donacionis mee dono uobis medietatem de omni honore et mobile quod ego habeo uel habere debeo in Ager et in cunctis locis, sine hoc quod ego retineo ad filio meo, Raimundo, et pro anima mea, prenominatim centum solidos ad filio meo et centum solidos et unum conrez pro anima mea. Tali uidelicet racione dono uobis quod, si Deus dederit mihi salutem de ista infirmitate, habeam similiter medietatem de omni mobile quod Perpenam habet et medietatem de meam honorem. Et dono uobis melioracionem de omnibus compras et examplaments, quas facimus in ipsa mansione, duas partes, et ego retineo terciam partem ad opus meum. Et in

super dono uobis per melioracione totum ipsum honorem quam ego recepi de uxor mea, Maria. Et, si minus uenerit de Raimundus Exabellus de ista egritudine in qua hodie iacet, remaneat[2] totum ab integrum ad Ermessen, filia sua, et ad uiro suo, Perpenna, sicuti resonat in testamentum de Raimundus Exabellus.

Factum est hoc X V kalendas decembris anno ab incarnacione Domni M°C° LXXX°IIII°.

Sign+um Raimundi Exabelli, qui ista carta iussi scribi testibusque firmari. Sign+um Petri Emeriz. Sign+um Bernardi Bordelet. Sign+um Domeneh de Lespital. Isti sunt testes. Sign+um Raimundi, filio iamdictus Raimundus, qui hoc laudo et firmo.

Et in super Perpenna cum uxor sua, Ermessen, seruiant ad Raimon Exabel usque ad II^os^ annos complitos quomodo bone filii debent seruire ad patrem suum, et de II annum in antea, si non stare uoluerint in simul, diuidant hoc totum quod habuerint, sicut superius dictum est, et faciat unusquisque suam uoluntatem de ipsam suam partem.

Raimundus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

1. Exabllus. 2. ramaneat.

559

1184, novembre, 18

Bernat Mulet, la seva mare Bofilla, Guillem i Maria donen post obitum *a Ermessén i al seu marit, Calvet, la meitat dels béns que tenen a Algerri i dues terceres parts de les millores.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 506, Car. 2201.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit omnibus hominibus quam ego, Bernad Mulet, et mater mea, Bonafilia, et Guillem et Maria per nos et per nostri donatores sumus ad te, Ermesen, et uiro tuo, Caluet. Damus uobis medietate de quantum hodie habemus in castrum Algerre et in terminibus suis sidente de alaudio plano. Et ipsas plantas, que hodie habemus factas, damus uobis terciam partem de totum ab integrum, exceptus una caficada de alaudio de secano et uno linar ad duas faneches semenadura de linos; et de ipsa uinea que abemus a Nugera ad quatuor cultores, et una domo et uno baril,

hoc retinemus ad opus nostrum in tali uidelicet racione, ut ego, Bonafilia, sia dompna et potentissima in uita mea per bene et non per male, et seruiatis mihi in uita mea, si opus erit michi, secundum uestrum posse. Hoc damus uobis cum aexiis uel regressiis et suis pertinenciis ad faciendam uestram uoluntatem per secula cuncta uobis et posterita uestra per bonam uoluntatem nostram et per fidem sine uestro ingenio. Vllus homo uel femina qui ista carta uoluerit inquietare nec disrumpere, non ualeat, sed in duplo componat; et in antea ista carta firma sit et non sit disrupta.

Actum est hoc IIII X kalendas december anno ab incarnacione Domni MºCº LXXXºIIIIº.

Sign+um Bonafilia. Sign+um Bernad et coniux mea, Maria. Nos, qui ista carta mandauimus scribere et testibus firmare. Sign+um Guillelmi. Sign+um Maria. Isti sunt filii Bonafilia. Sign+um Raimundi de Montessor. Sign+um Petri Bada. Sign+um Petri Cuca. Isti sunt testes uisores et auditores de hoc.

Bernardus, sacer, rogatus scripssit et hoc sign+ fecit die et anno ut supra.

560

1184, novembre, 21

Pere de Meià, juntament amb la seva esposa, Vilana, tornen a l'església de Sant Pere d'Àger un caputmansum *que tenien a Benavent.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 852, Car. 1492.
B. *Resumen*, doc. 366.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, Petrus de Midia, et uxor mea, domna Vilana, redimus hac difinimus domno Deo et ecclesie sancti Petri de Agger in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum ipsum caputmansum, quod nos tenebamus per abbatem in ipso castro de Benauent, scilicet de Guillelm Mir, qui fuit condam. Tali uidelicet racione redimus hac difinimus totum caputmansum supra scriptum, quod nos nec posterita nostra amplius non habeamus nec requiramus eum per secula cuncta.

Factum est hoc XI kalendas decembris anno ab incarnacione Domni MºCº LXXXº IIIIº.

Sig+num Petri de Midia. Sig+num Domne Vilane, uxoris sue. Nos, qui hanc cartam mandauimus scripbi testibusque firmari.

Sig+num Raimundi, abbatis. Sig+num Arnalli, capellani de Lorda. Sig+num Arnalli, sacriste. Sig+num Arnalli Merchader. Sig+num Ioannis de Tolo.

Et ego, Petrus de Midia, traxi de pinnora iamdictum mansum de Raimundo, clerico de Benauent, per unum morabetinum quod abbas ei missum habebat.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit suumque + posuit die et anno prefixo.

561

[*Circa* 1184]

Rainalt, magister, *Bernat de Cas i Arnau d'Estanya veuen i proveeixen el plet entre l'abat d'Àger i Ramon de Sant Llorenç.*

B. BC, perg. 4200, Car. 982. Còpia coetània.
C. BC, perg. 4231, Car. 928. Còpia coetània.
D. *Resumen*, ap., doc. 60.

Iudicauerunt magister Renallus et Bernardus de Cass et Arnallus de Stanna[1] quod R[aimundus]. de sancto Laurentio probaret quod suum genus acaptauerat de abbatibus sancti Petri[2] placita maiora; et, si hoc non posset probare, quod aueraret[3] per sacramentum et bellum. Et quod probaret quod genus suum acaptauerat decimum de la fracheda de Porta Clausa;[4] et, si hoc non posset probare, quod aueraret.[5] [6]et, si hoc predictum probare uel auerare non potuerit uel noluerit, redeant dicta placita maiora et decimum predicte frachede in potestate et dominio sancti Petri et abbatis.[6]

Similiter iudicauerunt[7] quod haberet suum quarentem de la[8] condamina quam abbas dicebat esse sancti Petri;[9] et, [10]si dictum quarentem non habuerit, dictam condaminam[11] redat R[aimundo]. sancto Petro et abbati. Similiter iudicauerunt[10] quod R[aimundus] de sancto Laurentio donaret medietatem de laxiuis abbati uel collocaret ea fideliter ad suam utilitatem et abbatis.

[12]Adhuc etiam iudicauerunt[12] quod R[aimundus] de sancto Laurentio[13] faceret[14] filium suum facere directum ad baiulum abbatis cui abstulerat mulam [15]quandam; quod, nisi fecerit, redigirat R[aimundus] ipso baiulo dictam mulam et dampnum quod inde ei euenit[15]. Similiter ei[16] iudicauerunt [17]ut[18] abbas probaret[17] quod Bernardus[19] de Montcenis per consilium R[aimundus]. de sancto[20]

Laurencio abstulerat sua iura ecclesie Aggerensi; et, si hoc abbas non posset probare, escondicat hoc R[aimundus]. sicut miles[21]

Necnon[22] iudicauerunt[23] ut[24] abbas probaret[25] quod filius predicti R[aimundi] per suum consilium et mandamentum requisierat Arnallus[26] Mercader et suos clericos et abstulerat ei[27] suum precarium;[28] et, si non, R[aimundus]. escondicat.[29]

Iudicauerunt similiter quod abbas faceret directum [30]illis hominibus R[aimundi] de sancto Laurenci et ad eo,[31,30] si conquereretur de abbate.

Et quod abbas probaret quod illum malum quod R[aimundus]. acceperat[32] propter potestatem [33]illius castri de sancti Laurenti,[33] ipse abbas fecerat [34]hoc per faticacionem directi;[34] et, [35]si non posset abbas probare, R[aimundus] escondicat[35] illam faticacionem[36] sicut[37] miles,[38] et abbas redirigat illum dampnum[39] quod [40]uerum sit.[40]

Similiter iudicauerunt de illo[41] rezet quod, si[42] Raimundus posset probare quod illud[43] acaptauit de abbatibus propter custodiam[44] illius[45] castelli,[46] habeat eum; et, si non, reddat predictus R[aimundus]. illud rezet ecclesie Aggerensi et dicto abbati sine dubio.

1. A. de Stamana *B.* 2. P. *B.* 3. *Darrere hi ha una paraula obliterada a C.* 4. Porta Clausa *manca a C. Hi ha un espai buit a C.* 5. *Hi ha un esborrall que corregeix una lletra a C abans de* -ret. 6. *Tot el text marcat manca a C.* 7. Iudicauerunt similiter. *C.* 8. la *manca a B.* 9. de sancto Petro *C.* 10. *Tot el tros marcat manca a C.* 11. d *escrita sobre una altra lletra corregida C.* 12. Iudicauerunt similiter *C.* 13. sent Laurenz *C.* 14. facere *C.* 15. *Tot el tros marcat manca a C.* 16. ei *manca a C.* 17. quod probaret abbas *C.* 18. u *escrita sobre un esborrall B.* 19. B. *B.* 20. sancto *manca a B.* 21. sicut miles *manca a C.* 22. similiter *C.* 23. iudicauer *B.* 24. ut *manca a B.* 25. abbas probaret *afegit a la interlínia a sota a C.* 26. A. *B.* 27. eis *B.* 28. suam precariam *B.* 29. escodicat *B.* 30. ab eo et hominibus sancti Laurenti *C.* 31. heo *B.* 32. aceperat B, *C.* 33. de sent Laurenz et propter uetacionem *C.* 34. ad R. per fatigacionem de directum *C.* 35. et si non R. escondicat *C.* 36. fatigacionem *C.* 37. sicut *escrit a sobre B.* 38. sicut miles *manca a C.* 39. dannum, dan- *escrit a sobre d'un esborrall C.* 40. R. poterat probare *C.* 41. illo *manca a C.* 42. si *escrit a sobre B.* 43. illum *C.* 44. guardam *C.* 45. illius *manca a C.* 46. castelli *la síl·laba central* te *apareix corregida a B. D'altra banda, manca el text a C per un esquinçament del pergamí que està cosit. Després de la llacuna i fins al final es llegeix a C* ut habeat, et si non reddat ad ecclesiam Aggerensem predictus R.

FUNDACIÓ

562

1184, novembre, 27

Arnau d'Anglesola promet complir el laude *arbitral emès sobre les queixes de Ramon de Sant Llorenç amb relació al castell de Sant*

Llorenç, i promet que donarà com a penyora a l'abat d'Àger trescents sous en els vint dies següents a la seva petició.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1201, Car. 528.
A'. ACL, fons d'Àger, doc. 34, Car. 842. Quiròg raf partit per A B C...
B. Cartulari, doc. 456, f. 226v- 227r.
C. *Resumen*, doc. 367.

Omnibus hominibus cognitum sit quod ego, Arnallus de Anglerola, promito uobis, R[aimundo], Aggerensi abbati, in bona et firma fide sine engann quod de iudiciis illis que uos fecistis dari a magistro Renallo et a Bernardo de Cass et a Arnallo de Estanna[1] super querimoniis quas uos fecistis[2] de R[aimundus] de Sentz Laurenz super maioribus placitis de Sent[3] Laurenz, uidelicet de omicidiis, et adulteriis, et exorquias, et trobas, et incendiis, et ceteris maioribus placitis, et dels francs de Porta Clusa, et del dezme de Porta Clusa, et de condamina, et de Rezeto, sicut iam iudicatum fuit de his omnibus supradictis, promito ego, Arnallus[4] de Anglerola, uobis, R[aimundo], Aggerensi abbati, in fide sincera et recta et in illo hominatico quod uobis feci et in me habetis, quatinus ego in illo die quam mihi mandetis[5] infra spatium XX^{ti} dierum, quod ego mitam pinnoram in manu uestram de CCC^{tis} solidos al uostre pred. Et die iamdicto adcrescam eas tantum quantum uos facietis mihi laudare per directum de ceteris autem querimoniis minoribus, uidelicet de decimis, et de leddis, et de placitis minoribus que non fuerunt clamata neque iudicata. Si R[raimundus] de Sentz Laurenz uoluerit mittere[6] in illo auerament, sicut iam iudicatum est de supradictis placitis, fatiat; si autem non uoluerit, remaneant in clam donec predictus abbas et sui successores conquerantur de his. Et sicut superius scriptum[7] est, promito ego, Arnallus de Anglerola, uobis, R[aimundo], Aggerensi abbati, quod ita teneam et adimpleam quod faciam[8] teneri et adimpleri[9] uobis; et, si de uobis minus uenerit, successoribus uestris; et, si de me minus uenerit, successores mei qui tenuerint in loco meo castellum de Sentz Laurenz adimpleant hoc sine enganno.[10]

Facta ista carta V kalendas decembris anno ab incarnacione Domni M°C° LXXX° IIII°.

Sig+num Arnalli de Anglerola, qui hanc cartam mandaui scribere testibusque firmari. Sig+num Domne Ermesendis de Agger. Sig+num Raimundi de Sentz Laurenz.[11] Sig+num Petri de Besora. Sig+num Bernardi de Casseras.[12] Sig+num Berengarii de Besora. Sig+num Ameli. Isti sunt testes uisores et auditores.[13]

FUNDACIÓ NOGUERA

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit suumque + posuit die et anno prefixo.

Tomada la razón en el.[14]

1. Stanna *A'*. 2. Fecistiss *A'*. 3. Sent *A'*. 4. A. *A*. 5. mandatis *A'*. *La segona* a *apareix obliterada a A'*. 6. mitere *A'*. 7. dictum *A'*. 8. fatiam *A*. 9. impleri *A'*. 10. eganno *A*. 11. Laurez *A*. 12. Casseres *A'*. 13. auditos *A'*. 14. *Escrit en lletra del segle* XVIII *a A'*.

563

1185, febrer, 26

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, juntament amb el Capítol de la mateixa església, cedeix en cens a Pere de Siscar i a la seva dona, Arsenda, unes mansions, tres terres, tres vinyes i un llinar, tot situat a Àger.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1216, Car. 580.
B. Cartulari, doc. 108, f. 59v.
C. *Resumen*, doc. 363.

Notum adsit cunctis qualiter ego, Raimundus, Aggerensis abbas, cum omni conuentu damus tibi, Petro de Sischar, et uxori tue, Arsenza. Per hanc donacionis nostre scripturam damus uobis unas manssiones in Agger propre ecclesiam sancti Martini. Habent affrontaciones a parte orientis in uia, de meridie in era, de occidente de Bernad de Trogo, ab aquilone Marti Escuder. Adhuc damus uobis tres uineis et tres terras et unum linar. Et sunt ipsas duas uineas a Lauaner, ipsa que fuit de Bartolomeu de Pugrog, et alia que fuit de Guiz. Et retinemus in ipsas uineas ipsos oliuarios ad opus sancti Petri. Et est ipsa alia uinea a Ssalents, ipsa que fuit de Bereger de Montlor; affrontat ab oriente in Arnall Ceba, ab occidente in Amadet. Et est ipsa una terra a Monterol, et alia terra est ad Sancta Maria; et afrontat ab oriente in Ramon Guarner, ab occidente Ramon Comdor, de alia in cassalibus sancti Petri. Et est ipsa alia terra super Sancta Maria. Affrontat ab oriente de Pere Pocolul, de meridie in uia, ab occidente Vpilola. Et est ipso linar in ipso torrente sancte Marie. Affrontat ab oriente in terra de Bernard de Trago, ab occidente in torrente. Totum ab integrum, sicut superius scriptum est, damus uobis tali uidelicet racione, ut faciatis censum per unumquemque annum II solidos denariorum et una faneca farine formen et II sestarios uini et una faneca ciuade migecha. Et uos et posteritati uestre per secula

cuncta hunc honorem et non eligatis alium patronum nec alium seniorem nisi nos et succesores nostros.

Facta ista carta IIII kalendas marcii dominice incarnacionis C° LXXX° IIII° post millesimum.

Sig+num Raimundi, Agerensis abbatis, qui hanc cartam mandauit scripbi testibusque firmari fecit. Sig+num Arnalli, sacriste. Sig+num Arnalli, capellani de Lorda. Sig+num Ioannis de Tolo. Sig+num Raimundi de Iuarz. Sig+num Arnalli Merchader. Sig+num Bernardi Castre.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit suumque + posuit die et anno prefixo.

564

1185, juliol, 15

Berenguer de Millà cedeix els seus béns d'Àger i Cogul a Ramon Balloví i a Bernat Fauleta en penyora de seixanta sous.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 113, Car. 1929.
B. Cartulari, doc. 302, f. 135v-136r.
C. *Resumen*, ap., doc. 57.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, Berengarius de Milla, mito in pinnus omnem honorem et omnes meos redditus et omne meum censum quod habeo uel habere debeo in Cocul et in terminos eius et in Agger et in terminos eius ad Raimundum Balloui et ad Bernardum Fauleta per sexsaginta solidos denariorum, Iaccensium uel Barchinonensium uel melioris monete que currat in nostra patria. In tali uidelicet conuenientia, quod preterito isto natale Domni primo, ad aliud natale Domni quod ueniat postea, si Berengarius de Milla reddiderit iamdicto Raimundo Balloui et ad Bernardum Fauleta sexsaginta solidos denariorum predicte monete, recuperet Berengarium suum pinnus; et, si ad natale Domni iamdictum non reddiderit Berengarius de Millam ad Raimundum Ballouim et ad Bernardum Fauleta prenotatos solidos, non recuperet suum pinnus donec ad aliud natale quod reddat solidos prenotatos; et ita eat hoc pinnus atque conuenientia de natale Domni ad [nat]alem.[1] Et, si fortasse interim Beregarius obierit sinne pinnoris istius recupera[ci]one[1] et Aggerensis abbas eodem modo atque conuenientia uoluerit persoluere sepedictos denarios, Raimundus Balloui et Bernardus Fauleta reddant prenotatum pinnus ad Aggerensem abbatem.

Factum est hoc idus iulii dominice incarnacionis anno C°LXXX°V° post millesimum.

Sig+num Berengarii de Milla, qui hanc cartam mandaui scripbi testibusque firmari rogaui. Sig+num Raimundi, Aggerensis abbatis. Sig+num Arnalli, sacriste. Sig+num Bernardi, prioris de Momachastre. Sig+num Arnalli, capellani de Lordam. Sig+num Ioannis de Tolom. Sig+num Raimundi de Iuarz. Sig+num Petri de Comdor. Sig+num Raimundi Rog. Sig+num Bernardi, fratri eorum. Hii sunt testes uisores et firmatores.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit suumque Si+gnum posuit die et anno prefixo.

1. *El pergamí està lleugerament raspat en diversos punts.*

565

1185, juliol, 17

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, dóna a l'església de Santa Maria d'Alaó les esglésies d'Andaní, amb reserva del domini i jurisdicció sobre aquestes i, a més a més, d'altres drets específics.

A'. APA, Car. 959. Quiròg raf partit per A B C D E F G H I K L M N.
B. *Resumen*, doc. 370.

In nomine Domni. Notum sit cunctis, presentibus atque futuris, qualiter ego, Raimundus, Aggerensis ecclesie abbas, consilio et uoluntate nostre congregacionis[1] damus domno Deo et beate Marie Alaonis et Kalamerie? et uobis, Petro Alaonensi abbati, et monachis eiusdem loci, tam presentibus quam futuris, ipsas ecclesias de Andaní cum omnibus suis pertinenciis in perpetuum. Tali uero condicione damus uobis prephatis et successoribus uestris predictas ecclesias, ut habeatis eas per nos et per successores nostros, saluo iure Aggerensis ecclesie quod nos ibi retinemus, cenas uidelicet et questias atque iusticias et omnia iura nostra et dominium, sicut in omnibus aliis ecclesiis nostris habemus. Et monachusne?[2] siue clericusne?, quem uos et successores uestri ibi miseritis, sit nobis et sucessoribus nostris obediens in omnibus et per omnia sicut alii clerici nostri qui ecclesias tenent per nos. Ita tamen, ut nos et successores nostri simus uobis et uestris adiutores et defensores de predictis ecclesiis et omnibus suis rebus, et faciamus eas uobis et uestris tenere et habere ut predictum est secundum nostrum posse.

Facta carta ista XVI kalendas augusti anno domnice incarnacionis M C° LXXX° V°.

Sign+um Raimundi,[2] Aggerensis ecclesie abbatis. Sig+num Arnaldi, predicte ecclesie sacriste. Sig+num Arnaldi, capellani de Couedet et de Lordano. Sig+num Raimundi de Iuarz. Sign+um Spagnolli. Sig+num Petri de Solanellis. Nos, qui hanc cartam donacionis mandauimus scribere et propriis manibus firmauimus testibusque firmare precipimus. Sig+num Petri de Ager. Sig+num Raimundi, capellani de Alferraz. Sig+num Petri Iusti. Sig+num Petri Allebert. Huius rei testes sunt.

Bernardus de Petra, sancte Marie de Kalameria prior, a supradictis auctoribus rogatus scripsit hanc[3] cartam et hoc signum + fecit.

1. e *afegida a la interlínia.* 2. *Les dues paraules acaben amb una* n *amb un punt a sota ¿abreviatura o bé obliteració?* 2. *Subscripció quirogràfica?* 3. *Hi ha una* c *obliterada mitjançant una ratlla vertical entre la* a *i la* n.

566

1185, novembre, 14. Albelda

Dulcis, comtessa vídua d'Urgell, i el seu fill, Ermengol [VIII], donen a Sant Pere d'Àger un alou a Albesa per compliment de la voluntat d'Ermengol VII.

B. ACL, fons d'Àger, doc. 1231, Car. 527. Còpia segle XIII in.
C. *Resumen*, doc. 371.

Cunctis legentibus atque audientibus pateat qualiter ego, Dulcia, Dei gratia Vrgelle comitissa, et Ermengaudus, dilectus filius meus Vrgelle comes, bono animo et gratuita uoluntate pro redempcione anime domni comitis, qui est condus, cui sit requies, et nostra damus, tradimus, liberamus atque in perpetuum concedimus domno Deo et almum virginis Marie et Aggerensis ecclesia beati Petri et canonicis ibi Deo seruientibus, tam presentibus quam futuris, unam pariliatam de alaude intus terminis de Albella, in locum qui uocitant Cinosello. Que affrontat ex una parte in uia publica qua pergit apud Ylerda, de alia parte in termino de Almanara, de III in alaude de Petri Exemum, de IIII uero parte in ipsa bassa. Quantum inter istas affrontaciones ambiunt atque concludunt, sic damus et concedimus uobis et successoribus uestris et Raimundus, abbas eiusdem loci, unam pariliatam obtimam alaudii francham et

ingenuam et ab omni seruitute remotam et sine uynculo nullius hominis ad omnes uoluntates uestras faciendas in perpetuum. Et de nostro dominio in uestro tradimus et potestate iure hereditario. Hoc donum facimus ex precepto domni comitis Vrgelle cari nostri, cui sit requies, qui ad extremum uyte sue iussit dare et deliberare prefatum locum, et proinde conuenimus uobis esse garantes. Si quis hanc cartam infringerit, in duplo componat.

Facta huius carta donacionis XVIIIº kalendas decembris anno dominice incarnacionis MºCº LXXXºVº.

Sig+num Domne Dulcie, Vrgelle comitisse. Sig+num Ermengaudi, eius filii Vrgelle comitis. Sig+num Berengarii de Ganalor. Sig+num Frontini. Sig+num Turres. Sig+num Guillelmo, baiulo nostro de Albella. Sig+num Petri Exemum. Sig+num Enneg Sancii. Testes sunt isti. Sig+num Domne Marchesie, filie comitisse.

Ego, Petrus, notarius domne Dulcie, Vrgelle comitisse, ex precepto suo hanc cartam scripsi et hoc Sig+num feci apud Albella.

567

1186, gener, 26

Guillem de Meià torna a Sant Pere d'Àger els delmes de la dominicatura del vescomte a Castelló. Com a contraprestació Sant Pere d'Àger honrarà el seu aniversari.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 181, Car. 658.
B. APA, Car. 788. Còpia coetània.
[C]. Cartulari, doc. 11, f. 5r.[a]
D. *Resumen*, doc. 368.

Sciant omnes qui hanc scripturam audituri sunt uel lecturi qualiter ego, Guillelmus de Midiano, dono, reddo hac diffinio domno Deo et ecclesie sancti Petri Aggerensi omnem meum decimum quod ego habeo et habere debeo de ipsa dominicatura uicecomitis, que est in ipso castro de Castellone et in suis terminis, per fidem sine nullo malo ingenio absque ulla reseruacione per secula cuncta. Hoc autem difinio et reddo in manu Raimundi, abbatis, quomodo superius scriptum est pro redemcione anime mee hac patris et matris mee et parentum meorum. Tali conuentu, ut in ecclesia sancti Petri Aggerensi faciant aniuersarium annuatim pro redemcionem animarum nostrarum sicut unum ex fratribus ipsius

loci. Et ego, Guillelmus de Midiano, accipio in guarda et in baiulia omnem honorem ecclesie sancti Petri Aggerensi et cannonicis cum omnibus rebus suis, quod hodie habent aut in antea habuerint, ut defendam et custodiam contra cunctos homines et feminas secundum meum posse per fidem rectam sine ullo malo ingenio.

Actum est hoc VII kalendas febroarii anno ab incarnacione Domni MºCº LXXXº Vº.

Sig+num Guillelmi de Midiano, qui hoc laudo et confirmo. Sig+num Berengarii de Vidues. Sig+num Guillelmi de Vedrenna. Sig+num Arnalli de Auelanas. Sig+num A[rnalli] de Bellomonte. Sig+num Arnalli de Tolo. Sig+num Petri de Midiano.

Gyllelmus, presbiter, rogatus scripsit[1] et hoc sig+num imposuit die et anno quo supra.

a. *Vid. la introducció.*

1. sprissit.

568

1186, març, 3

Arnau de Conques i la seva dona, Dulcis, tornen a Sant Pere d'Àger els delmes de la dominicatura del vescomte a Castelló i a Ivars.

A. APA, Car. 1011.
[B]. CARTULARI, doc. 10, f. 4v.[a]
C. *Resumen*, doc. 369.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, Arnallus de Chocas, et uxor mea, Dolza, damus, et reddimus hac diffinimus bono corde et uoluntate spontanea domno Deo et ecclesie sancti Petri de Agger in manu Raimundi, abbatis, et aliorum cannonicorum illum decimum de dominicatura uicecomitis, quod nos accipimus uel accipere solemus in Castellione et in Iuarz. Hoc autem facimus pro redemptione animarum nostrarum tali uidelicet ratione quod, si aliquis senioribus prefatorum castrorum prenominatum decimum per directum recuperare possuerit a iamdicto abbate et cannonicis, ego, Arnallus de Cochas, et Dulzia prelibatum decimum recuperemus in pace nos et nostros.

Actum est V nonas marci dominice incarnacionis anno MºCºLXXXºVº.

FUNDACIÓ NOGUERA

Sig+num Arnalli de Cochas. Sig+num Dulcie. Sig+num Arnalli, filii eorum. Nos, qui hanc cartam donationis uel diffinicionis mandauimus scripbi testibusque firmari rogauimus. Sig+num Bernardi de Cass. Sig+num Ameli. Sig+num Bernardi de Scio.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit suumque + posuit die et anno prefixo.

a. *Vid. la introducció.*

569

1186, juny, 27

Ramon de Rubió dóna a Sant Pere d'Àger un caputmansum *a Queralt.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 94, Car. 1941.
B. *Resumen*, ap., doc. 58.

Cunctis pateat presentibus atque futuris quod ego, Raimundus de Rubio, pro me et omnibus meis omnipotenti Deo et ecclesie beati Petri de Ager hac domno abbati eiusdem ecclesie omnibusque fratribus ibi seruientibus quendam hominem, nomine Bernard de Bordel, dimito ac dono cum suo capudmansso atque omnibus suis pertinenciis. Ac ipse homo est in uilla de Cheralt et illius capudmanssum. Atque annuatim facere debet pernam quandam cum pane et uino atque annona et questia ac cum plurimis aliis obsequiis. Et pater meus mihi relinquid predictum hominem liberum et franchum ad faciendum uoluntatem meam. Et, sicuti ego habeo uel habere debeo hoc prescriptum, ita dono et trado Deo et ecclesie sancti Petri de Agger et, ut est suprascriptum, nunc et semper et per secula cuncta maneat hoc quomodo est prescriptum.

Actum est hoc V kalendarum iulii anno ab incarnacione[1] Domni Mº Cº LXXXº VI.

Sig+num Raimundi, qui hoc iussit scripbere testibusque firmare rogauit. Sig+num Petri de Rubio. Sig+num Bernardi. Sig+num Beregarii. Qui hoc firmauerunt. Sig+num Bernardi Amilg. Sig+num Petri de Castello. Sig+num Raimundi Amilg. Isti sunt testes.

Sacerdos Geraldus + hoc scripsit.

1. incarnane.

FUNDACIÓ NOGUERA

570

1186, novembre, 19

Pere Vida i la seva dona, Alegreta, donen a Sant Pere d'Àger un llinar a Nocet com a compensació del cens que havien de satisfer a l'esmentada església en compliment del testament de Bartomeu, capellà de Purroi.

A'. ACL, doc.17, Car. 1975. Quiròg raf partit per A B C D...
B. Cartulari, doc. 304, f. 136r-v.
C. *Resumen*, doc. 374.

Notum sit cunctis audientibus quam Bartolomeus, capellanus de Pugrog, iuit ad Romam cum Raimundo, Aggerenssi abbati, et in itinere, in uilla que dicitur Aqua Pendent, infirmatus est et fecit suum testamentum, et inter cetera multa que dixit et dimisit et in suo testamento scripbi fecit, dixit et fecit scripbi in suo testamento quod, si moreretur ex illa infirmitate, dimitebat et donabat ad ecclesiam Aggerensem sancti Petri et ad Aggerenssem abbatem et ad cannonicis eiusdem loci pro anima sua per unumquemque annum unum sestarium frumenti de la terra que est ad Santam Crucem, et duo sestaria pur uini de la uinea que uocatur uinea de Pugrog. Et abbas et iamdicti cannonici facerent aniuersarium pro anima prefati Bartolomei in unoquoque anno in alio die festiuitatis sancti Ioannis Babtiste. Vnde ego, Petrus Vida, et coniux mea, Alegreta, et cognatus meus, Guillelmus de Corza, et coniux sua, Agnes, nos in simul, gratis et bona uolumptate pro aniuersario isto donamus, tradimus et concedimus domno Deo et sancto principi Apostolorum Petro et ecclesie Aggerensi et Raimundo, Aggerensi abbati, et cannonicis eiusdem loci ad proprium alaudium per secula cuncta unum linar in uilla de Agger, in locum que uocatur Nozett, cum exitibus et regressibus et suis pertinenciis cunctis. Et habet affrontaciones de una parte in ortum de Arnallo de Anglerola, de alia in linar Bernardi de Mur, de III in linar Raimundi Exabel qui iam fuit, de IIII uero parte in uia que ducit ad uillam que dicitur Petra. Et ego, Raimundus Aggerenssis abbas, cum consilio et uolumptate Aggerenssium cannonicorum dimitimus et deliberauimus uobis, Petro Vida, et Alegreta, et Guillelmo de Corza, et Agnes, istum supradictum censum uini et frumenti uobis et successoribus uestris per secula cuncta propter supradictum linar quod dedistis ecclesie sancti Petri Aggerenssi et nobis ad proprium alaudium per secula cuncta.

FRUCTUOS NOGUERA

Factum est hoc X III kalendarum decembris anno domnice incarnacionis MºCº LXXXº VIº.

Sig+num Petri Vida. Sig+num Alegretae. Sig+num Guillelmi de Corza. Sig+num Agnes. Sig+num Mathei. Nos, qui hanc cartam mandauimus scripbi testibusque firmari rogauimus. Sig+num Raimundi, Aggerenssi abbatis. Sig+num Arnalli, sacriste. Sig+num Ioannis de Tolo. Sig+num Raimundi de Iuarz. Sig+num Petri Fortunz. Sig+num Mathei. Sig+num Raimundi Escuder. Isti sunt testes.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit suumque sig+num posuit die et anno prenotato.

571

1186, desembre

[A]. Car. 360. Exemplar perdut.
B. *Compendi*, doc. 360.
C. *Resumen*, doc. 375.

Pons Biscompte de Cabrera, y sa muller Çamarquesa, ab son fill Gueral dónan a Sta María de Camterrés una pessa de Alou plantada de olivers, que tenian, sita devant la Porta de dita Iglèsía de Sta María de Camterres.

Fet en lo mes de Desembre del any 1186.

572

1187, febrer, 10. Valladolid

Ermengol [VIII] d'Urgell i Ponç de Cabrera signen un tractat d'amistat i es comprometen a auxiliar-se mútuament contra tots, excepte el rei d'Aragó.

A'. ACL, fons d'Àger, doc. 1014, Car. 1582. Quiròg raf partit per I G A B O C P D E...
B. *Resumen*, doc. 372.

In Dei nomine amen. Res geste scripto firmantur ne post modum obliuiori tradantur. Hiccirco notum sit cunctis presentibus atque futuris quod hec est conueniencia sacramenta firmata inter dominum Ermengaudum, comitem Vrgellenssem, filium domne

D[ulcie] comitisse, et inter domnus Poncius, uicecomitem de Cabrera, filium B[erengarie] uicecomitisse, facta. In qua ego, dictus P[oncius], uicecomes de Cabrera, conuenio tibi, prefato domno E[remengaudo], comiti Vrgellenssi, quod ego cum corpore meo, cum amicis et uassallis, cum terra et honore et cum quanto abeo et habere potero tibi ualeam et adiuuem ad guerram faciendam contra cunctos homines et feminas huius mundi, exceptus domno meo, rege Aragon, et de homines mei qui suum directum ad te uolebant facere et tuum accipere. Deinde, si homines mei uolebant accipere tuum directum et suum tibi dare et uos noluisti a[ccipere][1], siats meo tengud et accipiatis directum per me. Sin autem homines mei nolebant accipere tuum directum per me uel suum facere, sian uestro tengud et ualeam tibi secundum meum posse per bonam fidem et sine omni tuo malo ingenio. Et, si ego, [Poncius], uicecomite de Cabrera, filius B[erengarie] uicecomitissa femina, non atenia ad te, E[rmengaudum], comitem Vrgellensem, filius D[ulcie] comitisse, ista sacramenta et conueniencia sicut suprascriptum est, nem malmenaua contra te de omnibus rebus unde militem se malmena contra suum dominum, uti reptare mihi possis que non demani alium par et que ne stia a tornes ad uno milite de mea forza e mon contrasemblant. Hoc conuenio tibi ego P[oncius], uicecomes de Cabrera, filius B[erengarie] uicecomitise, conuenio tibi, E[rmengaudo], comes Vrgellensium, filius Dulcie, comitise, et iuro ut ego tibi atendam et teneam in uita mea per Deum et sanctam Crucem + et quatuor sancta Euangelia. Et ego, predictus E[remengaudus], comes Vrgellensem, filius D[ulcie], comitise, similiter in hac eadem conueniencia prefata conuenio tibi, prefato P[oncio], uicecomes de Cabrera, filio B[erengarie] uicecomitisse, quod ego cum corpore meo, cum amicis et uassallis, cum terra et onore et cum quanto abeo et habere potero tibi ualeam et adiuuem ad guerram faciendam contra cunctos homines et feminas huius mundi, exceptus domno meo, rege Aragon, et de homines mei qui suum directum ad te uolebant facere et tuum accipere. Deinde, si homines mei uolebant accipere tuum directum et suum tibi dare et noluistis accipere, siatsne meo tengud et accipiatis directum per me. Sin autem homines mei nolebant accipere tuum directum per me, sian tengud et ualeam tibi secundum meum posse per bonam fidem et sine omni tuo malo ingenio. Et, si E[rmengaudus], comes Vrgelle, filius D[ulcie] comitisse, non atenia ad te, P[oncium], uicecomitem de Cabrera, filius B[erengarie], uicecomitise, ista sacramenta et conueniencia,

sicut suprascriptum est, nem malmenaua contra te de omnibus rebus unde senior se malmena contra suum militem unde mihi possis reptare, que non demani alium par et que ne stia a tornes ad uno milite de mea forza et de meo contrasemblant. Ego, E[rmengaudus], comes Vrgelle, filius D[ulcie] comitisse, conuenio tibi, P[oncio], uicecomiti de Cabrera, filio B[erengarie]. uicecomitisse, et iuro ut ego tibi atendam et teneam sicut superius scriptum est in uita mea me per Deum et sanctam Crucem + et quatuor sancta Euangelia.

Acta conueniencia apud Valleroliti IIII idus febroarii anno ab incarnacione Domini M° C° LXXX° VI.

Sig+num Ermengaudi, comitis Vrgelle. Sig+num Poncii, uicecomitis de Cabrera. Qui hanc cartam fieri iussimus, propriis manibus firmamus et hos testes firmare rogamus. Sig+num Petrus, ecclesie sancte Marie Vallerolitis. Sig+num Bernardi de Cas. Sig+num Bernardi, scriptoris. Sig+num Berengarii de Stanol. Nos sumus testes huius rei uisores et auditores.

Andreas, qui hanc cartam scripsit et hoc signum fecit +.

1. *El pergamí està lleugerament rosegat.*

573

[*Circa* 1187]

Arnaleta dóna tots els seus béns d'Àger a Sant Pere. Com a contraprestació demana que sigui enterrada a l'esmentada església.

B. APA, Car. 349.[a] doc. 2. Fragment d'un cartulari? Palimpsest.
C. *Resumen*, doc. 333, final.[b]

Ego, Arnalleta, dono, reddo hac difinio omnes directos quod habeo uel habere debeo in Agger et in suis terminis domno Deo et ecclesie sancti Petri Aggeris in manu Raimundi, abbatis, et cannonicorum eiusdem loci de tota ipsa honore ab integrum que pater meus et mater mea habuerunt in Agger et in suis terminis omni tempore, similiter de fratri meo Raimundo omnes suos directos. Sig+um Arnalleta, qui hoc dono et laudo et firmo et testibus firmari facio et mandaui scripbi. Sig+num Guillelmi sancti Saturnini. Sig+num Bernardi Faulete. Sig+num Arnalli, sacriste.

Et ad finem meam sim collocatam in Aggerensis ecclesiam cum hoc quod habere potuerim.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit per mandamentum Arnallete.

Notum sit omnibus hominibus quod

a. *Vid. la nota al document 513. Una prova del que diem es pot constatar al* notum sit... *que apareix al final del text.* b. *La referència a aquest document al* Resumen *no és res més que un apèndix al document que veritablement li interessa ressenyar.*

574

1187, març, 13

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, cedeix en cens a Pere Bataller, Domènec Bataller i Arnau de Tou un alou a Cogul.

A. BC, perg. 4007. Car. 1225. Quiròg raf partit per D E U S...
B. Cartulari, doc. 44, f. 28r-v.
C. *Resumen*, doc. 373.

Notum sit cunctis audientibus qualiter ego, Raimundus Aggerensis abbas, cum consilio et uolumptate Aggerensi clericorum conuentu donamus, concedimus et deliberamus uobis, Petro Bataller, et Dominico Bataller, et Arnallo del Tou totum illud alaudium quod uos tenetis in termino de Cocul in tali uidelicet conuenientia quod bene et fideliter laboretis illud, et detis in unoquoque anno ecclesie Aggerensi sancti Petri et nobis et successoribus nostris III fanechas de bel forment, et III fanechas de bel ordi, et III fanecas de bela auena, et decimas et primicias fideliter a fanecha uenal de milla. Et non eligatis de prenominato alodium alium patronum neque alium seniorem preter Aggerenssem ecclesiam sancti Petri et me, Aggerenssem[1] abbatem, et successores meos abbates et Aggerenssium clericorum conuentu. Et, ut superius dictum est, de predicto alaudio in unoquoque anno supradictum persoluite censum uos et posteritas uestra, et sic habeatis illud ad seruitium et ad fidelitatem ecclesie Aggerensi sancti Petri et nostra per secula cuncta. Et, si nobis fori feceritis aliquid de prenominato alaudio uel de alia aliaque re, uos uel posteritas uestra sine aliqua excusatione firmate nobis directum et successoribus nostris et Aggerensi clericorum conuentui, et facite directum nobis in manu nostra. Et sepedictum censum in unoquoque anno persoluite illud usque ad festiuitatem sancte Marie mediantis agusti. Et nos erimus uobis guarents de isto alaudio contra omnes homines uel feminas ad directum. Et manutenebimus nos et[2] successores nostros uos et posteritatem uestram que prefatum alaudium tenuerit in omnibus

rebus secundum nostrum posse. Et uos neque posteritas uestra non uendatis de ipso alaudio nec diuidatis inter filios nec inter alios, set unus post unum de posteritate uestra teneat illud. Et, si forte, quoacti magna necessitate uelletis uendere aut inpinnorare ipsum alaudium aut de ipso alaudio, nobis uendite aut inpinnorate uel illi cui nos uoluerimus, et aliter nullo modo possitis uendere de predicto alaudio uel predictum alaudium.

Factum est hoc III idus marcii anno dominice incarnationis C° LXXX° VI post millesimum.

Sig+num Raimundi, Aggerensi abbatis, qui hanc cartam mandaui scripbi testibusque firmari. Sig+num Arnalli, sacriste. Sign+um Arnalli, capellani de Lorda. Sig+um Guillelmi Romani. Sig+um Petri, prioris de Castello. Sig+um Bernardi, prioris de Momachastre. sig+um Ioannis de Tolo. Sig+um Raimundi de Iuarz.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit suumque sig+num posuit die et anno prefixo.

1. Aggerenssem *repetit*. 2. et *escrit a sobre d'una paraula corregida*.

575

1187, abril, 9

Arnau, fill de Bonafilla, ven a Joan de Toló una terra amb trenta oliveres a Àger pel preu de quaranta sous en moneda d'Agramunt.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 724, Car. 1725.
B. Cartulari, doc. 120, f. 65v-66r.
C. *Resumen*, doc. 376.

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego, Arnallus de Bona Filla, vendo tibi, Ioanni de Tolo, cannonico Murensi atque Aggerenssi, unam terram con triginta oliuariis, que ibi plantata sunt, infra terminos de Aggere, in loco ubi dicitur a la Plana, iusta Marunna. Et affrontat de una parte orientis in terra et in oliuariis de Bernad de Albesa, de alia parte in terra et in oliuariis de Boneta de Arnall Fortes, de tertia uero parte in terra et in oliuariis de Arnallo Talauera de Albesa, de quarta siquidem parte in uinea et in oliuariis de Ioanne de Alen. Quantum iste affrontaciones[1] includunt et isti termini ambiunt uendo ego, Arnallus de Bona Filla, tibi, iam dicto Ioanni de Tolo, Murenssi atque Aggerenssi cannonico, cum exitibus et ingressus ad tuum proprium alaudem francum et liberum absque ullo

censu et absque ulla subiugacione et absque ulla retentione ad faciendam[2] tuam uoluntatem[3] per secula cuncta. Predicta terra et oliuaria triginta, que in ista terra plantata sunt, et cetera omnia, que ibi sunt uel aessae potuerunt, de terra usque ad celum; et de meo iure in tuum trado et delibero dominium et potestatem et illius cui tu dubitare uolueris. Et ego, Arnallus predictus, filius de Bona Filla, recipio[4] a te, Ioanne, cannonico predicto, de supra dicta terra et de oliuariis, que ibi plantata sunt, pretium placibile, solidos quadraginta denariorum Agremontensis monete. Et est ita uerum et manifestum. Et, si ego, Arnallus, filius de Bona Filla, aut nullus homo uel femina qui contra hanc cartam uenerit qui inquietet eam, non hoc facere ualeat, sed hec supra dicta firma permaneat, et ille uel illa qui hoc facere uoluerit, non hoc facere ualeat, set in triplo componat.

Factum est hoc V° idus aprilis dominice incarnacionis anno C° LXXX° VII° post millesimum..

Sig+num Arnalli, filii de Bona Filla. Sig+num de Bona Filla, matre iam dicti Arnalli. Nos in simul ambo, qui hanc cartam mandauimus scripbi testibusque firmari rogauimus. Sig+num Raimundi, Aggerenssis abbati. Sig+num Arnalli, sacriste. Sig+num Raimundi de Iuarz. Sig+num Ioannis de Fezet. Sig+num Raimundi de Cass. Sig+num de Pocolul. Sig+num Bernardi Faulete. Isti sunt testes uisores et auditores et firmatores.

Iterum sig+num supradicti Pocolul, qui fide est de saluetat tali modo, quod in uita et in morte de Pocolul Ioannes uel cui Ioannes dubitare uoluerit, habeat in omnibus rebus de Pocolul.

Bernardus, leuita, qui hoc rogatus scripsit suumque sig+num possuit die et anno prefixo.

1. affrotaciones. 2. fatiendam. 3. uoluntetem. 4. recipo.

FUNDACIÓ OGUERA

576

[*Circa* 1187]

L'abat i el Capítol de Sant Pere d'Àger fan una relació dels greuges que els ha inferit Ramon d'Anya després de la mort del seu germà Alegret.

A. BC, perg. 4044, Car. 2456.
B. *Resumen*, ap., doc. 41.

Hec est querimonia que[1] facit scribere domno abbas Agerensi cum conuentu sancti Petri que fecit nobis R[aimundus] de Agna post morte fratri suo Alegret.

In primis uenit ad caputmansum nostrum de Camporasio et fecit ibi aperire cigas nostras ubi erit cibaria nostra que uenerit de Artesa, uel de Monteceniso, et de Castellione de Lorda, et de Tolo, et cum illo alio qui fuit de termino Momagastrensi fuerunt quatuor modios et XI^{m} sextarios tritici, et quinque modios et VIIII^{m} sextarios ordei, et III modios et sextarios VI de auena.

Post ista malefacta fecit alia. Veniebat cibaria de castro Castellione de Lorda, erat in numero VIIII^{m} pernas, quinque ex eas de duos solidos unaqueque, et XX^{ti} et IIII^{or} galinas, et XII^{m} solidos denarios, et X^{m} et VIII^{to} formaticos, et duos sextarios olei, et quinque libras de lana.

Et super ipsa melfacta, sic duxerunt homines nostros captos uel ligatos usque ad flumen Sigoris, et expoliauerunt ibi eos de uestimentis et de calciamentis uel de armis, ita fecerunt per consilio Raimundo de Agna et Raimundo de Carmenzo.

Et fecerunt alia preda en Pug de Fex et traxit de domo nostra I mul, et I tonna, et I barril, et I kallera, et I archa, et sex besties menudes,[2] et I porc de VIII^{to} solidos. Post ista malefacta fecit alia: traxit I mula de domo sancti Michaelis.

Similiter tollit a baiulo nostro de Camterres XX^{ti} solidos; post ista facta uenit morte super homine nostro et abebat uxorem accepta de VII^{m} menses, et illa impregnauit se et nafrauit se.[3] Et domno Raimundo de Agna, quare illos non abuerunt filios, expoliauit domo nostra de pane et uino[4] et de omnis bestiis.

1. qeue. 2. et sex besties menudes *escrit sobre un text raspat.* 3. *Darrere i obliterat mitjançant una ratlla* et illo. 4. *Íd. anterior* et caro.

577

1187, maig, 19. Agramunt, Castelló de Farfanya

Ermengol [VIII], comte d'Urgell, per consell de l'arquebisbe de Tarragona, Berenguer, i del bisbe d'Urgell, Arnau, atorga la present constitució de Pau i Treva. Manifesta la seva adhesió el vescomte Ponç de Cabrera, que l'estén de forma expressa a tot el seu territori, i més de cent nobles i senyors de la Catalunya occidental.

B. BC, perg. 4094, Car. 1563. Còpia coetània.
C. Cartulari, doc. 315, f. 141v-143r.

D. *Resumen*, doc. 377.
E. Ms. 520 Fondo Español de la BN de París, f. 259.[1]
a. VALLS TABERNER, F. *Revista Jurídica de Catalunya*, vol. XXXIV, juliol-agost 1928, pp. 354-356.
b. VILLANUEVA, *Memorias cronológicas...*, ap. XXIX, pp. 334-337.
c. CORREDERA, *El Archivo de Ager...*, ap. 11, pp. 234-238.
d. GONZALVO I BOU, "La pau i treva...", pp. 170-173.
e. GONZALVO I BOU, *Les constitucions de pau...*, doc. 16, pp. 83-91.

Cum singulis ius suum consuet iusticia conplectenda est omnibus et amanda, scriptum est enim: diligete iusticiam qui iudicatis terram.[2] Constat autem quia pax Dei que exsuperat omnem senssum[3] iustum ministrat fomitem et augmentum. Inde est quod diuina maiestas, per quam reges regnant et potentes conseruant[4] iusticiam, non mediocriter letatur hac delectatur in multitudine pacis quod inde palam est quia Domnus ipse in Euangelio dicit: beati pacifici quoniam filii Dei uocabuntur.[5] Passurus etiam Domnus ait discipulis suis: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis.[6] Post resurreccionem quoque suam ad pacem eos iterum inuitauit cum dixit: pax uobis. Apostolus etiam dicit: pacem sectamini inuicem et in omnes.[7] Huius rationis intuitu placuit mihi, Ermengaudo, Dei gratia Vrgellensium comiti, comunicato consilio procerum et magnatum meorum, quorum nomina inferius subponetur, una cum domno Berengario, Terrachonensse archiepiscopo, et episcopo Arnalldo Vrgelle, quorum me parrochianum fateor et agnosco, gratia conseruande iusticie, ad honorem Dei et comodum totius terre mee, de bono pacis tractare et super eius stabilimento consilium habere salubre.

In primis ergo de communi omnium consilio fuit uero, quia sancta mater ecclesia sponsa Christi est, in omnibus et pro omnibus honoretur; honor is[8] sponse, sponsum letificat et honorat; ea propter uniuersas ecclesias per totam terram dominacionis nostre et monasteria omnia, miliciam quoque et Ospitale et omnia loca religiosa, comunitates, et cemiteria, et[9] sacraria omnia omnium ecclesiarum monasteriorum, Hospitale milicie, et omnium religiosorum locorum necnon [clerico]s[10] et monachos, sanctimoniales, et uidues et omnes religiosas personas cum omnibus quibus ad ius ecclesiarum et monasteriorum, [11]Hospitale et milicie, et omnium religiosorum locorum seu etiam ad ius clericorum monachorum et omnium religiosarum personarum et uiduarum[11] pertinere, quoquo modo noscuntur, sub perpetua pace et firma securitate statuimus, quatinus nulli omnino hominum liceat illis dapnum, lesionem uel molestiam in aliquo loco irrogare, uel aliqua iniuria aud dedecore eos molestare.

Sub eadem pace et securitate uias puplicas et caminos siue stratas ponimus et statuimus, ut nulli in uia publica uel in strata malum aliquod uel molestia inferatur.

Mercatores etiam et omnes transeuntes per uias puplicas et per stratas in eadem pace et securitate colligimus et statuimus.

Et, ut eque gaudeant pace nostra diues et pauper, rusticos omnes agricolas et colonos cum omni mobili suo, oues etiam et boues, uachas, yrchos, capras, mulos, asinos, equas, et porchos, et ad[11] ultimum uniuersa pecora, iuga etiam et arata et omnia aratoria instrumenta sub hac tregua et pace et firma securitate perpetuo esse sancimus.

Interdicimus uero et quantum scimus et possumus prohibemus ut nullus hominum occasione guerre, uel pignoris, uel uindicte, uel absolucione et licencia cuiusquam rapere uel abducere usquam presumat boues uel bestias iugales seu aratorias aut aliqua aratoria instrumenta. Nulli quoque hominum liceat neque bubulcos neque rusticos, neque homines inhermes ad bubulchos siue ad arata confugentes, neque etiam opiliones uel pastores armentorum et gregum inuadere uel capere seu in aliquo molestare.

Igitur autem incendia et oliuarum excisiones, quantum scimus et possumus, prohibemus.

Placuit etiam et de comuni omnium consilio fuit dies Quadragesime, et Aduentus Domini, festiuitates etiam uniuersas beate et gloriose uirginis Marie, et sanctorum apostolorum P[etri] et Pauli, Philipi et Iacobi, Simonis et Iude, et sancti Iacobi, et sancti Andree, et sancti Bartolomei, et sancti Iohannis Babtiste, et sancti Martini, et sancti Marchi, et sancti Luche, et sancti Mathei, et sancte Marie Magdalene, et Omnium Sanctorum, et omnes festiuitates que sunt a natali Domni usque ad transactum festum sancti Ylarii,[12] et festiuitatem sancti Martini in firma pace et securitate constitui et seruari, ut in omnibus predictis diebus nullus hominum alicui alii etiam si enemicus eius estiterit, malum aliquod uel lesionem aliquam occasione guere uel aliqualibus occasione inferre presumat.

Si quis autem temerario ausu pacem nostram uel treguas in aliquo uiolare presumpserit, ad mandatum et exortacionem baiuli uel uicarii comitis infra XV dies illatum dampnum restituat simplum, et, preterea, comiti aud uicario eius pro pacis inuasione LX solidos persoluat. Super hoc autem, ut citius[13] conpleatur, apud uicarium comitis pignora sua sine dilacione deponat. Si autem

infra XV dies malefacta omnia non restituerit et pignora sua non tradiderit, excomunicacionis sentencie subiaceat et a pace nostra et tregua tamdiu alienus existat, donec malefacta omnia in duplum restituat et LX solidos comiti uel uicario suo pro pacis inuasione persoluat. Si quis autem miles uel si qua alia persona ad mandamentum et exortacionem comitis uel uicarii sui iniuriam passo uel passis iusticiam exibere noluerit, excomunicacioni subiaceat et a pace nostra usque quo condigne satisfaciat excludatur.

Aduersario eius pacis nostre tranquillitate gaudente, comes etiam et omnes proceres et h[omi]nes[10] sui contra illum uadant et uindictam sumant contra illum qui pacem fregerit et emendare noluerit. Vltores etiam pacis infricte a comite protegantur et a[magnatibus sui]s[10]

Sicut scriptum est superius, sic ego, E[rmengaudus], Dei [gratia[14]]Vrgellensis comes, diuino ductus amore totum pro posse meo in omnibus obseruare conuenio et iuro coram domno Deo [et omni populo][10] in ecclesie sancte Marie de Agrimonte, sic me Deus adiuuet et hec sancta IIII^or^ Euangelia.

Et ego, Poncius de Capraria uicecomite, mito ipsa honore mea que abeo de ipsa Nocharia qui currit per Belmont et per Blanchafort usque ad aliam Nogeram de sancta [Linia et de][15] Monte Sico usque ad ipsum terminum de Corbins et uenit in flumen Sicoris, quantum ego ibi abeo infra ipsos terminos nec alius homo. Et in super mittimus in ipsa tregua et pace, ut supérius scriptum est, in ipsum castrum de Bellomonte, et Fedet, et Finestres, et Blanchaforte; his quatuor castros cum suis terminibus et ipsa honore que abeo in comitatu Vrgellensi, prenotatum castro de Momagastre, et de Artesa, et de Comedols cum terminis suis, quantum ego ibi abeo uel abere debeo, ego nec alius homo in pace et in tregua suprascripta; et recipio monete Agrimontese que currat per ista mea honore suprascripta sine dubio ad tota omnia.

Et ego, E[rmengaudus], Dei gratia Vrgellensis comes, recipio ipsa honore prenominata in pace et in tregua nostra sine inganno, et iuro coram domno Deo et ad te, P[oncio] Capraria, et omni populo in ecclesia sancti Michaelis Castellione, ut ego teneam et atendam sicut superius scriptum est. Sic mihi Deus adiuuet et hec sancta IIII^or^ Euangelia. Et ego, P[oncius] de Capraria, iuro ad te, domno meo Ermengaudo, et coram omni populo in ecclesia sancti Michaelis Castellione ut ego teneam et atendam, sicut superius scriptum est. Sic me Deus adiuuet et hec sancta IIII^or^ Euangelia.

Actum est hoc XIIII kalendas iunii anno ab incarnacione Domni MºCº LXXXº VII. Sign+um E[rmengaudi], Dei gratia comitis Vrgellensis, qui hoc iuro et firmo. Sign+um P[onci] de Capraria. Qui hoc iuramus et firmamus, a proceribus et magnatibus nostris iurari et firmari mandauimus atque precipimus.

Sign+um G. de Cardona. Sign+um Gaucerandi de Pinos. Sign+um G. de Anglerola. Sign+um R. de Torroga. Sig+num P. de Beluis. Sign+um B. de Granaria. Sign+um R. de Ribeles. Sign+um P. de Sancta Fide. Sign+um R. de Petramola. Sign+um G. de Mediano. Sign+um R. de Sero. Sign+um R. de Abela. Sign+um G. de Ponts. Sign+um G. de Ceruera. Sign+um B. de Concabela. Sign+um A de Alos. Sign+um P. Sero. +um R. de Montecatano.

Omnes isti, quorum nomina et superius et inferius scripta sunt, iurauerunt pacem et treguam istam.

Sign+um A. de Anglerola. Sign+um R. de Corrizano. Sign+um R. Berengarii. Sign+um R, Agerensi abbati. Sign+um P. de Ager. Sign+um P. Sancti Iusti. Sign+um A. de Conches. Sign+um B. de Ager et P. Bertrandi et Berenger Mauri. Sign+um R. de Clarmont et Berenger de Clarmont et G. Sign+um Beoni et P., filii sui. Sign+um R. de sancti Laurencii et B. et R., filii sui. Sign+um G. de Mont[Falco, Be]renger[10] de Petra Pertusa et Amalrrich de Valsegera et R. de Caneles et Ameli de Milla. Sign+um B. de Cass, et P. de Cass,[16] et R. de Cass, et Poncii de Cass. Sign+um G. de Cabrera, et Berenger et B. de Ybarz, et P. de Yuarz. Sign+um R. de Auelanes et G. de Corza. Sign+um Mauri, et Berenger de Alberola, et P. de sancta Lezinia, et G. de Montrrog. Sign+um A. de Corrizano. Sign+um G. de Bescarre et R. Gozelin?.[15] Sign+um A. de Seganta, A. de Guardia, B. de Floreiachs, P. de Media, B. de Sen Marti, P. de Viuer, G. de Secanel, B. de Vidoues, A. de Valebrera, P. de Cosco, A. de Sanauga,[12] G. de Cosco, A. de Auelanes, A. de Montferer, B. de Valfraosa, R. de Lauanza, P. de Pauia?, G. de Puguert et ambo filii sui, G. de Sanauga, R. de Sanauga, Gombal de Sancta Lezinia, P. de Tallers, B. de Queralt, Ot de Solanes, A. de Concabela, Ponz de Pinel, G. de Ostafranchs, P. de Quanalor, G. de Fluuia, B. de [.....][12] de Sadao, P. Sanauga, P. de Artesa, A. de Sadao, B. de Toroga, B. de Albesa et R. de Aga, Gomball de Gissona, B. de Ribeles, G. de Alos, P. de Lobera, G. de Espugnola, A. de Pradel, B. de Luca, A. de Castelo, Poncius de Torroga, B. de Fluuia, B. de Viuer, R. de Becfred, A. de Beluedi et R. G. de Clera, B. de Camporels, R. de Concabela.

1. *Es tracta d'un manuscrit de començaments del segle XIX, obra de P. Villanueva i que al foli 259 recull la transcripció del document, com ens diu el mateix Valls Taberner a l'article esmentat.* 2. *Sap. 1,1.* 3. *Fl., 4,7.* 4. conseruent. 5. *Mt.,* 5,9. 6. *Jn.* 14,27. 7. *Rm. 14,19.* Itaque quae pacis sunt, sectemur: et quae aedificationis sunt, in inuicem custodiamus. 8. it. 9. *Hi ha un esborrall al text.* 10. *El pergamí està rosegat en tres punts diferents; la mutilació deu ser antiga, ja que existeix a l'època de Villanueva. El suplert del text un parell de vegades prové del cartulari. Aquest deu seguir un exemplar diferent del que ens ha arribat, ja que l'ordre de les subscripcions és completament diferent.* 11. *El text comprès dins d'aquesta nota és un error del copista que ha seguit possiblement dos originals o textos diferents.* 12. *Es tracta de Sant Hilari de Poitiers, la commemoració del qual va passar del 13 de gener al 14 per no coincidir amb la vuitada de l'Epifania.* 13. cicius. 14. gratia *afegit per nosaltres.* 15. *Text borrós perquè s'ha esvanit la tinta.* 16. P. de Cass *afegit a la interlínia.*

578

1187, octubre, 18

Ramon de Sant Llorenç dóna post mortem *al seu germà, B. de Sant Llorenç, l'honor del castell de Sant Llorenç.*

B. APA, Car. 931. Còpia notarial de 20 de juny de 1214.
C. *Resumen*, ap., doc. 61.

Sit notum cunctis quod ego, Ramon de sen Lorenz, dono tibi, frater meus, B. de sen Lorenz, dono tibi tota la mia honor sen Lorenz: lo castel, tota la mi honor he io ena a auer de G. dono io, Ramon de Sen Lorenz, dono tibi, B. de Sen Lorenz, per bo cor et per bona uolentat, que hodie abemus uel in antea Deus dederit. Io sia modo dominus et potentisimus de uita mea e non aia poder hei prega muler e B. de sen Lorenz heia port celo he aura en agia tal conuenenza, he sia de nobis, de sen Lorenz et dels seus e per fer las suas uolentats per tots tems a tu es hoc diminucione et sine contradicto sane quod, si nos, donador, au ulus hom uel femina, uili au nobili persona, qui contra ista carta donacione inquietare uoluerit, non hoc uindicet, set coponat in duplo cum sua melioracione, et post modum firmat permanet omni tempore.

Actum est hoc XV kalendas nouember anni Domni M° C° LXXXVII.

Sig+um Ramon de sen Lorenz, qui hanc cartam iusimus scribere et firmare. Sig+um Ramon de Clarmont. Sig+um Pere de Corza. Sig+um Arnal de Castelnouo. Isti sunt testes uisores et auditores. Sig+um Ramon de Sen Lorenz, pater meus. sig+um Na Carites, mater mea. Sig+um Gerallus, frater meus. Sig+um Ermesen.

Arnalus, presbiter, capelanus de Sen Lorenz, scripsit +

Hoc est translatum fideliter factum XII kalendas iulii anno Domni M° CC° XIIII°.

Fernandus, presbiter, scripsit et hoc sig+num fecit.

579

[Abans de 1187]

Berenguer d'Albesa jura obediència i fidelitat a Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, i a l'esmentada església pel castell de Corçà, i promet ajuda contra tots, excepte el vescomte Ponç de Cabrera.

A? APA, Car. 277.
B. *Resumen*, ap., doc. 56.

Iuro ego, Berengarius de Albesa, quod de ista hora in antea ero fidelis domno Deo et sancto Petro de Agger et tibi, Raimundo, abbati, et successoribus tuis in perpetuum de castello et uilla de Corza et de suis terminis et de suis pertinentiis cunctis. Et ero tibi adiutor iam dictum castellum de Corza et omnem alium honorem sancti Petri de Agger a tener et a auer et a mantener et a defendre contra omnes homines et feminas qui sunt uel erunt, excepto Poncio, uicecomite de Cabrera, uel successore suo qui in loco Poncii supradicti Artesam habuerit. Et dabo tibi, Raimundo, abbati, et successoribus tuis potestatem de Corza irad et pachad quantas uices tu eam quesieris uel per te ipsum, uel per tuum nuntium, uel per tuas literas. Et hoc totum, sicut superius dictum est, per bonam et directam fidem sine omni malo ingenio per Deum et per hec sancta IIII^or^ Euangelia iuro.

Sig+num[1] Berengarii de Albesa, qui hoc laudo et firmo.[2]

1. *Darrere, esborrat* mei. 2. *Manca la signatura del rogatari.*

580

[Abans de 1187], novembre, 18

Pere de Claramunt cedeix a Bernat Morell i a la seva dona, Ermessén, una torre en cens.

A? BC, perg. 3976, Car. 2391.
B. *Resumen*, doc. no consta.

FUNDACIÓ NOGUERA

[In Dei nomine].[1] Hec est donacio que facit Petrus de Clarmont ad Bernad Morel [et ad][1] mulier sua, Ermesen, et ad filios, et ad filias ipsa turre[2] ad ipso alodio qui se pertinet, totum ab integrum, in tale conuentu que faciatis Bernard Morel ipsum censum[3] per unumquemque annum: in primis XII fogaces et molto de unum annum, et in unum annum perna et in alio pernada, et una quarta de ciuada. Et est manifestum. Quod, si ego, donator, aut[4] ullusque homo uel femina qi ista karta donaciones inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo componat cum omni sua melioracione, et in antea ista carta firma et stabile modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Actum est hoc XIIII kalendas decembris.

Sign+um Petrus de Clarmont, qui[5] ista karta mandaui scribi testibusque firmari. Sign+um Maurii. Sign+um A. de Sancti Laurencii. Sign+um Pere Raolfo et in presencia de totos homines. Sign+um R. Ferran. Sign+um Gazol. Isti sunt testes uisores[6] et auditores.

Bernardus, sacer, rogatus scripsit die et anno + quod supra.

1. *La part superior esquerra està lleugerament rosegada.* 2. ture. 3. sensum. 4. ad. 5. qi. 6. usores.

581

[Abans de 1187]

Ramon jura obediència a l'abat de Sant Pere d'Àger i abraça la regla de Sant Agustí.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 165, Car. 2492.
B. *Resumen*, ap., doc. 49.

Ego, frater Ramon, offerens, trado me ipsum Deo et ecclesie sancti Petri, et promito obedientiam secundum kanonicam regulam sancti Augustini dompno Raimundo, abbati prefate ecclesie, et successoribus eius, quos sanior pars congregacionis kannonice elegerit.

Sign+um Raimundi, qui hoc laudo et firmo.

FUNDACIÓ NOGUERA

582

[Abans de 1187][a]

Querella que Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, presenta contra Ramon de Clarmont.

B. BC, perg. 3988, Car. 2116. Còpia coetània.
C. BC, perg. 4001, doc. 2, Car. 2183. Petit cartulari del segle XII. Palimpsest.
D. *Resumen*, doc. no consta.

Conquestus est R[aimundus], abbas, de Ramon de Clarmont.

In primis de Salauerd quam dimisit P. de Clarmont ad obitum suum ad ecclesiam sancti Petri cum omni suo alodio et mobile quam habebat in omnibus locis.

Et aufert nobis ipsum alaudium quam habemus in uila d Os et in terminibus de Clarmont.

Et adhuc aufert nobis ipsam turrim de B. Morell cum decimis et usaticis quos ibi habemus et abere debemus, et decimum de uinea quam ille habet in Agullon.

Et iterum abstulit nobis medietatem de decimo de turre de Pedron, et unum seruicium, et decimum de unum molendinum qui ibi est.

Et mandauit hominibus de Clarmont, ut requisissent abbatem et suos cannonicos, et illi fecerunt suum mandatum.

Et deuastauit segetes nostros in Villamaior per tribus annis, et abstulit nobis ille et uxor sua unum hominem in sancta Lezinia.

Et uulnerauit fortiter unum nostrum hominem.

Et abstulit unam terram B. de Pignana, et fregit suas domos, et adprehendit inde decimum ui et iniuste.

a. *Aquest document i el següent són simultanis o gairebé simultanis. Aquest document pot ser un borrador del document posterior, on s'explicita el seguit d'agressions que la canònica de Sant Pere ha rebut de R. de Clarmont.*

583

[Abans de 1187]

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, fa una relació dels greuges que li ha inferit R. de Clarmont.

B. ACL, fons d'Àger, doc. 851, Car. 2141. Còpia coetània.
C. *Resumen*, doc. 365.

FUNDACIÓ NOGUERA

Conqueritur R[aimundus], abbas de R[aimundo] Clarmont. In primis de omne alaudio et mobile P. de Clarmont, auunculi sui, qui dederat ad ultimum mandatum corpus suum cum omni suo alaudio et suum mobile ecclesie sancti Petri Aggerensis in manu R[aimundi], Aggerensis abbatis,[1] sine aliquo retinimento, uidente et audiente R[aimundo] de Clarmont et etiam presentibus aliis militibus atque hominibus. De quo supradicto prenotatus R[aimundus] de Clarmont iniuriose et iniuste et obstinate auffert et retinet Salauert et de mobile quod ualet CC^{tos} morabetinos.

Conqueritur quoque Aggerensis abbas que homines de Clarmont armata manu cum ensibus et lanceis et cum cultellis et aliis armis eum persecuti sunt de terre de B. Morell usque ad Corza, et ita inuaderunt eum quod quosdam de clericis suis, qui segum ibant, quosdam in terram progecerunt, quosdam etiam uerberarunt. Et hoc fecerunt consilio et mandamento R[aimundi] de Clarmont.

Conqueritur etiam iam dictus abbas de R[aimundo] de Clarmont super alaudio sancti Petri de uila d'Os quod dederat abbati hominibus de Clarmont et pater R[aimundi] de Clarmont uetauit quod predicti homines non laborarent illud alaudio, et etiam abstulit ab eis propter hoc quod ualet probos X^{a}L solidos. Vnde alaudium illus iacet eremum iam sunt quator anni[2] trasacti.

Conqueritur etiam adhuc abbas Aggerensis de R[aimundo] de Clarmont quod de illa turrae de B. Morell cum suis terminis et pertinentis, que erat alaudium de P. de Clarmont, unde ipse R[aimundus] fecit carta et propria manu firmauit et testibus firmari fecit, quod iniuriose et frangit domos predicte turris et uim auffert de decimis quod uult et quantum uult.[3] Idem facit decimis de alaudio quod tenet B. Morell, quod ipse R[aimundus] de Clarmont dederit auunculo suo, P. de Clarmont, scilicet omnes directos quos habebat in B. Morell et in omni alaudio cum suis pertinentiis, quod B. Morell tenebat in die obitus P. de Clarmont et ipse R[aimundus] de Clarmont dedit et concessit sicut superius scriptum est ecclesie Aggerensi.

Conqueritur similiter Aggerensis abbas de R[aimundo] de Clarmont quoniam accipi ui et iniuste unum seruitium integrum et medietatem decimi de turre illa de Pedra que est de Sacristia.
Et sui homines deuastauerunt miesses in Vilamaior tribus annis iamdicti abbatis, scilicet Guillelmus de Milla et A. de Lafichera[4] et P. de Iuarz et Basil et I. Escuder de Gerall de Paracols.

FUNDACIÓ NOGUERA

Et etiam adhuc conqueritur abbas de R[aimundo] de Clarmont qui auffert ab ecclesia sancti Petri unum hominem ad sancta Lecinia[5] et uulnauit quendam hominem sancti Petri, nomine Bonett.

Conqueritur quoque abbas de R[aimundo] Clarmont propter quodam decimum quod accipit hen Os in domibus Bernardi de Pinnana que sunt proprie sancti P[etri] et intus in cimiterio.

Conqueritur et iterum abbas Aggerensis de R[aimundo] de Clarmont quod quidam suus homo de Clarmont uulnerauit quendam hominem sancti P[etri] Aggerensis cum cultello in molino sancti Petri ad Regulam et homines de la Regula tenebant eum captum, et R[aimundus] de Clarmont promisit abbati quod faceret directum de iam homine dicto[6] percussore et manu leuauit eum, et nunc nec uult iamdictum hominem reddere nec directum facere.

Et adhuc abbas conqueritur de R[aimundo] de Clarmont quod totum illud malum et totam illam forfacturam quam les fecit Aggerensis ecclesie et abbati in Ager et he Corza fecit cum hominibus R[aimundus] de Clarmont et cum suo consilio atque stabilimento, et intrando et exiendo[7] predictus in castellum de Clarmont, qui est alaudium P[onci] de Capraria.

Et conqueritur adhuc sepedictus abbas de R[aimundo] de Clarmont quod quidam homo, nomine A. Sala, qui erat predicti R[aimundi] de Clarmont, uenit cum aliis multis malis hominibus et fradulenter per castellum de Colobor, et depopulauit totam uillam et omnia magna et parua et minima que erant in uillam et in castello portauerunt secum et postea nullus homo stetit ibi.

1. *El text és borrós.* 2. annis *escrit a sobre.* 3. ulilt. 4. h *escrita a sobre.* 5. Ledinia. 6. dicto *escrit a sobre.* 7. i *escrita a sobre d'una altra lletra obliterada.*

584

[Abans de 1187]

Reinald, magister, *i Ramon,* iudex, *dicten sentència en el plet per les disputes existents entre l'abat de Sant Pere d'Àger i Andreu de Casserres.*

B. ACL, fons d'Àger, doc. 163, Car. 2161. Còpia coetània.
C. *Resumen*, ap., doc. 51.

Iudicauit ergo[1] R. de Casserres quod R[aimundus], abbas Aggerensis, posset probare quod terram illam quam petebat fuisset

dimissa ecclesie Aggerensi a Petro Martino restituerat eam Andreas abbati iudicialiter sicut ille homo qui iurauerat fidelitatem abbati; et, si hoc abbas non posset uel non uellet probare, [2]iuraret Andreas quod nesciebat terram illam esse dimissam ecclesiam sancti Petri.[2]

Iudicauerunt namque[3] magister Renaldus et Raimundus, iudex, quod si abbas posset probare quod Andreas dixisset ei quod ipse abbas uendidisset ecclesiam de Casserres por X aureis, emendaret tantum[4] ei Andreas quantum abbas faceret iurare cuidam suo clerico, S., pro quanto nollet accepisse iniuriam illam [5]ipsis (..... ...) iura imponentibus.[5] Quod si hoc abbas non posset uel non uellet probare, iuraret Andreas quod non dixerit ei iniuriam illam.

Iudicauerunt preterea quod infra XXX dies redimeret Andreas omnes res ecclesie de Casserres quas ipse Andreas uendiderat uel pignori supposuerat, exceptis quibusdam domibus quas ad utilitatem ecclesie distraxerat.

Iudicauerunt iterum quod, si abbas posset probare quod Andreas sciuerit sentenciam ueredicti in se[6] fuisse latam, donaret[7] ei Andreas LX solidos; alioquin iuraret Andreas quod numquam hoc sciuerit aliquid de sentencia illa, uel si hoc iurare non uellet, daret abbati LX solidos.

1. ergo *escrit a sobre.* 2. iuraret... .sancti Petri *afegit en una nota al peu del document.* 3. namque *escrit a sobre.* 4. tantum *íd.* 5. *Tot el text comprès dins d'aquesta nota és afegit a la interlínia, raó per la qual la seva lectura és dubtosa.* 6. se *escrit a sobre.* 7. donaret *íd.*

585

[Abans de 1187]

Ramon, abat de Sant Pere d'Àger, fa una relació dels greuges rebuts dels habitants d'Àger.

B. ACL, fons d'Àger, doc. 830, Car. 2464. Còpia coetània.
C. *Resumen*, ap., doc. 40.

Hec sunt querimonie quas habet R[aimundus], abbas, de hominibus Aggeris:

In primis conqueritur de omnibus primitis quas abstulerunt uiolenter ecclesie sancti Petri, excepto pane et uino et lino. De oblacionibus quas abstulerunt in ipsum altare illis qui uolebant offerre sacerdoti. Et de hoc quod in hostium ecclesie percusserunt se unus alui.

Conquerimus eciam de uestris directis que nobis abstulerunt, uidelicet de decimis et primicis et de aliis usaticis et censis que nobis facere debent et nolunt facere.

De terris et uineis et ortis quos nobis talant,[1] et de nostris hominibus quos percuciunt et nolunt inde nobis directum firmare.

De ecclesiiss cum[.....][1] que frangerent dum starent in uetitum et excomunicacione quam posuimus super illos propter fadigam directi, et posuerunt bannum super nos quod nullus homo de uillam iret ad nostros molendinos molere et, si faceret, tolleret omne suum blandium et V solidos et frangerent domum suam.

In super conspirauerunt et loquiti fuerunt morte abbatis, qui est eorum senior spiritaliter et carnaliter, quia castrum et milites et uillam cum turribus maioribus et minoribus, cum omnibus terminis suis culturis et heremis donauit Arnallus Mironis bone memorie ecclesie sancti Petri ad proprium alodium cum se ipso.

De quodam etiam homine qui erat in sentencia excomunicacionis quem sepelierunt in cimiterio sancti Iacobi.

Iterum quoniam boni homines de uilla [.....][1] ad seruicium tenebant [.....][1] se ante portam ecclesie et uocabant ne intrarent[2] in ecclesia, et quia eis uoluerunt dimitere et intrare [...],[1] eos clauserunt portas ecclesie ut non possent inde exire.

Conqueritur etiam de alodiis que boni homines dimiserunt ecclesie sancti Petri pro animis suis, nominatim de uinea et terra quam Sancia de Pebrara donauerat ecclesie sancti Petri, quam tallauerunt? super fadigam directi quam non inuenerunt in nos. In super quia boni homines excomunicacionem concordabant nobiscum et cum ecclesia fecerunt bannum quod, si aliquis sine aliis concordaret, daret XXX solidos et frangerent domum suam.

1. *El text és borrós en diversos passatges.* 2. intragent? *és difícil valorar si la* r *corregeix la* g *o no.*

586

1187, novembre, 2

Guillem de Lavedrenya pren l'hàbit sota la regla de Sant Agustí a la comunitat de Sant Pere d'Àger. Per aquest motiu dóna a l'esmentada església la vila de Cabestany amb tots els seus drets i la tercera part de l'espluga de Sega, Salanova i Maticela.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1071, Car. 653.ª
A'. APA, Car. 2077.
B. *Resumen*, doc. 378.

Luce clarius pateat hominibus cunctis tam presentibus quam futuris quomodo in nomine domni nostri Ihesu Christi, qui primus salutis uiam et regulam docuit, et sancti Petri, Apostolorum principis, et sancti Augustini ego, Guillelmus de Lauedrenna, trado,[1] dono et delibero corpus meum et animam meam domno Deo et ecclesie Aggerenssi sancti Petri in manu Raimundi, abbatis, et successorum eius et in fraternitate et dileccione omnis Aggerenssis conuentus. Et trado me ipsum et dono et offero spontanea uoluntate ad regulam sancti Augustini, et promito obedientiam Raimundo, abbati,[2] et successoribus eius secundum statuta cannonum et regulam sancti Augustini. Et dono domno Deo et ecclesie Aggerenssi sancti Petri in manu et potestate Raimundi, Aggerenssis abbatis, et successorum eius et omnis Aggerenssis conuentus opidum de Capestann[3] cum milite illo qui tenet eum per manu mea, et cum uilla et homines et census et usaticos et terminos et cetera omnia que ad opidum et uillam et terminos de Capestann[3] pertinent ad proprium alodium per secula cuncta. Et miles iste, qui tenet predictum opidum de Capestann,[3] et sua posteritas et omnes successores eius teneant iamdictum opidum et uillam et cetera que ad sepedictum opidum et uillam et terminos pertinent per manu Raimundi, Aggerenssis abbatis, et successorum eius tempore omni. Dono quoque domno Deo et ecclesie Aggerenssi sancti Petri in manu et potestate Raimundi, abbatis, et successorum eius et omnis Aggerenssis conuentus ad proprium alaudium totum illum honorem quem Petrus, prior Momacastrensis,[4] dedit patri meo, quem pater meus ad obitum suum dedit mihi, scilicet terciam partem de la spluga[5] de Sega cum omnibus pertinentiis[6] suis, et tertiam partem de Salanoua cum pertinentiis[6] suis, et terciam partem de Matizela[7] cum pertinentiis[6] suis: terras, uineas, ortos, linares, cannamares, arbores, cultum et incultum, et cetera omnia que ad predicta pertinent loca. Et hec omnia, que supradicta sunt, dono, trado et delibero domno Deo et ecclesie Aggerenssi sancti Petri, et de mea potestate hec supradicta omnia trado in manu et potestate Raimundi, Aggerenssis abbatis, et successorum eius, et in manu et potestate ecclesie Aggerenssis conuentus clericorum[8] integra et illibata ad suam uoluntatem faciendam per secula cuncta.

Factum est hoc IIII nonas kalendarum[9] nouembrium[10] dominice incarnacionis anno C° LXXX° VII post millesimum.

Sig+um Guillelmi de Lauedrenna qui hanc cartam mandaui scripbi testibusque firmari rogauit. Sig+um Domne Arsendis, matris prefati Guillelmi. Sig+um Domne Vedrenne. Sig+um Raimundi de Lauedrenna, fratris Guillelmi prefati. Sig+um Bernardi de Sero. Sig+um Beregarii de Vidoues.[11] Sig+um Poncii de Capraria, uicecomitis.[12] [13]Sig+um Bernardi de Zuilar, prefati Guillelmi fratris. Sig+um Archidiaconi de Autes, auunculi prefati Guillelmi. Sig+um Bernardi de Aisches.[13] [14]Isti sunt testes uisores et auditores.[14]

Bernardus, leuita, hoc scripsit suumque Sig+num posuit die et anno prefixo.

a. *Els dos exemplars són pràcticament iguals i escrits per la mateixa mà. Malgrat el que acabem de dir, hi trobem dues diferències importants: les assenyalades a les notes 7 i 11 d'aquesta sèrie i difícils d'explicar sense cap altra referència; d'altra banda, en ambdós exemplars hi ha errors comuns, que de manera indubtable ens expliquen la seva comunitat d'origen: els ressenyats a les notes 9 i 10.*

1. traudo *A*. 2. abbatis *A'*. 3. Capestan *A'*. 4. Momachastrensis *A'*. 5. spluca *A'*. 6. pertinenciis *A'*. 7. Macola *A'*. 8. clericorum conuentus *A'*. 9. *La duplicitat* nonas kalendarum *no té una altra explicació que una errada del rogatari. De totes maneres, l'enigma és encara més interessant en veure'l repetit en ambdós exemplars. Tampoc no podem oferir una resposta convincent al fet que s'hagi escollit les nones en comptes de les calendes a la nostra datació.* 10. Nouebrium. 11. *La subscripció d'aquest personatge apareix darrere de la d'*Archidiaconi de Autes *a A'*. 12. uicecomitis Caprarie *A'*. 13. *La subscripció d'aquests tres darrers personatges manca a A.* 14. *El text inclòs dins d'aquesta nota manca a A'*.

587

1188, novembre, 2

Els germans Pere i Martí entreguen a Ramon, germà dels anteriors, i a la dona d'aquest, Ermessenda, tots els seus béns situats a Règola i a Àger en donació mitxa pel preu de dotze sous a pagar abans de dos anys.

A? APA, Car. 583.
B. *Resumen*, doc. 380.

Notum sit omnibus ominibus, tam presentibus quod[1] futuris, quod[1] ego, Pere et Marti, donatores sumus ad Ramon, frater noster, et ad uxor tua, Ermesen. Sic donamus nos toto nostra onor qod abemus in castrum de la Recula et in castrum de Ager, tam mobile qam sedente, cultum uel eremum, aproprium[2] alodium et facere uostram uoluntatem et filius et filiabus uestris in tali uero pactu quod[1] Ramon et mulier sua donet a Pere et a Marti XII solidos denariorum usque ad duos annos.

Factum est hoc IIII nonas nouembris anno[3] ab incarnacione Domini Mº Cº LXXXº VIII.

Sign+um Pere. Sign+um Marti. Sign+um Pocolul. Sign+um Pere Marti. Sign+um Gilet. Isti sunt testes uisores[4] et auditores.

Guilelmus, leuita, qui hoc scripsit et + signum[5] suum[6] posuit[7] die et ano qod supra.

1. qod. 2. prium. 3. ano. 4. uisototres. 5. sinum. 6. sum. 7. posudit.

588

[*Circa* 1188]

Memòria dels censos de blat i vi que perceben Bernat i Ramon de Cas.

A. BC, perg. 4182v, Car. 943.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Memoria de blad de Bernard de R. de Cass.

In primis Pere Rocher VIII migeras uini et VIII migeras forment.

Pere Rochafort fide a Canilg X migeras uini et X forment.

Pere Rochafort fide IIII migeras uini et IIII forment.

Bastard fide pigada IIII migeras uin et IIII forment. Rocher fide fracta XIII migeras uini et IIII forment.

Pere Marti fide Andreu IIII migeras uini et IIII forment.

Ponc Porcoll I migera uin et I migera forment.

Pere Martin fide Pere Caluet XIII migeras uini et IIII forment.

Pocullul XIII migeras uin et IIII forment.

Pere Caluet fide R. Porchet II migeras uini et II forment.

Mulier B. Porchet II migeras forment et II uini. R. Porchet fide Michaela II migeras uini et II migeras forment.

Bernard de Verbell est fide de Pere Caluet.

Arlot[1] Garden est fide de R. Porchet.

Martin de Clarmont est fide de Michaela.

1. *Darrere hi ha dues lletres que, pel que sembla, estan obliterades.*

FUNDACIÓ NOGUERA

589

1188, novembre, 29

Ramon constitueix el dot a favor de la seva promesa, Ermessén, per valor de la desena part dels seus béns.

A? BC, perg. 4239, Car. 1994.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Dei nomine. Hic est libellum dotis uel donacionis q[uod da]t[1] uir honestus, nomine Ramon, in manu dilecte sponse uel uxori sue, nomine Ermesen. Mox futurorum coniugi diuina est Dei prouidencia qualiter Deus et domnus noster, Ihesus Christus, cuncta re generaliter ordinare disposuit. Idcirco[2] amatisima sponsa uel uxoris[3] me, dono tibi in arrarum[4] tradicionis[5] per eum decimum, quod tibi dare debeo, una uinea a la Cordia; afrontat ab oriente B. Peironel, de alia Gilet, de tercia Pedro. Et dono tibi I linar a la Ribera; afrontat ab oriente Petrus de la Men[dula]?,[1] de alia Reger, de tercia ego, donatore. Et dono tibi I terra in Pla; afrontat ab oriente Gilet, de alia Petrus de la Men[dula]?,[1] de III B. Peironel. Et dono tibi I casa et I baril; et afro[ntat][1] ipsa casa ab oriente Ramon de Cas, de alia in carera, [...]et.[1] Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti ter[mini conti]net,[1] sic dono tibi ad tuam uoluntatem facere. Et [est manifes]tum.[1] Quod, si ego, donator, aut ullus homo uel femina qui [ista carta][1] inquietare uoluerit, non hoc ualet, set in duplo componat, [et in an]tea[1] ista carta firma stabile et non sit disrupta.

Acta ista [carta III][6] kalendas december anno ab incarnacione Domni MºCºLXXXVIII.

[Sign+um[1] Ramon, qui ista carta mandauit scribere et testes fir[mare][1] rogauimus. Sign+um Gilet. Sign+um Pere Marti. Sign+um Pocolul.

Gilelmus, leuita, scripsit sub die et [anno][1] quod[7] + supra.[8]

1. *Tota la part central del pergamí està rosegada, fins al punt que està partit en dues meitats.* 2. idcirho. 3. uxoriis. 4. arum. 5. tradiccionis. 6. *El dia de la data al* Compendi. 7. qod. 8. sura.

590

1189, gener, 30

Sança de Pedra fa donació universal post obitum *a la seva filla Lluciana i al marit d'aquesta, Ponç. Ponç, fill de la donant i germà de la donatària, gaudirà del dret d'aliments a cura dels donataris.*

FUNDACIÓ RAMON ESCOLA

B. Cartulari, doc. 166, f. 84r-v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Qualiter Sancia de Pedra dedit omnia que habebat Luciane, filie sue, et Poncio, eius uiro.

[N]otum[1] sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris qualiter ego, Sancia de Pedra donator sum tibi, Luciana filia mea et uiro tuo, P°. Per hanc scripturam donacionis mee dono tibi totum meum honorem et mobilem, quantum hodie habeo in Ager et in suis terminis et in cunctis locis, cultum uel hermum, cum arboribus pomiferis et inpomiferis, totum ab integrum. Dono uobis tali uidelicet racione que ego, Sancia, sit domina et potentissima in uita mea de quantum hodie habemus aut in antea habuerimus, et seruiatis mihi bene in uita mea, quomodo bonefilii debent seruire ad matrem suam, et post obitum meum remaneat uobis totum ab integrum; et Poncius, filius meus, habeat uictum in ipsa manssione tantum quantum ille placuerit stare in ipsa manssione.

Actum est hoc III kalendas februarii anno ab incarnacione Domni M° C° LXXX° VIII°.

Sig+num Sancia, qui ista carta iussi scribi testibusque firmare rogaui. Sig+num Iohan Esteuan. Sig+num G. De Stall. Sig+num Iohan de Pedra. Isti sunt testes. Sig+num Poncii. Sig+num Iohan. Nos filiis, qui hoc laudamus et firmamus.

Raimundus, presbiter, rogatus scripssit sub die et anno + quo supra.

1. *Vegeu la introducció.*

591

1189, març

Bernat de Portella,[a] *Arnau d'Anglesola, Galceran de Pinós* et alii *presten testimoni dels incidents ocorreguts entre el rei d'Aragó [Alfons II] i el vescomte, Ponç de Cabrera. El rei d'Aragó demana al vescomte que li torni els castells que li ha donat en feu, petició que compleix el vescomte. També li demana que posi en llibertat Albert de Castellví i Guillem de Cervelló, a la qual cosa es nega el vescomte, i demana que siguin jutjats a la Cort. Els homes del rei irrompen als dominis del vescomte; aquest, davant el caire que agafen els fets, promet observar la treva imposada i complir els desitjos del rei.*

A? BC, perg. 4175, Car. 112.
B. Cartulari, doc. 295, f. 133r-v.
C. *Resumen*, doc. 379.

Hec est comemoratio ipsius facti quod fuit inter domnum regem Aragonensem et Poncium, uicecomitem de Capraria. Prefatus quippe domnus Rex demandauit iamdicto P[oncio] de Capraria ut daret ei potestatem omnium kastrorum qui tenebat per eum; quod mox sine ulla dilationem P[oncius] de Capraria fecit. Set iamdictus domnus Rex, tenente prefata omnia kastella et ei Poncius de Capraria non requirente uel demandante, placuit domno regi ut demandaret Poncio de Capraria quod faceret ei finem de illa capcione quam illi fecerat Arbertus de Castelui et Guillelm de Cerueione. Cui sic respondit Poncius de Capraria: si uobis placet, uenerande domne rex, reddite mihi castella que per uos teneo, que mihi emparata tenetis, et firmabo directum in potestate uestra, et faciam uobis directum sicut iudicare feceritis mihi in curia uestra per me et per meos homines omnes,[1] ideo ut uos mihi directum faciatis per uos et omnes homines uestros. Noueritis pro uero quod A[rbertus] de Castelui et Guilllelmus de Cerueione ceperunt me in uestro ducatu et hoc ostendam uerum fore sicut mihi iudicare feceritis in uestra curia; et hoc ostenso et ceteris rationibus meis, si mihi iudicare feceritis ut facere finem debeam A[rbertus] de Castelui et Gillelmus de Cerueione, faciam. Et Poncius de Capraria, proferente directum de hoc quod superius est scriptum, [2](et completo directum omnium rerum de quibus domnus rex conquerebatur de eo inde),[2] et hoc sepe et sepisime facto, non placuit domno regi ut acciperet, set magis ei placuit ut aquindaret Poncius de Capraria et omnia que ei submissa fuerant; et, aquindamento facto secundo die, hoc est die lunis, iusse sunt omnes caualcate tocius Aragonis et Catalonie ut uenirent ad depopulandam et dissipandam ubique totam terram Poncii de Capraria. Qua de causa cognouerunt amici et homines sepedicti Poncii de Capraria quod, postquam caualcate domni regis iusse fuerant et egrediebant, monasteria et ecclesie et loca religiosa que erant infra honorem Poncii de Capraria diriperentur et offitia diuina ibi non perficerentur et ceteri homines et honores eius perderentur. Et cognouit per se ipsum Poncius de Capraria quod maior forcia erat ista quam non foret si ipse captus teneretur, et propter hoc fecit imperium domni regis, et amici et homines sui assensum prestiterunt ut faceret imperium domni regis siquidem, et fecit sicut scriptum est in carta treguarum.

Actum est hoc mense marcii anno Mº Cº LXXXº VIII incarnacionis Domni.

+ Bernardi de Portella. + Arnalli de Anglerola. + Berengarii de Anglerola. + Gancerandi de Pinus. + Gillelmi de Balanao?. + Arnalli de Capraria. + Gillelmi de Capraria. + Bernardi de Cass. + Gillelmi de Miraueto. + Raimundi de Curridano. + Arnalli, frater eius. + Raimundi de Claromonte. + Berengarii de Bergedano. + Rubert de Fabricis. + Petri de Clusa. Omnes isti suprascripti, nobiles uiri, et multis aliii, clerici et laici, affuerunt presentes quando Poncius de Capraria fecit supradictas preferentias domno suo regi Aragonis.

Bernardus, monachus et sacerdos, qui hoc scripsit cum literis dampnatis in XIII linea, die et anno quo sup+ra.

a. *El contingut d'aquest document s'enten millor si tenim present el document 492 de la* Colección Diplomática de Alfonso II de Aragón *publicada per Sánchez Casabón.*

1. per me et per meos homines *escrit a sobre d'un text raspat.* 2. *Al text comprès dins del parèntesi fa referència el rogatari en la subscripció.*

592

1189, desembre, 18

Ramon Bret i la seva esposa, Berenguera, venen a Ramon de Colobor i a la seva dona, Alez, un farraginal pel preu de deu sous.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 378, Car. 1657.
B. Cartulari, doc. 86, f. 50v-51r.
C. *Resumen*, doc. 381.

In Christi nomine. Ego, Raimon Bret, et uxor mea, Berengera, uobis emptoribus nostris, Raimundi Cholobor et uxor sua, Alez. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus uobis uno ferragenall prope uilla de Ager, ad trull de Font. Affrontat ab oriente et de meridie et de aquilone in uia, ab occidente in terra de Bernardi de Ager. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus uobis prenominato ferragenall cum exiis et regressiis cunctis et ad facere uestram uoluntatem per secula cuncta propter precio placibile, quod de uos accepimus, X solidos denariorum. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut ullus homo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componamus cum

omni sua melioracione; et in antea ista carta firma stabile maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrrupta.

Facta carta XV kalendas iannuari anno ab incarnacione Domni MºCºLXXXº VIIIIº.

Sign+um Raimundi. Sign+um Berengera. Nos, qui ista carta iussimus scribi testibusque firmare rogauimus. Sign+um Guillelmi Iuliani. Sign+um Petri Chanet. Sign+um Bernardi Roma. Isti sunt testes. Sign+um Sarine. Sign+um Ermessen. Sign+um Bartolomei. Nos, filiis, qui hoc laudamus et firmamus.

Raimundus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

593

[Abans de 1190], gener, 22

Relació del rescat dels béns que Berenguer de Montlló i el seu germà Martel tenen al terme d'Àger davant un jurat presidit pel vescomte. En segon lloc apareix l'execució d'un crèdit monetari.

A. BC, perg. 4066, Car. 2168.
B. *Resumen*, doc. no consta.

XI kalendas febroarii ista memoria et ista remembranza fuit scripta de placitos et missiones de auere que fecit Berenger de Monlor et suo frater Martel de alaudios et tenezons[1] que debent abere in castro Ager et in suis terminis in manu uiciscomite Gerall Ponz de gran tort que Arnall Ceba fatiebat illis. Et guariron Berenger et Martel ipsa torre ab integrum cum suis directis ante uiciscomite, et Ramon Berenger, et Ramon Pere, et Bernard Amad, iudice, et Bernard Erall, et Ramon Cornel, et Odaz, et alii plures. Et dederunt ad uiciscomite XXti solidos in prima uice, et in alia uice III morabetinos, et fecit illis liberare ipsa torre, et a Bernar Amad et Ramon Cornel II morabetins, a Ramon Pere Sancti Iusti X solidos, a Bernard Guitard IIII solidos, a Iohan Arloui I morabeti, a Bonet de la Menla III solidos, et a Bacalar de Colobor, qui mori, I morabeti et VI pernes et VI parels galines, et VIII fogaces de farina de for, et XI fogaces de ciuada, et I porc de IIII solidos et I molto de precio X et VIII denarios. Hoc fuit per dispensa in pledeses, et X [.....][2] diners a Ramon Ponz per ista scriptura et I quat de precet de X solidos a Bernar Amad et ad alios iudices, et I lanza per III solidos, et VI solidos per uinum

qui biberunt pledeses. Per hoc fecit scribere ipso ueciscomite ista remembranca de missione que fecit Berenger et suo frater Martel quando uenit Pere Guillem de Saragoca ad Ager et uoluit accipere suos directos et sua sorte redergat a Berenger et a Martel de missione que abent facta per se ipsos et per illam suam partem; et, si non uoluit mitere in ipsa missione suam partem, teneant Berenger et Martel ipso torre et ipsos alaudios et abeant ad suum proprium alaude.

Die primo lunis pergit Berenger in romeria de sancti Iacobi et manleua de Bernard Maiol de Mont Aspero II morabetins, et misit fidem Pere Gari, et per ista fidanza misit in pignora I sort de terra in ipsa condamina et I sort de uinea ad sancta Maria propre Iohan Agilar, et partiuit per illum in presentia de Martel et Marti Albert et Berenger Guillem, et a festiuitate Omnium Sanctorum redemit Berenger ipso alaudio que misit in pignora et liberauit ad Pere Gari I asino per XIIII solidos, et uendit illum Pere Gari ad Oler de Corca XIIII solidos et per a montant de ipsos morabetins uendit Berenger I quat VIII solidos et dedit illos ad Pere Gari.

1. *Corregit a sobre d'un esborrall.* 2. *Hi ha un esborrall.*

594

1191, març, 14

Ponç de Cabrera entrega a Ermengol, comte d'Urgell, la potestat sobre el castre d'Àger.

B. BC, Rge. 4245, ms. 539, doc. 14, f. 91v-93v, Car. 2498. Còpia en paper del segle XIV. *Resumen*, doc. 383.

Sit notum omnibus quod ego, Poncius de Capraria, gratis et sine ui, per me et per omnes successores meos, conuenio uobis, Ermengaudo comitis Vrgellensi, domino meo, et successoribus uestris in perpetuum, sub fide et hominatico qui uobis teneor. Pro quocumque requisitus uel amonitus fuero per uos, uel per nuntium uestrum uel per nuntios, iratus uel pactatus, dabo[1] uobis, uel cui uel quibus mandaueritis, potestatem castri de Ager, potenter, sine difficultate et retentione aliqua, sicut melius dici et intelligi potest, pro uobis et pro uestris ad utilitatem uestram et uestrorum, omni dilatione et contradictione remota. Et ita conuenio per fidelitatem et hominaticum quo uobis teneor per me et per omnes successores meos in perpetuum uobis et successoribus uestris attendere, sicut premissum est, omni fraude et dolo remoto.

Quod est factum et scriptum II ydus martii, sub anno Domini millesimo C° XC°.

Sig+num Poncii de Capraria, qui hoc scribere mandaui, laudaui, firmaui testesque firmare rogaui.Sig+num domine Marchesie, uxoris mee, sig+num Geralli de Ripellis, sig+num Geralli, fili nostri, qui hec omnia supradicta laudamus,[2] firmamus per cuncta secula. Sig+num Raymundi de Ripellis. Sig+num Gonballi de Ripellis. Sig+num Guillermi de Ceruaria. Sig+num Petri Balp. Sig+num Poncii de Concabella. Sig+num Gomballi de Gissona. Sig+num Berengarii de Robione . Sig+num Ramon de Gurb. Sig+num Guillelmi Balb. Sig+num Stefani de Marimon. Sig+num Petri de Tarasone. Sig+num Petri de La Sala.

Sig+num Ramundi Iteri, qui hoc scripsit quo supra.

1. dobo. 2. laudamus *repetit*.

595

1190, abril, 27

Un seguit de clergues i laics reconeixen la dependència de l'església de Sant Pere d'Ivars respecte al monestir de Sant Pere de Roda i com a reconeixement estableixen a favor d'aquest un cens anyal d'una lliura de cera.

A'. BC, perg. 4235, Car. 1535. Quiròg raf partit per...
B. *Resumen*, doc. 385.

Cunctis fidelibus manifestum esse uolumus quod ego, Petrus, presbiter sancti Petri de Yuarz ueteri, cum sociis meis, Petro scriptore, et Guillelmo presbiteris, et Martino laico, et Petro presbitero, et Maria, deuota iamdicti loci, recognoscimus et concedimus ecclesiam sancti Petri iamdicti de Yuarz domno Deo et monasterio sancti Petri Rodensis et omnibus fratribus eiusdem loci presentibus et futuris in manu Berengarii, abbatis memorati monasterii esse iuris prefati monasterii, sicut resonat in instrumento Geraldi, uicecomitis de Capraria, et uxoris eius, Berengarie, et Raimundi Berengarii de Ager et uxoris eius, Tote, et Raimundi Petri de sancto Iusto, et filii eius Petri, cum uxore sua Geralda, quod fecerunt de ipso podio de Yuarz iamdicto monasterio sancti Petri in manu Guillelmi, monachi prescripti monasterii. Tali tenore predictam facimus recognitionem et concessionem nos supradicti per nos et per omnes successores nostros prefato monasterio et memorato

abbati et omnibus fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris, ut semper simus obedientes memorato abbati eiusque successoribus in perpetuum cum una libra incensi annuatim in festo sancti Petri quod celebratur in mense iunii, et ut nullius alterius iuri et dominationi possit subici predicta ecclesia sancti Petri de Yuarz, sed sit semper sub iure et dominatione prefati monasterii sancti Petri, omni excusatione remota. Et ego, Berengarius, abbas predicti monasterii sancti Petri, promitto uobis, prefatis Petro, presbitero de Yuarz, et omnibus sociis uestris presentibus et futuris in predicta ecclesia per me et per omnes successores meos quod nichil aliud in predicta ecclesia requirere possit,[1] nisi quod suprascriptum est: I unam libram incensi.

Actum est hoc V kalendas madii anno dominice incarnationis MºCºXCº, regnante Philipo, Francorum rege, anno X.[2]

Sig+num *Berengarii, abbatis sancti Petri*. Sig+num Petri, presbiteri de Iuarz. S+num Petri, scriptoris. S+num Guillelmi, presbiteri. S+num Martini, laici. S+num Petri, presbiteri. S+num Marie, deuote.

Petrus, monachus et leuita, qui hoc scripsit die et anno + quo supra.

1. possi. 2. *Felip II el Bell, coronat el 29 de maig de 1180 i que succeeix a Lluís VI el Jove el 18 de setembre del mateix any.*

596

1190, juliol, 19

Ponç de Cabrera signa la concòrdia amb Arnau d'Anglesola i Ramon Berenguer per la qual mútuament es perdonen els danys causats.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 558, Car. 2090. Quiròg raf partit per A S P G A...
B. Cartulari, doc. 284, f. 130v.
C. *Resumen,* doc. 386.
a. CORREDERA, *El Archivo...*, doc. 12, pp. 238-239.

In Dei nomine. Sit notum cunctis quam ego, Poncius de Caprarie, uicecomite, uenio ad finem et bonam concordiam [cum Arnallus de An]glerola[1] et cum Ramon Bereger[2] de totis ipsos clamos et contencons qui erant inter me, P[oncium], et Arn[allum de Anglerola][1] et Ramon Bereger[2] per bonam fidem et sine ullo malo ingenio in pesencia de Dulcia, comitissa [Vrgellensis et Za] marchesa[1] et de probi ominibus de Castelo. Facio ego, P[oncius]

de Cabrera, per bona fide et sine ingan [ipsa fi cum tibi,][1] Arnallus de Anglerola et Ramon Beregario et sine ullo ingenio.[3] Et ego, Arnallus de Anglerola [et Ramon Bereger][1] sine uestro engan[4] fenims los clams qui erant inter nos et uos e les contenzons sine ullo m[alo ingenio et per bonam][1] fidem.

Facta carta IIII X kalendas agusti anno Mº Cº XCº.

Sig+num Poncius de Caprarie. [Sig+num][1] Arnallus de Anglerola. Qui ista carta rogauimus scribi et testes firmare rogauimus. Sig+num D[ulcie], [comi]tissa[1].Sig+num Zamarchesa. Sig+num Ramon Beregario. Sig+num Pere de Besora. Sig+num Berengario de Camporrels. Sig+num Ramon de Cubels. Sig+num Ramon de Clarmont. Sig+num Bernad d'Ager. Sig+num Bernad de Casserres. Isti sunt uisores et auditores.

Petrus, presbiter, scripsit die et anno quod + supra per iussione Petri de sancti Iusti, priori.

1. *La major part del marge dret del pergamí està rosegada. El suplert al cartulari.* 2. *En ambdós casos Ramon Berenguer és escrit sobre un raspat de pergamí.* 3. et sine ullo ingenio *íd. anterior.* 4. sine uestro engan *íd.*

597

1190, setembre, 9

Joan de Godarda s'entrega amb cos i ànima a Sant Pere d'Àger i fa donació a l'esmentada església d'unes cases a Lleida, a la parròquia de Sant Llorenç.

B. ACL, fons d'Àger, doc. 1075, Car. 1520. Còpia del segle XIII.
C. *Resumen*, doc. 387.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego, Iohannes de Godarda, bono ac animo ac spontanea uoluntate dono et offero et trado corpus meum et animam meam domno Deo et ecclesie sancti Petri Agerensis et canonicis eiusdem loci in manu et in potestate Arnaldi, abbati Agerensis ecclesie. Et promito me obseruare semper omnia precepta Arnaldi, abbatis Agerensis ecclesie et successoris eius bona fide et sine dolo. Iterum dono domno Deo et predicte ecclesie de Agere quasdam domos meas quas habeo in ciuitate Ylerde, in parrochia sancti Laurencii. Quae case affrontatur ex tribus partibus in carrariis publiciis, et de quarta uero parte in domibus Martini, capellani, et de Maria. Quantum infra hec[1] omnes affrontationes predictas includuntur et terminantur de terra

usque in celum, sic dono predicte ecclesie et canonicis eiusdem loci predicte domus cum omnibus iuribus meis que ibi habeo et habere debeo aliqua uoce ac ratione mea, quod habeatis, teneatis, possideatis et expletetis uos et uestri et cui uolueritis, cum introitibus et exitibus et omnibus suis meliorationibus, pro uendere, pro alienare ad omnes uestras uestrorumque uoluntates in perpetuum faciendas, ut melius legi uel sanius intelligi potest uestro bono et uestrorum. Et sic de meo posse et iure dictas casas cum omnibus iuribus meis, que ibi habeo, eicio et in uestrum posse et iure et in tenedone uestra mito et trado cum hac presenti carta nunc et in perpetuum in uestro proprio alodio francho sine omni retentu meo et meorum. Iterum dono iamdicte ecclesie ipsam plazam que est ante predictas casas cum omnibus suis affrontationibus et meliorationibus, ut in perpetuum habeatis iure hereditario uestro uestre uoluntati facere.

Quod est actum V idus september anno Domni Mº Cº LXXXX.

S+ Iohannis de Gotarda, qui hanc cartam donationis laudo et firmo. S+ Petri de Sentis. S+ Guillelmi, sacerdotis sancti Saturnini. S+ Arnaldi de Iuarz. S+ Petri de Agere.

Dominicus, leuita, scripsit et hoc sig+num fecit.

1. hee.

598

1190, octubre, 9

Bernat de Mur i la seva dona, Jordana, venen a Bernat Fauleta una mansió a Àger pel preu de cinc sous, sub modo *que, en el moment de la mort del comprador i de Maria d'Os, passi la mansió a propietat de Sant Pere d'Àger.*

A. BC, perg. 4070, Car. 2023.
B. Cartulari, doc. 147, f. 77r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

In Dei nomine. Ego, Bernad de Mur, et uxor mea, Iordana, uinditores sumus tibi, Bernardi Fauleta. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus tibi una manssione, et est intus uilla de Ager sub muro de castel. Affrontat a parte orientis in manssione Guillelmi Berenger qui iam fuit, de meridie in Petri Marti, de occidente in manssiones Marti Regan, ab aquilone in uia. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic

uindimus tibi prenominata manssione de terra usque ad celum cum exiis et regressiis et pertinenciis cunctis ad tuum proprium alodium et ad facere tuam uoluntatem per secula cuncta propter precio placibile, quod de te accepimus, V solidos denariorum. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut ullus homo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, non hoc ualeat[1], set in duplo tibi componat aut componamus cum omni sua melioracione; et in antea ista carta firma stabile maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrrupta.

VII idus octobris anno ab incarnacione Domni MºCºLXXXXº.

Sign+um Bernardi de Mur. Sign+um Iordana. Qui ista carta iussimus scribi testibusquefirmare rogauimus. Sign+um Bernardi Balloui. Sign+um Arnalli de Naboneta. Sign+um Bernardi de Cardona. Isti sunt testes.

Et, si minus uenerit de Bernardi Fauleta, remaneat ipsa manssione Maria de Os in uita sua.

Sign+um Guillelmi. Sign+um Saurine. Qui hoc laudamus et firmamus. Sign+um Raimundi Porchet, qui est fides de saluetate. Et quando minus uenerit de Maria de Os, remaneat prenominata manssione ad sancti Petri. Sign+um Domenech, qui hoc laudo et firmo.

Raimundus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

1. ualat.

FUNDACIÓ NOGUERA

599

1191, gener, 18

Ponç, vescomte de Cabrera, i Arnau de Castellbò signen un acord d'amistat i d'aliança enfront de tercers, excepte el comte Ponç Hug [de Pallars] de part de Ponç de Cabrera i Ramon Galceran de part d'Arnau de Castellbò.

A. BC, perg. 4226, Car. 2117. Quiròg raf partit per A B C D E F G I K L M N O P Q R S T V X Z.

B. *Resumen*, doc. 382.

Notum sit omnibus ominibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, Poncius, uicecomes de Capraria, et ego, Arnallus de Castelbo, componimus amiciciam pariter inter nos et facimus inter

nos hanc conuenienciam[1] cum sacramento, nostris propriis manibus iurato et firmato, qens ualams, ens ajudems et mantingems in bona fide et firma sine ullo ingenio malo contra ceteros homines, qui nunc sunt et etiam qui adhuc sint uenturi in omni uita nostra, preter comitem Pontium Vgonem, quem ego, Pontius de Capraria, extrao de ista conueniencia, et preter Raimundum Gaucerandi, quem ego, Arnallus de Castelbo extrao de conuenientia ista.

Promito igitur ego, Arnallus de Castelbo, tibi, Poncio, uicecomiti de Capraria, et iuro et conuenio quod de ista ora in antea quod sim tibi amicus fidelis et ut ual[eam et a]diuuem[2] uos cum castris quos abeo et cum militibus et cum ominibus et cum amicis quos nunc abeo et in antea abere potuero, per bonam fidem sine tuo engano contra omnes omines, qui nunc sunt et in antea sunt uenturi, preter Raimundi Gaucerandi et preter parentes meos et meas et meos omines qui directum uellent uobis facere accipere[3] uestrum; si uos non uultis accipere directum de parentibus meis et ominibus, non ualeam uos nec facere uestrum, et ut uos accipiatis directum propter me. Et, si illi nolunt directum facere nec uestrum accipere, ualerem per bonam fidem sine ullo engano preter Raimundi Gaucerandi; et, ut superius est scriptum, promito et iuro ego, Arnal de Castelbo, tibi, Ponz de Capraria, quod ista tenebo et atendebo per cuncta secula in uita mea per Deum et per istam + et hec sancta IIII^or^ Euangelia per bonam fidem sine tuo engano.

Et ego, Poncio de Cabrera,[4] uicecomes, promito et conuenio tibi, Arnallus de Castelbo, quod de ista ora in antea quod sim tibi amicus fidelis, ut et ualeam et adiuuem uos cum castris quos abeo et cum militibus et cum ominibus et cum amicis, quos nunc abeam et in antea abere potuero, per bonam fidem sine tuo engan contra omnes omines, qui nunc sunt et in antea sunt uenturi, preter comitem Poncio Vgo et preter meos parentes et meos omines qui directum uellent tibi facere et accipere uestrum. Et, si uos no uoliets capere directum suum nec facere uestrum, non ualerem uobis de illis meis parentibus et de illis meis ominibus et uos capiatis directum per me; et illi noluerint facere uobis directum et accipere uestrum, illi mei parentes et mei omines, ualerem uos per bona fide sine tuo engano, preter comitis Poncio Vgonis. Et, sicut superius est scriptum, ego, Poncius de Capraria, uicecomes, conuenio et promito tibi, Arnallus de Castelbo, et iuro quod ita teneam et ateneam et ualeam per bona fide sine uestro ingano per secula cuncta[5] in uita mea de uestra iura per Deum et per illis

sanctis et haec IIII^or^ sancta Euangelia. Et, si ego non atenderem ita quod est scriptum et pro culpa mea remaneret, ego remasisem baudare e preiur. Et, si tantum facere quod ego uoluissem escondir e qe men escondixers pro uno milite ad alium uestrum per qalem qe uos men uolgesetz dare ad altre meu.

Et ego, Arnal de Castelbo, conuenio tibi, Ponz de Capraria, quod, si ego non atenderem et pro mea culpa remaneret, ita quod superius est scriptum, remanssisem uestrum baudidor et uester preiur. Et, si tantum erat quod si ego uolebam escondir, e qem escondir pro uno milite ad alium uestrum per qal qe uos men uolgessetz donar ad altre meu.

Facta ista conuenientia X^o^V^o^ kalendas freboarii dominice incarnacionis M^o^ C^o^ XC^o^ .

Sign+um Ponci, uicecomitis de Capraria. Sig+num Arnalli de Castelbo. Nos, qui anch cartam mandauimus scribere testibusque firmari rogauimus et iurauimus propriis nostris manibus sicut superius est scriptum. Sig+num Gilelmi de Bergeda. Sig+num Gilelmi de Santa[6] Fe. Sig+num Raimundi Gaucerandi. Sig+num Gilelmi sancti Ioanis. Sig+num Raimundi de Gesa. Sig+num Bernardi de Cass. Sig+num Arnalli de Curria. Sig+num Bernardi de Lauedrena.

Petrus, presbiter, scripsit[7] et suum Sig+num fecit.

1. conueniam. 2. *El centre de la part superior del pergamí està lleugerament rosegat.* 3. acipere. 4. Crabera. 5. conta. 6. Sanca. 7. scrisit.

600

1191, març, 27

Pedrona s'entrega en cos i ànima a Sant Pere d'Àger juntament amb tots els béns que posseeix a Àger.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 527, Car. 1626.
B. Cartulari, doc. 159, f. 82r.
C. *Resumen*, doc. 389.

Sit notum cunctis quod ego, Pedrona, dono et trado me domno Deo et ecclesie sancti Petri de Agger cum parte mea[1] de omnibus empennibus et de plantis et de escalicis quas ego habeo uel habere debeo in terminibus de Agger, uidelicet uineam unam in loco uocitato ad Podium Altum; afrontat ex una parte Bernardus Cantator, de omnibus aliis heremum. Et dono unam trilam

et unam linar in termino de Cunillo. Afrontant de duabus partibus in torrente, de alia in uinea Guillelmi Guifredi. Adhuc dono uineam unam in termino de Petra; afrontat ex una parte Poncius de Sancia de Petra, de alia Guillelmus del Estal. Et dono medietatem de omnibus mansionibus quas ego et uir meus emimus de Bernardo Fauleta; afrontat ex una parte in uia publica, ex alia in mansionibus Opiloni, de tertia in mansionibus Columbe. Quantum inter ista afrontaciones includunt, sic dono et trado domno Deo et prefate Aggerensi ecclesie hoc totum suprascriptum in manu Arnalli, abbatis, aliorumque canonicorum cum exiis et regresiis et pertinenciis cunctis ad proprium alaudem et ad faciendam illorum uoluntatem per secula cuncta.

Actum est hoc VI kalendas aprilis anno dominice incarnacionis C°[2] XC° primo post millesimum.

Sign+um Pedrone. Ego, qui hanc cartam iussi scribere testibusque firmare. Sign+um Petri Comtoris. Sign+um Martini Regan. Sign+um Amadeti. Isti sunt testes.

Raimundus, presbiter, rogatus scripsit suumque + posuit die et anno quo supra.

1. *Hi ha un espai raspat en blanc al final de la primera línia.* 2. C *intercalada posteriorment de forma bastant comprimida.*

601

1193, gener, 27

Ramon de Currià torna a Sant Pere d'Àger dos homes amb les seves respectives possessions.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 357, Car. 2420.
B. *Resumen*, doc. 390.

Notum sit cunctis quod ego, Raimundus de Currida, non inuitus set spontanea uolumptate et bono animo concedo et dono atque difinio ipsos homines quos pro animabus matris et fratris mee fuerunt datos domno Deo et Aggerenssi ecclesie. Et ego, predictus R[aimundus], in ea necessita[te][1] accepi illos. Modo autem recognoscens ego, prescriptus R[aimundus], beneficia Dei, sicut predictum est, rreddo et dono atque difinio prelibatos homines domno Deo et Aggerenssis ecclesie in manu Arnalli, abbatis, aliorumque eiusdem loci cannonicorum bono animo per secula cuncta. Tali uidelicet racione, ut prefa[ta][2] ecclesia habeat et possideat

illos absque ulla disminucione[3] uel recencione. Et ego, predictus R[aimundus], conuenio domno Deo et Aggerenssi ecclesie, ut de cetero non habeam neque possideam eos nec ullus posteritatis maeae, set prefata ecclesia, sicut prenotatum est, habeat et possideat predictos homines, hoc uidelicet: totum quod ego, R[aimundus], habeo uel habere debeo in illis. Et est quidam illorum in Algerre, qui uocatur de Frabegada, quem ego feci de dominicatura mea et dat mihi decimum totum et pernam, si occiderit porcum, et [.....]mas,[4] et III gallinas per castellaniam, et precariam[5] totam, et omne hoc quod facet debere suo seniori. Et alium est in castro de Hos, qui uocatur B. Malet. Sic dono ego, prelibatus R[aimundus de Currida, eos predicte ecclesie cum omne hoc quod mihi facere [de]bent[6] per secula cuncta.

Actum est hoc VI kalendas febroarii dominice incarnacionis anno MºCºXCºIIº.

Sign+um Raimundi de Currida, qui hanc cartam mandaui scribi testibusque firmare. Sign+um Sancie, uxoris predicti Raimundi. Sign+um Berengarii, filii prelibati Raimundi. Nos, qui hoc laudamus et concedimus et firmamus. Sign+um Arnalli de Stopanna. Sign+um Guillelmi de Zalgar. Sign+um Guillelmi de Mur. Sign+um Guillelmi de Fenestres. Isti sunt testes.

Berengarius, presbiter, scripssit die et anno + prefixo.

1. *El marge dret del pergamí està lleugerament rosegat.* 2. diminucione. 3. *Íd. nº 1.* 4. *Text borrós, desgastat per l'ús.* 5. pregariam. 6. *Íd. nº 4.*

602

1193, març, 29

Pebrada, juntament amb els seus fills Guillem i Pere, dóna una honor situada a Àger a Arnau, clergue, fill del primer i germà dels darrers.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 597, Car. 1660.
B. Cartulari, doc. 358, f. 168r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, notum qualiter ego, Pebrada, et Guillelmus et Petrus, filios meos, facimus carta donationis de totum honorem ab integrum quam abemus et abere[1] debemus in Aggere et in cunctis terminibus de Aggere tibi, Arnallo, clerico, filio meo, absque hoc quod abeo a Sedenna et retineo adhuc ad meam faciendam uoluntatem. Et

hoc totum quod superius est scriptum ego, Pebrada, cum filiabus meis Guillelmo et Petro sic dono tibi, Arnallo, clerico, filio meo, et concedo semper tibi supradictum honorem sicut ego, Pebrada, abeo et abere debeo ad faciendam tuam uoluntatem per secula cuncta tali uidelicet racione quod Arnallus, clericus, filius meus, seruiat mihi in omni uita mea sicut bonus filius debet seruire et honorare patri suo.

Factum hoc IIII kalendas aprilis dominice incarnationis anno MºCºXCºIIIº.

Sig+num Pebrada, qui hanc cartam donacionis mandauit scripbi testibusque firmari. Sig+num Guillelmi. Sig+num Petri. Eius filiorum, qui hoc donum faciunt et concedunt et firmant. Sig+num Amadet. Sig+num Bernardi Amat. Sig+num Bernardi Faulete. Isti sunt testes.

Bernardus, leuita, rogatus scripsit suum sig+num posuit die et anno prefixo.

1. abesse.

603

1193, abril, 2

Ramon de Riu Corbell i els seus germans s'entreguen en cos i ànima a Sant Pere d'Àger. A la donació anterior afegeixen un cens consignatari a favor de l'esmentada església.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 362, Car. 1674.
B. Cartulari, doc. 303, f. 136r.
C. *Resumen*, doc. 391.

Cunctis sit notum quod ego, Raimundus de Riuo Corbel, cum consilio et uolumptate fratrum sororumque meorum qui modo domo nostra sunt, offero me ipsum et domum nostram omnesque habitantes in ea et omnia nostra domno Deo et Aggerenssi ecclesie in potestate et in manu Arnalli, Aggerenssis abbatis, aliorumque eiusdem loci cannonicorum; tali uidelicet racione, ut ego, prefatus Raimundus, et omnes, qui nunc et in futuro erunt in predicta domo, simus homines et seruitores Aggerenssis ecclesie cum omnia nostra, que nunc habemus et in antea adquirere[1] potuerimus, per cuncta secula. Et faciamus annuatim seppedicte ecclesie pernam unam in anno uno, et in alio III gallinas, et sic per omnia tempora, et eminam farine frumenti coctam, et sestarium uini et alium ciuade ordei uidelicet. Et ego, Arnallus abbas, cum omni

Aggerenssi conuentu recepimus prescriptum Raimundum et omnes fratres et sorores tuos qui nunc tecum sunt et in futuro erunt in prelibata domo in nostra fraternitate et in societate Aggerenssis ecclesie. Et hoc totum sit firmum et ratum sicut prescriptum est, salua fidelitate sancte ecclesie.

Actum est hoc IIII nonis aprilis dominice incarnacionis anno C°XC°III° post millesimum.

Sign+um R[aimundi] de Riuo Corbel, qui hanc cartam iussit scribi testibusque firmari. Sign+um A. Vasconi omniumque sororum, qui hoc laudant et firmant. Sign+um Bernardi de Montlor. Sign+um R. Berengarii. Sign+um A. de Naboneta. Isti sunt testes.

Berengarius, presbiter, rogatus scripssit suumque + die et anno prefixo.

1. inquirere.

604

[*Circa* 1193]

Memòria de les oliveres que Sant Pere d'Àger té a Àger.

B? ACL, fons d'Àger, doc. 427, 1, Car. 2453.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Memoria de holiuariis quos sanctus Petrus habet in Ager.

Primitus III holiuariis ad canta Coguls in terra de Mireia, et habet Mireia in eos, leuatis colitures, tertiam partem et duas earum d Espluga super terra de Olera in eadem loco, una que fuit de B Ceba, et III holi[uares], qui fuerunt de B. Ceba, a Sseden in capud uinee de Arberta; et una holiuar a Sseden, qui fuit de P. Mulet. Et [...][1]es holi[uarias] a Sseden in coma qui fuit de A. Pere. Et VIIII holi[uarias] a Laguardia in uinea de Mariscot, et uineam totam et [...]III[1] holi[uares] prope istam uineam que fuerunt de B. Ceba. Et a la cadz de la rroca de super una holi[uaria] et XVII holi[uarias] subtus Guardia de [...].[1] In capite de plana quas habet tabula cum sacristia et cum sancto Vincentio. Et VIIII holi[uarias] a la plana que fuerunt de B. Castrer [...][1] cum aliis [...]es[1] et duas holi[uarias] ad planam que fuerunt de Gerall. Et XXVII holi[uares] ad planam quas emit I. de Mur. Et XLII holi[uares] ad plana que fuerunt de la Rregina. Et IIII holi[uares] in torrent de Marunna[2] in terra Petri sancti Iuliani. Et V holi[uarias] in extremo torrentis

de M[...][1] subtus uinea de da Boneta. Et unam holi[uariam] ad Marunna subtus uinea Petri iusti. Et II holi[uarias] in coma G. Midia. Et VIII holi[uarias] in sol de la uinna de sseguna[3] Marunna et in capite uinee.[4] Holi[uarias] quos Casset dimisit sancto Petro. Et I holi[uaria] in terra de Giliet super moli de la Tosca. Et Iª holi[uaria] in sol de la terra de Gilet sobre la carrera que uadit a la Tosca ad Arri[...].[1] Et III holi[uarias] in uinea sancti Petri de Arros. Et Iª subtus roca quam habemus cum G. Ferran. Et XIX holi[uarias] in terra de Mariscot al erill de Rocafort ad Arros. Et medietate de V holi[uarias] in terra G. A. a les Comes. Et IIII holi[uarias] prope uineam sancti Saluatoris in sole de uinea Regine a les Comes. Et III holi[uarias in capite uinee Martini de Claromonte. Et XI holi[uarias] in uinea sancti Petri qua fuit de Mariscot. Et V holi[uarias] ad Arross in terra de Regina. Et VIII holi[uarias ad sola de Helies. Et IIII holi[uarias] a hera de don Gifre al uancal. Et illas holi[uarias] et arbores cum ipsa terra de don Mariscot en de la Part. Et medietate de III holi[uarias] qui sunt al Chual, quos habet sanctus Petrus cum G. Ferran

1. *El marge dret del pergamí està lleugerament raspat i rosegat, és difícil també la lectura del marge esquerre.* 2. *Abreviatura innecessària.* 3. *Darrere hi ha una paraula obliterada.* 4. *Darrere hi ha unes paraules raspades.*

605

[*Circa* 1193]

Memòria dels serveis que Sant Pere d'Àger percep a Règola.

B? ACL, fons d'Àger, doc. 427, 2, Car. 2453.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Memoria de seruiciis Regule:
Maria Arnaleta Iª perna.
G. Michael Iª perna.
Et de la Metila? Iª perna.
Ramona Iª perna.
P. de Iuarc Iª perna.
Marti de Clarmont et G. Ferrant I perna.
Da Boneta Iª perna.
De la Cortesa Iª perna.
Iste sunt anuatim si occiderint porc.

FUNDACIÓ NOGUERA

[...][1] et Pocolul IIII galines. G. Midia V galines. I de Fodet II galines. G. Gifre II galines. Maria Bastarda II galines, et Maria Bastarda II galines cum G. Ferran per illum honorem de Retrogonma. I Raolf II galines. Isti faciunt annuatim cum pa et ui et [...][2] migenca. Et G. Ferran fa[...][2] per hoc de les uasses et per hort de Caued. Marti de Clarmont II galines per hortum del moli et isti faciunt pa [...].[3]

1. *Aquest document que, com es pot observar per la seva signatura, està al mateix pergamí que l'anterior, pateix els mateixos defectes: forma irregular del pergamí, marges deteriorats, arrugat, etc., circumstàncies que en fan difícil la lectura.* 2. *Difícil lectura del pergamí a causa del doblec.* 3. *Lleugerament raspat el pergamí a la part inferior.*

606

1193, maig, 21

Pere de Sant Joan fa diverses donacions a la seva filla Griosa i al seu marit, Pere, sub modo *d'un dret vitalici d'aliments i reserva de domini. També fa diverses donacions a la seva filla Gençana.*

A. BC, perg. 3995, Car. 2194.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit omnibus hominibus, tam presen]tibus[1] quam futuris, qualiter ego, Pere sancti Iohanni, donator sum tibi, Grio[sa...][1] et uiro tuo, Pere, omnes meos directos de omne honore et mobile quas hodie habeo aut in antea Deus dederit mihi in Agger et in suis terminis, et in uilla de Regula et in suis terminis; totum ab integrum dono uobis tali uidelicet rracione, quod seruiatis mihi bene in uita mea quomodo bone filii debent seruire ad patrem suum. Et ego, Pere, sit domno et potentissimo ex omni uita mea in ipsa manssione de quantum hodie habeo meus aut in antea adquirere potuerimus; et similiter Arsen sit domna et potentissima in uita sua in ipsa manssione, sicut superius dictum est. Et dono no uobis siue VI oliueras quod dono ad filio meo Pere Esparuer, et sunt ad Qual; et dono ad filia mea Genzana IIII^or^ oliueras et sunt ad Arros. Tali uidelicet racione dono predictas oliueras, ut habeant eas et possideant cum totis suis pertinenciis et cum ipsum locum[2] ubi sunt fundatas, et ad facere uestram uoluntatem per secula cuncta. Et in super dono ad filia mea, Genzana, una asina et unum uitulum.

Facta carta XII kalendas iunii anno ab incarnacione Domni M^o^C^o^XC^o^III^o^.

Sign+um Petri. Sign+um Arssen. Sign+um Griosa. Sign+um Petri. Nos, qui ista carta iussimus scribi testibusque firmari. Sign+um Guillelmi Ferran. Sign+um Petri de Rochafort. Sign+um Bernardi Gazol. Isti sunt testes. Sign+um Pere Esparuer. Sign+um Gezana. Sign+um Luciana. Sign+um Guillelmi. Sign+um Iohan. Sign+um Marie.

Raimundus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.[1]

1. *Els marges superior esquerre i l'inferior dret del pergamí estan rosegats.* 2. loum.

607

1193, juny, 30

Ferrera atorga testament. Nomena hereva dels seus béns l'església de Sant Pere d'Àger; pel que fa als béns mobles, els reparteix en la proporció de dues parts per Sant Pere d'Àger i una tercera part per Santa Maria de Calladrons.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 780, Car. 1746.
B. Cartulari, doc. 148, f. 77r-77v.
C. *Resumen*, doc. 392.
D. *Resumen*, ap., doc. 62.ª

Cum saluator noster suma inpietate ego, indigna et peccator. Ego, Ferera, et timeo penas inferni et cupio peruenire ad gaudia paradisi, et pro hoc dimito mea honore et substantia que ego habeo uel abere debeo in uilla Agerensis uel in suis apendiciis, qui ad illum castrum pertinet, pro redempcione peccatorum mearum uel parentum meorum. In primis XXX oues uel plus qui[1] ego abuerit comendatas ad mea soror et in ante meam parte de ipso mouente uel sedente que ego, Ferera, debet abere in illo caput mansum qui fuerit de meo pater uel de mea mater. Id sunt terras, uineas, casas, erm et poblat uel arboribus, totum ab integrum. Et ego, Ferera, laxo ista homnia suprascripta ad ecclesia sancti Petri Agerensis per homni tempore. Et illos cleriqos, qui sunt nisi fuerint, que orent pro anima mea uel parentum meorum pro unumquemque annum. Et in super de illo mobile, que superius scriptum est, diuideo illas II[as] partes ad ecclesiam sancti Petri, et aliam terciam partem ad ecclesiam sancte Marie de Castrum Latronis et illos clericos qui sunt que orent pro anima mea.

FUNDACIÓ NOGUERA

Sig+num Ferera, qui istum testamentum mandauit scribere et testes firmare. Sig+num Ioan de Giro. Sig+num Iust. Sig+num Bernardus Capela, in quod poder fuit factum illum testamentum.

Acta carta II kalendas iulii anno incarnacione Domni MºCºXCºIII.

Bernardus, leuita, scripsit et hoc + fecit sub die et anno quod supra.

a. *Com es pot notar, hi ha una doble referència del document al* Resumen*: primera part i apèndix; aquest últim, amb la data equivocada:* 20 kal...

1. qi.

608

1193, novembre, 25

Ermengol ven a Maria de Nerca una casa a Calassanç pel preu de set sous jaquesos.

A? ACL, fons d'Àger, doc. 1069, Car. 1558.
B. *Resumen*, ap., doc. 63.

In Dei nomine. Notum sit cunctis presentis et [fu]turis[1] qualiter ego, Ermengo[d uindo][2] una casa a tu, Maria de Nercha, in castro de Calasanz in loco ubi dicitur Iu[...]ana[3] abere oriente casas de Malufrido, de occiduo uia que[4] uadit a casas de Maiasen. Et quantum istas affrontacione includunt, sic uindo in precio placibile VII solidos de dines, muneta Iachesa, quod uos nobis dedistis et nos, uenditore, cuntum recepi, et de ipso precio apud uos non remansi. Et, si nos, uenditore, aud[5] aliquid homo, qui ista carta inquietare[6] uoluerit, in duplo componat; et in ante[7] firma et stabilis permanet omnique tempore.

Factum est hoc VII kalendas december anno Mº CºXCºIIIº.

S+inum Ego, Ermengod, qui ista carta mandaui scribere et testes firmare. Sign+um Ioan Is[...]ron[8] est fide et salua per formam istius tere. S+num Dominico de Mila, teste. S+num Ioan Micha. Teste uisores[9] et auditores.

Ioanes subdiachonus[10] scribsi et h[oc][11] signum[12] + fecit.

1. *Hi ha un esborrall al text.* 2. *El text està lleugerament raspat a l'angle superior dret.* 3. *La* u *escrita sobre un esborrall.* 4. qe. 5. au. 6. inquiatare. 7. anta. 8. *Hi ha un esborrall enmig de la paraula.* 9. uisiores. 10. subdihonus. 11. h. 12. singnum.

609

1194, maig, 13

Domènec Berenguer i la seva esposa, Berenguera, donen post obitum *a la seva filla Saurina la totalitat dels seus béns, excepte cinquanta sous reservats per als altres fills.*

A. ACL, fons d'Àger, caixa 171, doc. 253, Car. 1497.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit cunctis hominibus quod Domeneh Berenger et uxor mea, Berengera, damus uobis, Saurina, filia nostra, et uiro tuo, Berenger, omnem nostram honorem et mobilem quod hodie habemus aut in antea adquirere poterimus in Ager et in suis terminis et in cunctis locis sine L solidos quod retinemus ad opus de aliis filiis nostris. Aliut quod remanet, tam sedente quam mobile, et cultum uel heremum, et cum arboribus pomiferis et inpomiferis, totum ab integrum damus [uobis];[1] tali uidelicet racione quod ego, Domenech, et uxor mea, Berengera, [si]mus[1] domnos et potentissimos in ipsa nostra mansione de quantum hodie habemus aut in antea habuerimus per bene et non male in uita nostra et seruitatis nobis bene, quomodo bone filii debent seruire patri uel matri sine omni malo ingenio. Et nullus de nobis non faciamus nullum extractum[2] ad dampnum de nobis quatuor aut de ipsum caput mansum,[3] et post obitum nostrum remaneat tibi, Saurina, et ad uiro tuo, Berenger, sine blandimento filii uel filie.

Actum est hoc III idus madii anno ab incarnacione Domni M°C°XC°IIII°.

Sign+um Domeneh. Sign+um Berengera.[4] Qui ista carta iussimus scribi testibusque firmari. Sign+um Laurencii, presbiter. Sign+um Bernardi Balloui. Sign+um Raimundi, escolani sancti Vincencii, nepoti Raimundi Balloui. Isti sunt testes uisores et auditores. Sign+um Berengarii. Sign+um Saurine. Qui hoc laudamus et firmamus. Et ego, Berenger, conuenio uobis quod mitam in ista mansione quantum hodie habeo aut in antea habuero per bona fide sine omni malo ingenio. Sign+um Berenger, qui hoc laudo et firmo.

Raimundus, presbiter, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra. Signum Andreu. Sign+um [...]thi.[5] Sign+um Iordana. Sign+um Raimundi. Nos, filiis, qui hoc laudamus et firmamus.

1. *El marge dret del pergamí està lleugerament cremat.* 2. extratratum. 3. manssium. 4. Berengerera. 5. *El pergamí està lleugerament raspat.*

610

1194, juliol, 28

Ponç de Cabrera, fill de Berenguera, dóna a la seva dona Marquesa, filla del comte d'Urgell, en concepte d'esponsalici els castres de Balaguer, Ivars, Pinyana, Valldellou?, Baells, Camporrells, Pilçà?, Cubells i Camarasa; i, com a millora, els d'Àger i Artesa. En vida d'ambdós, els dos cònjuges tindran el domini i la possessió de tots els béns esmentats anteriorment; en cas de premoriència del donant, la vídua conservarà mentre visqui tots els drets sobre aquests, encara que passi a ulteriors núpcies. El donant es reserva el dret de disposició mortis causa *de tots aquests béns, així com el fet de disposar de dos mil morabatins per la seva ànima.*

B. BC., Rge. 4245, ms. 539, doc. 11, f. 77v-84r, Car. 2498. Còpia en paper, segle XIV.

B'. BC. Rge. 4245, ms. 539, doc. 14 bis, f. 93v-99v, Car. 2498. Còpia en paper, segle XIV.

C. *Resumen*, doc. 393.

Cum Dominus in principio cuncta fecit ex nichilo, tunc ad suam ymaguem ex limo fecit hominem cuique dedit sociam eius de costa condita ut crearetur filios per amplos mundi cum mos[1] hunc Paulus uiros docuitque duce pe uxores eos monuit, ut sicut Christe unitam dilexat ecclesiam, sicut uxores diligeret easque sic protegent.[2]

Has itaque ego, Poncius de Cabrera, uicecomitissam filius Berengarie, sequens auctoritates, duco in uxorem nobilem puellam filiam domini mei Ermengaudi, comitis Vrgellensis, hanc Marchesam, et secundum suam legum constitutionem et bonam consuetudinem nobilium impore?, dono uobis, Marchesa, in sponsalitium castrum de Castello de Balague cum omnibus suis terminis et pertinentiis: omnes directos quos ibi[3] habeo et habere debeo; et castrum Yuars uel castrum de Pingana cum illorum terminis, et pertinentiis et omne quod sibi habeo et habere debeo; uel castrum de Valdelos uel castrum de Baldells, uel castrum de Camporels cum illorum [terminis][4] et pertinentiis et omne quod ibi[3] habeo et habere debeo; et castrum de Pinza, uel castrum de Cubells, uel castrum de Kamarasa, cum illorum terminis et pertinentiis et omnem quod ibi habeo et habere debeo. Hec omnia supradicta laudo et concedo uobis, Marchesa, in sponsalitium et in donatione, sicut ego habeo et habere debeo; uel insuper hec totum dono uobis Marchesia ego, Poncius predictus, pro melioramento in exponsalitium et in dona-

tione castrum de Ager, et kastrum d'Artesa cum illorum terminis, et pertinentiis, et omnes directos quos ibi habeo et habere debeo. Hec omnia supra scripta ab integrum dono uobis, Marquesa, et concedo in exponsalitium et in donatione ita tamen, ut ego et uos ut habeamus et teneamus in uita nostra in simul, et ego, Poncius, sum dominus et potentissimus in tota uita mea; et, post obitum meum, habeatis uos, Marquesa, omnia predicta castra cum illorum terminis et pertinentiis in tota uita uestra per sponsalitium et per donationem sine blandimento filiorum et filiarum uel alicuius hominis et sine uinculo. Et preterea retineo ego, Poncius de Cabrera, in supradictis castris que ego dono uobis in sponsalitio, quod possim ea relinquere cui uoluero de filiis, filiabus meis et uestris quos de uobis habui uel habeam uos aliquo impedimentum michi uel illis in hoc facere possitis. Et iterum ego, Poncius, retineo quod de predicto honore et de predictis castris possum relinquere pro anima mea cuicumque ecclesie uel religioni uoluero; et ipsa ecclesia uel religioni habeat quod ei relinquero post obitum de uos, Marquesa, et sic scriptum est in ista carta de predictis. Et de predicto honore cum illorum terminis et pertinentiis facio ego, Pontius de Cabrera, uobis, Marquesa, coniugi mee, exponsalitium et donationem ut habeatis et teneatis totum meum in simul in omni uita nostra, me dum existente, de omnibus his; et, post obitum meum, habeatis uos, Marquesa, et teneatis hec omnia supra dicta ad integrum in omni uita vestra cum marito et sine marito et sine uinculo filiorum, uel filiarum uel alicuius alterius hominis; et, post obitum de uos, Marquesa, remaneat[5] predictus honor cui ego relinquero de filiis vel filiabus meis et uestris, et excepto hoc quod ego relinquero pro anima mea sectis uel ecclesiis, sicut dictum est, quod habeant ipsa secti et ecclesie post obitum uestrum de uos, Marquesa. Et, si post obitum uestrum, uos, Marquesa, uolueritis ipse ad religionem, habeatis in supra dicto sponsalitio pro donatione duo milia morabatinos boni auri rectique ponderis, quos possitis relinquere cuicumque religioni uolueritis, et honore illo accipiat ipsa religio illos duo milia morabatinos nisi filius uel filia, cui ego ipsum honorem relinquero, uoluerit eos persoluere. Preterea ad maiorem huiusmodi rei reconfirmationem, hoc omnia supra dicta que ego, Poncius de Cabrera, dono uobis, Marquesa, in exponsalitio et donatione, dono uobis gratuita uoluntate et spontaneo animo mei et plene donationis castra supradicta cum omnibus pertinentiis suis sicut melius dici uel intelligi potest ad utilitatem uestram, sine omni uestro engan et morabatinos iamdictos

in supra dicto honore, sicut dictum est, sine blandimento filiorum uel filiarum uel alterius alicuius persone. Et, si forte, quod absit, contingeret nos mori sine filiis vel filiabus, post obitum de uos, Marquesa, remaneant hec omnia supra dicta castra cui relinquero de parentibus meis.

Factum est hoc V° kalendas augusti, anno millesimo C°XC°IIII°.

Sig+num Poncii de Capraria, qui hanc cartam mandaui scribi testibusque firmari .Sig+num Geralli. Sig+num Poncii. Filiorum[6] eius, qui hec laudamus et firmamus. Sig+num Arnalli, Aggerenssis abbatis. Sig+num Arnalli de Anglesola. Sig+num Raymundi Berengarii. Sig+num Petri de Agger. Sig+num Arnalli de Stopanna.[7] Sig+num [8]de Casserres. Sig+num Geralli Alaman. Sig+num Guillelmi de Balanna. Sig+num Raimundi de Agnia. Sig+num Bernardi de Sero. Sig+num Poncii de Cochabella.

Bernardus, leuita, qui hec scripsit, sig + num posuit die et anno prefixo.

1. *Gn. 2, 21 i s.* 2. *Ef. 5, 22.* 3. sibi. 4. *La paraula falta al text.* 5. remanet. 6. filiorum *repetit.* 7. Storpanna. 8. *Manca el nom del testimoni.*

611

1194, octubre, 24

Pere Condor s'entrega en cos i ànima a Sant Pere d'Àger sub modo *d'un dret vitalici d'aliments i que se'l consideri com un canonge.*

B. APA, Car. 276. Còpia de 7 d'octubre de 1234.
C. *Resumen*, doc. 394.

Hoc est translatum de quodam instrumento quod sic agitur:

Cunctis legentibus atque audientibus pateat quod ego, Petrus Comdor, trado atque dono me ipsum domno Deo et Aggerenssi ecclesie in manu Arnalli abbatis ceterorumque eiusdm loci canonicorum seu clericorum; tali uidelicet racione ut ego sim fidelis et in pendens predicte ecclesie, tam in eclesiasticis quam in secularibus rebus. Et bono animo spontaneaque uoluntate dono et libero omnes rres quas ego, predictus Petrus, et fratres mei, R. Rog et alii, habemus et habere debemus in castro de Iridet et in uilla et in omnibus suis terminis, et in Zaconclusa similiter in castro et in uilla et in omnibus suis terminis. Adhuc dono omnia que-

cumque habeo et in antea habuero mobilia et inmobilia prenotate ecclesie. Totum autem prelibatum siquidem dono ego, prescriptus Petrus, cum consilio et uoluntate fratris mei R. Rog sepedicte ecclesie ad proprium alaudium sine ullo retinimento bona fide, remoto malo ingenio. Et hoc facio pro redempcione anime mee necnon parentum meorum. Et de meo iure trado in dominio iamdicte ecclesie in manu Arnalli, abbatis, aliorumque canonicorum eiusdem loci siue clericorum. Et ego, Arnallus, Aggerensis abbas, una cum Aggerenssi conuentu damus et concedimus tibi, Petro Comdor, uictum et uestitum in Aggerenssi ecclesia sicut uni ex aliis per secula cuncta in omni uita tua; quod causa Dei amoris tueque saluacionis facimus.

Actum est hoc VIIII kalendis nouembris dominice incarnacionis anno CºXCºIIIIº post millesimum.

S+num Petri Comdor, qui hanc cartam iussit scribi testibusque firmari. Sign+um R. Rog. S+num Dulcie. Fratrum memorati Petri qui hoc laudant et firmant. S+num B. Balloui. S+num R. Berengarii. S+num Bernardi de Montlor. Isti sunt testes. S+num Arnalli, Aggerenssi abbatis. S+num Ioanni de Tolo. S+num R. de Paliars. S+num R. de Auellanis. S+num Petri de Ager. S+num R. Balloui.

Berengarius, presbiter, rogatus scripsit suumque + posuit die et anno prefixo.

S+num Guillelmi Bru, sacerdotis. S+num Bruneti. Testium huic translati.

Bernardus Aimeric, sacerdos, qui hunc translatum fideliter translatauit die nonas octubris sub anno incarnacionis Domini MºCCºXXXºIIII suumque + posuit die et anno quo supra.

FUNDACIÓ NOGUERA

612

1194, desembre, 29

Guillem Forts i la seva dona, Sança, venen a Sant Pere d'Àger la quarta part dels delmes de la torre de Pere Guillem pel preu de quaranta denaris en moneda jaquesa.

A. APA, Car. 1997.
B. Cartulari, doc. 52, f. 33r-v.
C. *Resumen*, doc. 395.

Notum sit cunctis audientibus atque legentibus quod ego, Guillelmus Forts, et Sancia, coniux mea, uendimus quartam partem omnium decimarum eclesie Aggerensi sancti Petri et Arnallo, Aggerensi abbati, et cannonicis eiusdem loci, quam habemus in illa turre et in terminis eius que uoccant Turris de Pere Guiem, qui [iam][1] fuit. Hoc quoque notum sit quatenus ego, Guiem Forts, et coniux mea, Sancia, [et filii][1] nostri et filie uendimus quartam partem totam ab integrum omnium decimarum [quam nos habemus uel habere debemus in prelibata][1] turre et pertinenciis et in terminis [eius predicte][1] Aggerensis [ecclesie et Arnallo eiusdem loci abbati et ecclesie Aggeren]sis[1] cannonicorum [conuentui propterpretio uobis placibile: solidis quadraginta denariorum Iaccenssis monte; et de nostro iure uestro concedimus et tradimus et deliberamus dominio et potestati. Et est hoc uerissimum et manifestum; et, si forte, quod absit, nos aut ullus homo uel femina hanc carta uoluerit inquietare, reprobato suo temerario ausu, in triplo componat; et hec carta atque uendicio stabilis et firma permaneat per secula cuncta.

Factum][1] est hoc IIII kalendas ianuarii anno a incarnacione Domni C nonagesimo III post millesimum.

Sign+um Guillelmi Forts. Sign+um Sancie, coniugis. [Q]ui hanc cartam mandauerunt scribi testibusque firmari. Sign+um Berengarii. Sign+um Bernardi. Sign+um Guillelme. Filiorum supradicti Guillelmi et Sancie. Sign+um Bernardi Balloui. Sign+um Raimundi Berengarii. Sign+um Arnalli Forts. Isti sunt testes.

Raimundus Samata rogatus scripsit suumque + posuit die et anno quo supra.

1. *La part central del pergamí està cremada fins a l'extrem de constituir dos fulls volants; el suplert prové del Cartulari.*

FUNDACIÓ NOGUERA

613

1195, març, 14

Ponç de Cabrera promet fer entrega a Ermengol, comte d'Urgell, de la potestat sobre els castells d'Àger, Montmagastre i Casserres d'acord amb les obligacions contretes per fidem et hominaticum.

B. BC, Rge. 4245, ms. 539, doc. 2, f. 4v-8r, Car. 2498. Còpia en paper del segle XIV.
C. *Resumen*, doc. 397.

Sit notum omnibus hominibus quod ego, Poncius de Capraria, gratis et sine ui, per me et per omnes successores meos conuenio uobis, Ermengaudo, Dei gratia comiti Vrgellensis, domino meo, et successoribus uestris, in perpetuum, sub fide et hominatico quo uobis teneor, quod, si ego quandocumque uel quotienscumque requisitus uel amonitus a uobis per uos uel per nuntium uestrum, uel per nuntios, uel per literas (non) darem potestatem de Ager uobis uel uestris uel cui uel quibus mandaueritis potenter, sine difficultate et retentione aliqua, iratus uel pactatus, sicut melius dici et intelligi potest, pro uobis et pro uestris, ad utilitatem uestram et uestrorum, omni dilatione et contradictione remota. Conuenio, igitur, gratis et sine ui, per me et per omnes successores meos, per fidem et hominaticum quo uobis teneor uobis et successoribus uestris, in perpetuum, quod ego dem uobis uel uestris uel cui uel quibus mandaueritis potestatem castri de Monmagastre, et potestatem castri de Casserres, potenter et sine difficultate et retentione aliqua, iratus et pactatus, quandocumque uel quotienscumque requisitus uel amonitus fuero per uos, uel per nuntium uestrum, uel per nuntios, uel per literas, sicut melius dici et intelligi potest, pro uobis et pro uestris, ad utilitatem uestram et uestrorum, non obstante immo remisso eo quod dicebam castrum de Casserres michi esse obligatum. Et ita conuenio per fidelitatem et hominaticum quo uobis teneor, per me et per omnes successores meos, in perpetuum, uobis et successoribus uestris attendere sicut promissum est, omni fraude et dolo remoto.

Quod est factum et scriptum II idus martii sub anno Domini millesimo centesimo nonagesimo quinto.

Sig+num Raymundi de Ripellis. Sig+num Gonballi de Ripellis. S+num Guillelmi de Cervaria. S+num Poncii de Conchabela. S+num Petri Balb. S+num Gonballi de Gissona. S+num Berengarii de Robione. S+num Ramon de Gurb. S+num Guillelmi Balb. S+num Stefani de Maginote. S+num Petri de Lasala. S+num Petri de Taraschone.

Sig [+] num Raymundi Iterii, qui hoc scripsit, et supra cum litteris rasis et emendatis in VIIII[a] linea immo re.

FUNDACIÓ NOGUERA

614

1195, març, 29

Domènec Guillem Berenguer i la seva dona, Berenguera, venen a Bernat Fauleta i a Maria d'Os una casa pel preu de cinquanta sous jaquesos. Els compradors, al mateix temps, donen post obitum *la casa a Sant Pere d'Àger.*

A. ACL, doc. 611, Car. 2331.
B. Cartulari, doc. 313, f. 140v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego, Dominicus Guillelmi Beregarii, et Beregaria, coniux mea, cum uolumptate nostrorum filiorum facimus carta uendicionis tibi, Bernardo Fauleta et Marie de Os, tue femine, de illam casa quam uos habuistis in pignus[1] de nos iamdudum. Et modo ego, Dominicus G[uillelmi] Berengarii et Beregaria uindimus tibi, Bernardo Faulete et Marie de Os, predictam casam, uidelicet per quinquaginta solidos denariorum Iacensis monete ad uestram uolumptatem faciendam per secula cuncta de terra usque ad sumum. Et abet affrontaciones supradictam casam ab oriente in uia, ab occidente in casas[2] de Marti Regan, de III in nos, emptores. Quantum inter istas affrontaciones includunt et termini ambiunt isti, sic uobis uindimus sepedictam casam francam[3] et liberam omni tempore ad uolumptatem uestram faciendam de te, Bernardo Faulete, et de Maria de Os per supradictos quinquaginta solidos, quos nos habuimus et accepimus de uos, B[ernardo] Faulete et Marie de Os; et adhuc absque[4] omni melioracione quod uos, B[ernardo] Fauleta et Maria de Os, fecistis in predictam casam dum habuistis et tenuistis in pignus[1] et quod superius est scriptum; cum aexiis et regressiis et pertinenciis cunctis predicte case. Ego, Dominicus G[uillelmi] Beregarii et Beregaria, uobis, Bernardo Fauleta et Maria de Os uindimus et concedimus et liberamus per nos et nostris tempore omni supradictam casam. Quod, si aliquis homo uel femina, qui hanc cartam inquietare uoluerit, in duplo componat aut componamus, et in antea firma et stabilis permaneat per secula cuncta.

Et ego, Bernardus Fauleta, dono, et concedo, et laudo spontanea uolumptate predictam casam quod habeo emptam Dominici G[uillelmi] Berengarii et Beregarie, coniugis sue, tibi, Marie de Os, semper in omni uita tua. Si minus uenerit de me, B[ernardo] Fauleta antequam de te, Maria de Os; et post obitum de me, B[erengario]

Fauleta et de te, Maria de Os, sit domus predicta per secula cuncta sancti Petri Aggeris cum omnibus aliis nostris domibus et rebus quas ad nostram finem de hoc seculo habebimus.

Factum est hoc IIII kalendas aprilis dominice incarnationis anno MºCºXCºVº.

Sig+um Dominici Guillelmi Berengarii. Sig+um Beregarie. Qui hanc cartam mandauimus scripbi testibusque firmari iussimus. Sig+um Nine. Sig+um Andree. Sig+um Gilii. Sig+um Raimundi. Sig+um Iordane. Filiorum predictorum Dominici et Beregarie, qui hoc concedunt, laudant et firmant. Sig+um Amadet. Sig+um Beregarii de Torres. Sig+um Raimundi Espannol. Isti sunt testes uisores et auditores. Sig+um Dolzane, matris iamdicti Dominici G[uillelmi] Berengarii, qui concessit et laudauit et suis propriis manibus firmauit.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit suum sig+num posuit die et anno prefixo.

1. pingnus. 2. ucasas. 3. fracam. 4. asque.

615

1195, setembre, 9

Bernat Balloví i Joan, juntament amb les seves respectives esposes, Berenguera i Sança, venen a Ramon Balloví un hort situat al costat de Sant Martí i un solar que és a la vora de Sant Vicent, tot pel preu de deu sous.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 1084, Car. 1947.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In Dei nomine. Ego, Bernard Balloui, et uxor mea, Ermengards, et Iohann et uxor eius, Sanza, uinditores sumus tibi, Raimundi Balloui. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus tibi uno orto et uno terrad ubi facias casa et hoc totum quod facere uolueris de super tu et omni posteritati tue de predictum terratum usque ad celum. Et est iamdictum ortum in solano de sancti Martini; affrontat de oriente in orto de Centol qui iam fuit, de meridie in cequia, de occidente in orto de Arnall [...]lona,[1] de aquilone in me, emptore. Et est predictum terrad subtus sancti Vicencii; affrontat de oriente in me, emptore, de meridie et de occidente in ffossar de sancti Vincencii, de aquilone in manssiones de Guari. Quantum

inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus tibi prenominato orto et prenominato terrad [cum][1] exiis et regressiis et pertinenciis cunctis; ad tuum proprium alaudium et ad facere tuam uoluntatem per secula cuncta propter precio placibili, quod de te accepimus, decem solidos denariorum. Et est manifestum. Quod, si nos, uindi[tores],[1] aut ullus homo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo tibi componat aut componamus cum omni sua melioracione. Et in antea ista carta firma stabili maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta carta V idus setembris anno ab incarnacione Domni MºCºXCºVº.

Sign+]um Bernard Balloui. Sign+um Ermengards. Sign+um Iohann. Sign+um Sanza. Qui ista carta iussimus scribi testibusque firmari.Sign+um Bernardi de Monlor. Sign+um Raimundi Reuert. Sign+um Arnall de Tartaret. Isti sunt testes uisores et auditores. Sign+um Pere. Sign+um Ramon. Sign+um Ermesen. Nos, filii, qui hoc laudamus et firmamus.

Raimundus, subdiachonus, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra sub iussione Raimundi Ballouini, capellani sancti Vincencii.

1. *El text apareix borrós en general i principalment en ambdós marges laterals.*

616

1195, setembre, 30

Arnau, abat de Sant Pere d'Àger, cedeix en cens a Pere Joan i a la seva dona, Clara, dues vinyes amb la prohibició de dividir-les entre els descendents. El cens consisteix en una aimina de farina de blat, un sester de vi, una cuixa [de porc] per valor de tres sous (o bé tres sous) i una faneca de civada (?).

B. Cartulari, doc. 184, f. 91v-92r.
C. *Resumen*, doc. 398.

Qualiter abbas dedit ad censsum Petro Iohani quodam linare quod est iuxta Viuer, et quandam uineam a Puyen et alia a Salents, et locum ubi faceret domos in fossario sancti Vincencii.

[S]it[1] notum cunctis quam ego, Arnallus Agerensis abbas, una cum Agerensi conuentu damus tibi, Petro Iohani, unum linar

iuxta ortum Arnalli de Anglerola; affrontat de una parte in Viver, de III[a] in uia que uadit a Gidmar, de IIII[a] in R. Exabel. Et damus tibi unam uineam a Puyen; afrontat predicta uinea ex parte una in Petro de le Bans, de alia in Petro Martino, de III[a] in Arnalo de Mur et Mir de Galos. Et adhuc damus tibi aliam uineam a Salente; afrontat ex una parte in Michael Eimerich, de alia in Amadet, de alia in uia publica, de IIII[a] uero parte in Martino de R. Iohane. Et damus tibi locum ubi facias[2] casas unas in fossario sancti Vincencii subtus casas Compannoni qui iam fuit; afrontant predicte case de una parte in ferragenal Compannoni, de alia in R. et B. Balloui, de III[a] in nos, donatores. Quantum iste afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic damus tibi, predicto Petro Iohani, et uxori tue, Clare, et posteritati tue, totum integre cum omnibus pertinenciis suis per secula cuncta; tali uero pacto ut tu et omnis posteritas tua habeas[3] et possideas prescriptum honorem ad fidelitatem et ad seruicium sancti Petri, et non eligatis inde alium seniorem nisi ecclesiam, et faciatis censsum prelibate ecclesie annuatim eminam unam farine frumenti barutelade, et sestarium unum puri et boni uini et pernam unam ualentem solidos III uel III solidos, et fanecham unam ciuade migencha; et precriptum honorem non possitis diuidere inter filios, nisi ad unum tamen et comendant Petrus Iohane et uxor sua in domo sancti Petri die quando dabunt prescriptum censsum in omnibus suis diebus et, post obitum eorum, ille tamen qui tenuerit sepedictum honorem.

Actum est hoc II kalendis octobri dominice incarnacionis anno M° C° XC° V°.

Sig+num A[rnalli], Agerensis abbatis, qui hanc cartam iussimus scribi testibusque firmari. Sig+num Io de Tolo. Sig+num R. Balloui. Sig+num R. de Auellanis. Sig+num R. de Samata .Sig+num B. de Laguarris. Sig+num P. d Ager. Qui hoc laudant et firmant.

Berengarius de Auellanis, presbiter, rogato scripssit suum posuit + die et anno prefixo cum literis suprapositis in XVII[a] linea.

1. *Vid. la introducció.* 2. Ubi facias *repetit.* 3. Habeas *repetit.*

617

1195, octubre, 15

Guillem Forts i la seva esposa, Sança, venen a Bernat Fauleta i a Maria d'Os una vinya a Sallent pel preu de dotze sous.

FUNDACIÓ NOGUERA

A. ACL, fons d'Àger, doc. 447, Car. 2337.
B. Cartulari, doc. 313, f. 140v.
C. *Resumen*, ap., doc. 65.

In Dei nomine. Ego, Guillelm Forts, et uxor mea, Sanza, uinditores sumus tibi, Bernard Fauleta et Maria de Os. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus uobis una uinea cum omnibus arboribus qui ibidem sunt et cum terra in qua est fundata. [Et est iamdicta][1] uinea in termino de Ager, nominato loco[ad][2] Salents. Affrontat ab oriente in uia publica,[3] de meridie in terra de Bernard Roma, de occidente in torrente, ab aquilone in uinea de Guillelm Frebenti, qui iam fuit. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus uobis prenominata uinea et terra cum exiis et regressiis et pertinenciis cunctis ad uestrum proprium alodium et ad facere uestram uoluntatem per secula cuncta propter precio placibili, quod de uos accepimus, XII solidos denariorum. Et est manifestum. Quod, si nos, uinditores, aut ullus homo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo uobis componat aut componamus cum omni sua melioracione. Et in antea ista carta firma stabili maneat modo uel omnique tempore, et non sit disrupta.

Facta carta idus octobris anno ab incarnacione Domni MºCºXCºVº.

Sign+um Guillelm Forts. Sign+um Sanza. Qui ista carta iussimus scribi testibusque firmari. Sign+um Raimundi Balloui. Sign+um Pere Mulner. Sign+um Bernardi Ferrer. Isti sunt testes uisores et auditores. Sign+um Beringer. Sign+um Bernard. Sign+um Guielma. Nos, filii, qui hoc laudamus et firmamus.

Raimundus, subdiachonus, rogatus scripsit sub die et anno + quo supra.

1. *Hi ha una llacuna de paraules al text.* 2. *La lectura del pergamí es fa difícil a tot el marge dret, pel que sembla, a causa d'un defecte del mateix pergamí.* 3. plubica.

618

1195, octubre, 24. El Laterà

*Celestí III ordena a l'arquebisbe de Tarragona i als bisbes sufraganis el compliment de la decisió papal mitjançant la qual ha decidit que les col·legiates de Sant Victorià de Sobrarb i Sant Pere d'Àger passin a dependre del bisbe de Lleida ja que han perdut l'estatus d'*abadia nullius.

B. BC, doc. 3544, Car. 2515, doc. 2. Còpia en paper dels segles XIII-XIV.
B' BC, doc. 3537, Car. 525. Còpia en paper dels segles XIII-XIV.
C. *Resumen*, doc. 400.
a. KEHR, vol. II, doc. 261, pp. 566 i ss.

Celestinus episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilis fratribus.... Terrachonensi[1] archiepiscopo et suffraganeis eius salutem et apostolicam benedictionem. Licet bone opinionis odor uenerabilis fratris nostri G. Ilerdensis[2] episcopi et nomen iam pridem ad nos usque peruenerit et communis fama tam in executione officii sui quam in aliis ei laudabile testimonium perhibeat honestatis, postquam ad nostram presentiam accessit, comendabilem ipsius conuersationem oculus apostolice circumspectionis considerauit subtulius et inspexit et sicut eum cognouit prudentia et honestate pollere, ita gratie prerogatiua ipsum et ecclesiam suam decreuit et proposuit honorare, ut apostolice sedis beniuolentia que prudentum uirorum semper consueuit et debet uelle nec non et promouere profectum, digne ipsius merito respondeat actionum. Inde est quod ipsius iustis precibus inclinati, monasterium sancti Victoriani et Agerense[3] monasterium utrumque cum omnibus ecclesiis suis, que ad Romanam ecclesiam nullo pertinent mediante, ipsi et per eum ecclesie Ilerdensi[2] de communi fratrum nostrorum consilio duximus concedenda, ut eidem episcopo et successoribus suis dicta monasteria cum ecclesisiis suis episcopali iure subiaceant et eius monita et precepta debeant inuiolabiliter obseruare, omnimodam eis obedientiam et reuerentiam perpetuis temporibus seruatura. Non obstantibus priuilegiis seu aliis rescripttis super ipsorum exemptionibus a sede apostolica impetratis. Vnde non ipsis abbatibus et fratribus dictorum monasteriorum mandatum nostrum direximus et preceptum, ut prefato uenerabili fratri nostro G. et ecclesie Ilerdensi,[2] ut superius dictum est, omnimodam obedientiam et reuerentiam tanquam episcopo suo sine difficultate apellatione et contradictione aliqua exibere procurent. Quocirca fraternitati uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus si predicti abbates et fratres eorum mandatumnostrum distulerint[4] uel neglexerint adimplere, sententiam, quam idem episcopus in eos et ecclesias ipsorum propter hoc duxerit promulgandam, ratam habeatis et faciatis ipsam apellatione remota firmiter obseruari.

Dat. Lateran. VIIII kal. nouembris pontificatus nostri anno V.[5]

1. Tarragonem *B'*. 2. Hilerden *B'*. 3. Aggeren *B'*. 4. distulerunt *B'*. 5. pont. n. a. V. *manca a B'*.

FUNDACIÓ NOGUERA

619

1195, novembre, 1. El Laterà

Celestí III ordena a l'abat i als canonges del monestir de Sant Victorià de Sobrarb que, després d'haver conferit la seva jurisdicció al bisbe Gombau i a la diòcesi de Lleida, tributin obediència al bisbe i que observin la regla de Sant Benet.

B. BC, doc. 3544, doc. 3, Car. 2515. Còpia en paper del segle XIII-XIV.
C. *Resumen*, doc. 401.
D. Col·lecció *Traggia*, vol. II, f. 109r-v. Madrid, Biblioteca RAH.
a. KEHR, vol. II, doc. 262, pp. 567 i ss.

Celestinus episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis... abbati et conuentui monasterii sancti Victoriani salutem et apostolicam benedictionem. Licet bone opinionis odor uenerabilis fratris nostri Gombaldi[1] Ilerdensis episcopi et nomen ad nos usque iam pridem peruenerit et communis fama tam in executione officii sui quam in aliis eis laudabile testimonium perhibeat honestatis, postquam ad nostram presenciam accesit, comendabilem ipsius conuersationem oculus apostolice circumspectionis considerauit subtilius et inspexit et sicut eum cognouit prudentia et honestate pollere, ita gratie prerogatiua ipsum et ecclesiam suam decreuit et proprosuit honorare, ut apostolice sedis beniuolentiam, que prudentium uirorum semper consueuit et debet uelle nec non et promouere profectum, digne ipsius merito respondeat actionum. Inde est quod ipsius iustis precibus inclinati monasterium uestrum, quod ad Romanam ecclesiam nullo pertinet mediante, cum omnibus ecclesiis suis, ipsi et per eum ecclesie Ilerdensi de communi fratrum nostrorum consilio duximus concedendum, ut eidem episcopo et successoribus suis dictum monasterium uestrum cum ecclesiiis suis episcopali iure subiaceat et eius monita et precepta debeat inuiolabiliter obseruare, omnimodam eis obedientiam et reuerentiam perpetuis temporibus seruaturum. Non obstantibus priuilegiis super uestra exemptione a sede apostolica impetratis. Volumus autem, ut ordo monasticus, qui ibi secundum Deum et beati Benedicti regulam in ipso monasterio noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus, quatinus dicto uenerabili fratri nostro G. et ecclesie Ilerdensi, ut superius dictum est, omnimodam obedientiam et reuerentiam tanquam episcopo uestro sine difficultate appellatione et contradictione aliqua exhibere curetis. Alioquin noueritis nos uenerabilibus fratribus nostris

Terrachonensi archiepiscopo et suffraganeis eius dedisse firmiter in mandatis, ut sententiam, quam idem episcopus propter hoc in uos et ecclesias uestras promulgauerit, ratam habeant et faciant fimiter obseruari.

Dat. Lateran. kal. nouembris pontificatus nostri anno V.

1. Gueraldi *B.*

620

1195, novembre, 2. El Laterà

Celestí III comunica al bisbe de Lleida, Gombau, la supressió de la independència de les col·legiates de Sant Victorià de Sobrarb i Sant Pere d'Àger, confirma tanmateix els altres drets adquirits per aquestes fins a la data, bé siguin concedits per laics o bé per eclesiàstics.

B. BC, doc. 3544 doc. 1, Car. 2515. Còpia en paper del segle XIII-XIV in.
B'. BC, perg. 3537, Car. 525. Còpia del segle XIII ex. del segle XIV in.
C. ACL, Llibre Verd, f. 29v-30r.
D. APA, Car. 22. Còpia de 21 de juliol de 1330.
E. *Resumen,* doc. 399.
F. Col·lecció *Traggia*, vol. II, f. 109r-v. Madrid, biblioteca de la RAH.
a. KEHR, vol. II, doc. 263, pp. 568 i ss.

Celestinus episcopus seruus seruorum Dei.[1] Venerabili fratri Gombaldo Ilerdensi[2] episcopo eiusque sucessoribus cannonice substituendis in perpetuum. Licet bone opinionis tue odor iam pridem ad nos usque peruenerit[3] et communis fama tam in executione tui offici quam in aliis tibi laudabile testimonium[4] perhibeat honestatis, postquam ad nostram presentiam accessisti, commendabilem conuersationem tuam oculus apostolice circumspectionis considerauit subtilius et inspexit et sicut te cognouit prudentia et honestate pollere, ita gratie prerogatiua te et ecclesiam tuam decreuit et proposuit honorare, ut apostolice sedis beniuolentia, que prudentum uirorum semper consueuit et debet uelle nec non et promouere profectum, digne tuarum merito respondeat actionum. Inde est quod tuis iustis precibus inclinati, monasterium sancti Victoriani et Agerense[5] monasterium utrumque cum omnibus ecclesiis suis, que ad Romanam ecclesiam nullo pertinent mediante, tibi et per te ecclesie Ilerdensi[6] tuo regimini commisse de communi fratrum nostrorum consilio duximus concedenda. Statuentes ut eidem ecclesie tue dicta monasteria cum ecclesiis suis episcopali iure

subiaceant et eius monita et precepta tanquam sue matris ecclesie debeant inuiolabiliter obseruare, omnimodam ei obedientim et reuerentiam perpetuis temporibus seruatura. Non obstantibus priuilegiis seu aliis rescriptis super ipsorum exemptionibus a sede apostolica impetratis. Ad hec libertates et inmunitates seu decimarum concessiones et licitas oblationes a regibus princibus et aliis personis tam ecclesisticis quam mundanis Ilerdensi[7] ecclesie rationabiliter indultas et antiquas et rationabiles consuetudines integras illibatasque manere presenti decreto sanccimus. Inhibemus insuper, ne aliquis infra fines dyocesis tue sine assensu tui uel illius qui pro tempore residebit episcopus, capellam sue oratorium de nouo audeat construere, saluis priuilegiis Romanorum pontificum. Decernimus ergo etc. salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc.

R. Ego Celestinus catholice ecclesie episcopus ss. BV.

+ Ego Albinus Albanensis episcopus ss.

+ Ego Octauianus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.

+ Ego Petrus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.

+ Ego Pandulfus basilice XII Apostolorum presb. card. ss.

+ Ego Iohannes tit. sancti Clementis card. Viterbiensis et Tuscanensis episcopus ss.

+ Ego Guido presb. card. sancte Marie[7] Transtiberim tit. Calixti ss.

+ Ego Hugo presb. card. sancti Martini tit. Equitii ss.

+ Ego Cencius tit. sancti Laurentii in Lucina presb. card. ss.

+ Ego Soffredus tit. sancte Praxedis presb. card. ss.

+ Ego Fidantius[8] tit. sancti Marcelli presb. card. ss.

+ Ego Iohannes tit. sancte Prisce presb. card. ss.

+ Ego Gerardus[9] sancti Adriani dyac. card. ss.

+ Ego Gregorius sancte Marie in Porticu dyac. card. ss.

+ Ego Gregorius sancte Marie in Aquiro dyac. card. ss.

+ Ego Gregorius sancti Georgii ad Velum aureum dyac. card. ss.

+ Ego Lotarius sanctorum Sergii[10] et Bachi dyac. card. ss.

+ Ego Gregorius sancti Angeli dyac. card. ss.

+ Ego Bobo sancti Theodori dyac. card. ss.

FUNDACIÓ ACADEMIA

Dat.[11] Lateran, per manu Cencii sancte Lucie in Orthea diaconi cardenalis, domini pape camerarii, IIII non. nouembris, indictione XIIII, anno dominice incarnationis MºCºXCº Vº , pontificatus uero domni Celestini pape III anno Vº.

1. *eps. etc. B'.* 2. Hilerden *BB'.* 3. peruenit *BB'.* 4. testimonium *manca a C.* 5. Aggerense *B,* Aggerensi *C.* 6. Hilerden. *B',* Ylerden *C.* 7. in add. *C.* 8. Fr. *B.* 9. Berardus *B.* 10. Georgii *B.* 11. A B'. *manca des d'Amen, i la data adquireix la forma* Dat. Lateran. III non nouemb., a.d. inc. M C XCV, pont. nri. anno V.

621

1195, novembre, 7

B. Bovet, la seva dona, Arsenda, i els seus fills, Pere i Ermessén, fan entrega de tot el seu patrimoni a B. Claramunt en penyora de cent quaranta sous.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 429, Car. 1766.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit cunctis hoc audientibus quomodo ego, B. Bouet, et coniux mea, Arsen, et Pere, filio meo, et coniux [eius],[1] Ermesen, per nos et per omnes nostros mitimus in pignora tibi, B. de Clarmont, uel a tuis totam nostram honorem [quam][1] habemus in Os uel in suis terminis et in Latosca et in suis terminis et in aliis locis, ubi ego abeam uel abere [debeam] et in antea ubi Deus dederit mihi ad gaudere.[2] Id sunt terris, uineis, ortis, ortalibus, arboribus pomiferis et inpomiferis, kasas, casalibus, cultum uel eremum, totum ab integrum. Et ego, B. Bouet, tinga aquesta honor per B. de Clarmont uel suis pro precio placibile quod nos, impignoratores, recepimus de uos, impignorator, CXL solidos, unde nos sumus bene pacatos ad omnem nostram uoluntatem. Et ego, B. Bouet, uel meis abeam et possideam ego uel meis istam honorem per B. de Clarmont uel suis. Et B. Bouet uel meis ubique faciamus nullam laurationem de ista honor uel de alia donemus ad B. de Clarmont uel ad suos la quarta part de toto bene que trisca per bona fide sine engan. Et B. de Clarmont uel suis non fatiat nullam missionem in isto quart, et B. de Clarmont pendra de ista onor udat in gadardo et non in paga de isto autem suprascripto. Et est terminum de ista pignora de ista festa Tots Sants a dos ans. Et, si ad istum terminum pagaua ego, B., uel meis ad tibi, B., uel ad tuis CXL solidos de melius moneda qui currat [...][3] et aui

sia soluta ista pignora; et si non, uadat de dos a dos ans usque B. sia pagad uel suis sine suo engan. Et per maiorem securitatem damus tibi fidantia B. Carui. Et ego, B. Carui, pluixo et afido ad tibi, B. de Clarmont, X adiurs que ego fatiam aut [...][3] contra totos homines uel feminas sine tuo engan ista onor et faza donar tot dret et que faza pagar teua[3] en pace qui est suprascriptum. Au nulus omo uel femina, qui ista carta inquietare uoluerit, non hoc ualead, sed in duplo componat, et non sit disrupta.

Facta ista carta pignora VII° idus nouember anno incarnationis Christi M°C°XC° V°.

Sig+num B. Sig+num Arsen. Sig+num Pere. Sig+num Ermesen. Sig+num Ermesen. Sig+num Iacera. Nos, qui istam cartam mandauimus scribere et ad testes firmare fecerimus. Sig+num Ar. Clauer. Sig+num Ioan de Pinana. Sig+num G. d Alberola. Isti sunt testes uisores et auditores de ista pinora.

A., subidaconus, qui hoc scripsit die et anno + quod supra sub iussione Morato, presbiter.

Sig+num B. Carui, fide.

1. *El marge superior dret del pergamí està lleugerament mutilat.* 2. gaduire, *paraula de lectura difícil amb un signe d'abreviació que no sabem on col·locar.* 3. *Text de lectura difícil, amb algunes abreviatures de resolució poc clara.*

622

1195, desembre, 27

Guillem Julià i el seu germà Llorenç donen a Sant Pere d'Àger dues parcel·les de terra a Vilamajor, una tona i quaranta sous sub modo *d'un dret vitalici d'aliments i, si les circumstàncies ho permeten, que Guillem sigui ordenat canonge de l'esmentada església.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 335, Car. 156.
B. Cartulari, doc. 83, f. 49v-50r.
C. *Resumen*, doc. 388.

Sit notum cunctis quod ego Guillelmus Iuliani bono animo una cum fratre meo Laurentio dono domno Deo et Agerenssi ecclesie in manu Arnalli, abbatis, ceterorumque cannonicorum eiusdem loci seu clericorum duas petias alaudi in uocitato loco ad Villam Maiorem. Affrontat una ex istis una ex parte in carraria, de alia in gazol de sancto Iusto, de III in Petro Gualterii. Affrontat alia petia ex una parte in Guillelmo Raimundi, de alia in Petri

Galterii, de III in gazol de sancto Iusto, de IIII uero parte in pla de laza de sancto Iusto. Quantum iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic ego, prescriptus Guillelmus, simul cum prelibato Laurentio dono domno Deo et prenotate ecclesie cum exitibus et redditibus et pertinentiis cunctis ad proprium alaude et franchum et liberum per secula cuncta; et de nostro iure tradimus in dominio sepedicte ecclesie. Et adhuc dono prescripte ecclesie tonam unam tenentem modius VI et quadraginta solidos, quibus fuit emptum decimum Guillelmi Forts. Et ego, A[rnallus] abbas, cum Aggerenssi conuentu damus tibi, Laurentio, in Agerenssi ecclesia uictum[1] et, si Aggerenssis ecclesia uenerit ad ordinem, tu, prescriptus Laurentius, facias te cannonicum.

Actum est hoc VI kalendas ianuarii anni Domni incarnacionis MºCºXCºVº.

Sign+um Guillelmi Iuliani. Sign+um Laurentius. Sign+um Aled, matris eorum. Sign+um Marie, uxoris Guillelmi. Qui hoc iusserunt scribi. Sign++um Orget. Sign+]um Arnalli, abbatis. Sign+um I. de Tolo. Sign+]um G. Balloui. Sign+um R. de Pallars. Sign+]um R. de Auellanis. Sign+um Sign+]um R. de Ssamata. Sign+um P. de Ager. Sign+um B. de Laguarres. Sign+um B. Amati. Sign+um B. de Montesor. Sign+]um R. Berenger. Testes sunt.

Berengarius, presbiter, rogatus scripssit suumque + posuit die et anno prefixo.

1. *Darrere hi ha una paraula obliterada.*

623

1195, desembre, 30

G. de la Barbacana, juntament amb la seva esposa, Ermessén, entreguen el seu patrimoni immoble a B. de Claramunt en penyora de cinquanta sous. Presta fiança de la penyora I. de Pinyana.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 602, Car. 2380.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit cunctis hoc audientibus quomodo ego G. de la Barbacana et coniux mea Ermesen per nos et per omnes nostros mittimus in pignum tibi B. de Clarmont totam nostram honorem, quas nos habemus in Hos et in suis terminis, et in la Tosca similiter, et in aliis locis ubi Deus de[derit][1] nobis. [Id sunt][1]terris,

uineis, kasas, cassalibus, ortis, ortalibus, arboribus pomiferis et inpomiferis, cultum uel eremum, totum ab [integr]um[1] sine malo ingenio pro pretio placibile, que recepimus de uos unde sumus bene pacati, X solidos Iacensium. Et ego G. suprascripto uel meis abeamus et teneamus ipsam honorem suprascriptam et laboremus secundum nostrum posse. Et nos impignoratores ubique fatiamus nullam laborationem in istam honorem suprascriptam uel in aliam, donemus la quartam partem de toto bene qui trisca ad B. de Clarmont uel suis directam mentem et fidelissimam. Et, si [homo][1] uel femina laboraua de ista ho[nore][1] suprascripta, G. de la Barbacana fatiad dare la quarta part ad B. de Clarmont. Et B. de Clarmont non fatiad nullam missionem in illam laborationem. Et de isto quart que B. de Clarmont prendra, uadat in guadardo et non in paga de isto auer suprascripto. Et est terminum de ista pignora de ista festa circuncisione Domni ad dos annos. Et, si ad istum terminum suprascriptum pagaua ego, de la Barbacana uel meis ad tibi, B. de Clarmont uel tuis X solidos de la melior moneda qui currad ad Ylerda, apa et aui fiad soluta ista pignora. Et, si non pacauerimus, uadat de dos ad dos ans usque G. uel suis abeat pagad ad B. de Clarmont siue ad suis. Et per maiorem securitatem damus tibi fidantia de saluetad I. de Pinana. Et ego I. de Pinana conuenio et afido ad tibi B. de Clarmont que ego fatiam auere et tenere ista pignora suprascripta contra totos homines uel feminas, et fatiam dare tuos directos sine tuo engenio. Et in antea conuenio tibi B. que ego faciam pacare tuos denarios suprascriptos in pace. Au nullus homo uel femina, qui istam cartam inquietare uoluerit non ualeat, sed in duplo componat; et in antea sit firma et non sit disrupta usque fiad soluta ista pignora.

Facta ista carta pignora III kalendas ianuarii anno incarnationis Christi MºCº XCºVº. Sig+num G. de la Barbacana. Sig+num Ermesen coniugis eius. Sig+num Saurina, filia eius. Nos, qui istam cartam mandauimus scribere et ad testes firmare rogamus. Sig+num A. Clauer. Sig+num R. de Gat. Sig+num B. Bouet. Sig+num I. de Pinana fides. Isti sunt testes uisores et auditores.

A., subdiaconus, qui hoc scripsit die et anno quod + supra sub iussione Morato presbiter.

1. *El text és borrós a la part superior dreta del document.*

FUNDACIÓ NOGUERA

624

1196, gener, 15

Maria Agera, juntament amb els seus fills, fa entrega de tots els seus béns immobles situats a Os i a la Tosca a Bernat de Claramunt en penyora de quaranta sous jaquesos. Presta fiança de la penyora Bernat Mudax.

B? BC, perg. 3996, Car. 2191.
C. *Resumen*, ap., doc. 64.

Notum sit cunctis hoc audientibus quomodo ego, Maria Agera, et Re., filio meo, et filias meas per nos et per omnes nostros mitimus in pignora totam nostram honorem ad Bernardum de Clarmont[1] quas nos habemus in Os et in suis terminis, et in la Tosca similiter. Id sunt terris, uineis, kasas, casalibus, ortis, ortalibus, arboris pomiferis et inpomiferis, cultum uel eremum, totum ab integrum mitimus nos in pignora, quantam honorem hodie habemus uel habere debemus et in antea Deus dederit nobis ad gadatire pro pretio placibile, que nos recepimus de uos, unde sumus bene pacatus, XL solidos Iacensium. In tali uero conuenientia mitimus in pignora ipsam honorem suprascriptam, que nos habeamus et teneamus et beneficiemus hanc honorem suprascriptam secundum nostrum posse; et de ipso bene que isca de ipsam honorem abeat B[ernardus] de Clarmonte la quartam partem, et de ipsam que est in pignora similiter. Et de totam nostram laborationem que nos fatiamus in nostram honorem predictam uel in aliam conuenimus nos, impignoratores, tibi, [Bernardo] predicto, que nos donemus directam mentem et fidelissimam ipsam quartam partem sine uestro engenio. Et, si nullus homo uel feminas fecerit[2] nullam laborationem in istam honorem iamdictam, nos fatiamus dare suos directos ad Bernardo de Clarmont. Et tibi, B[ernardo] iamdicto, non fatiad nullam missionem in illam honorem uel in laborationem. Et ipso quart quod nos daremus tibi, B[ernardo] iamdicto, uadat in guardardo de isto auer iamdicto et non in paga. Et abet terminum ista pignora de ista festa circunsione Domni transacta ad duos annos; et si ad istum terminum non potuerimus pacare istos denarios suprascriptos, uadat de duos ad duos annos usque Maria uel suis pacabo tibi B[ernardo] uel tuis ipsos XL solidos. Et per maiorem securitatem damus tibi fidantia de saluetad Bernardo Mudar, qui uobis fatiat abere et tenere istam pignoram suprascriptam contra totos homines uel feminas securam mentem et bonam. Et ego Bernardo Mudax[3] pluo et fido per bonam fidem

sine uestro engenio tibi B[ernardo] de Clarmont que ego fatiam habere et tenere; et fatiam dare la quartam partem de ipso esplet de ipsa honore, et fatiam pacare uestros denarios ad terminum eius. Aut nullus homo uel feminam, qui istam cartam inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo componat; et in antea sit firma et stabilis, et non sit disrupta usque ista pignora siad soluta.

Facta ista carta pignora XVIII kalendas freboarii anno incarnationis Christi Mº Cº XCº Vº.

Sig+um Maria. Sig+um R. filio Maria. Sig+um Iacesa. Sig+um Dultie. Sig+um Re. Nos, qui istam cartam mandauimus scribere et ad testes firmare rogamus. Sig+um G. d Alberola. Sig+um I. de Pinana. Sig+um A. de Vilaseca. Isti sunt testes uisores et auditores de ista carta pignora. Sig+um B. Mudax, fides.

Adan subdiaconus qui hoc scripsit die et anno + quod supra sub iussione Morato presbiter.

1. ad Bernardum de Clarmont: *afegit al final de la primera línia en un racó, possiblement en una data posterior.* 2. *Signe d'abreviació innecessari.* 3. Mudax: *repetit*.

625

1196, març, 29

Pere de Millà, la seva dona, Maria Cornudella, i fills, venen a Arnau de Sant Just una terra amb oliveres a Respluga (?) *pel preu de vint-i-tres sous, a pagar en diners.*

B. Cartulari, doc. 267, f. 123v.
C. *Resumen*, no consta.

Qualiter Petrus de Miyla uendidit Arnallo de sancto Iusto quandam terram que est a Respluga.

[S]it[1] omnibus notum qualiter ego, Petrus de Miyla, et coniux mea, Maria Cornudela, et filios nostros, Guillelmum et Arnallum et Ermessen, per nos et per omnes nostros facimus cartam uindicionis. Per hanc scripturam nostre uindicionis uobis, Arnal de sent Iust et uxoris, uindimus unam nostram terram cum omnibus oliuariis ab integrum. Et est predicta a Respluga, quam nos melius habemus et habere debemus, predictam terram cum omnibus oliuariis qui in predicta terra sunt fundati, et adhuc unum oliuarium quam habemus prope terram iam dictam et prope uineam de Pere Muner, qui sedet in ribam iustam uiam. Hec omnia dicta

terram cum oliuariis et oliuarium predictum ego, Petrus de Miyla et Maria Curnudela, per nos et per nostros uindimus uobis, A. de sent Iust et uestris ad uestram uoluntatem faciendam omni tempore, uidelicet propter precium de predicta omnia XX et III solidos denariorum, quos ego, Petrus de Miyla, et Maria, coniux mea, et nostri accepimus de uos, A. de sent Iust, et nos bene pacati fuimus. Et habet affrontaciones predictam terram cum predictis oliuariis ab oriente in terra de Cabrida, de alia in uinea de Arquilon, de III[a] in rocha, de IIII[a] uero parte in uia. Quantum inter iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, quod dictum superius est, uindimus uobis, A. de sent Iust et uxorie per secula cuncta predicta omnia ab integrum cum exiis et regressiis et omnibus pertinenciis omni tempore que ad predicta omnia pertinent.

Factum est hoc IIII[o] kalendas aprilis dominice incarnacione anno M[o] C[o] XC[o] VI[o].

Sig+num Petri de Miyla. Sig+num Marie, coniugis sue. Qui hanc cartam mandauimus scribi testibusque firmari. Sig+num Gillelmi. Sig+num Arnalli. Sig+num Ermessendis. Filiorum illorum, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+num Bernardi de Montlor. Sig+num Bernardi Bordelet. Sig+num Raimundi Berengarii. Isti sunt testes.

Bernardus, leuita, qui hoc scripssit suumque sig+num posuit die et anno prefixo.

1. *Vegeu la introducció.*

626

1196, abril, 2[a]

Pere Baró, juntament amb la seva dona, Ermessén, fills i gendre, venen a Sant Pere d'Àger una casa a Camporrells pel preu de setze sous jaquesos.

A? ACL, fons d'Àger, doc. 328, Car. 727.
B. *Resumen*, doc. 403.

In Dei nomine. Ego Pere Baro et uxor me Ermesen et Ramon genero meo et uxore sue Alegreta et infantes nostri Bernat et Marti, Maria, Sanca. Omnes in simul uendimus uobis A[rnallo] abbati Agerensis[1] conuentus eiusdem loci et successorum illorum omni tempore in perpetuum unam mansionem in castri Camporrelles per precium placibile quod fuit inter nos et uos silicet XVI

solidos bone monete Iacese, quos omnes a uobis integriter abuimus et recepimus et uestri paccati fuimus. Et afrontat ipsa mansione de duas partes nos ueditores de tercia in uia. Et I pisatoris similiter sines damnum llogeri de ipso nostro orto. Quam predicte afrontacionis[2] includunt, sic uindimus uobis cum exiis et regressis et suis melioracionibus de celo usque in abbissum terre[3] ad omnes uestras uoluntates facere per secula cuncta; et de nostro domui traimus et in uestro mitimus. Et conuenimus per nos et per nostros uobis aures aessae legales garentes de omnibus hominibus. Factum est hoc. Quod nullus homo uel femina, qui ista carta et uendicionis[5] inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo componat, et non sit dirupta.

Facta ista carta et uendicio[4] VIII[toa] nonas aprilis anni dominici MºCºXCºVIº.

Sign+um Pere Baro. Sign+um Ermessen. Sign+um R. Sign+um Alegreta. Sign+um B. Sign+um Marti. Sign+um Maria. Sign+um Sanca. Qui ista carta mandaui scribere et testes firmare rogaui. Sign+um Valenti. Sign+um Pere Ermegot. Sign+um Baro est fides et uisoris saluetate de omnibus hominibus preter potestatem terre. Isti sunt testes uisores[5] et auditores de ipsa uendiccione.

Ramon, sacer, scipsit et hoc + posuit sub iusionis I. Escola die et anno prefixo cum literis superpositis in tercia regula.

a. *La indicació del dia del mes és clarament incorrecta. Tot i suposar que és un error del copista i que cregués que les nones eren el dia 7, tampoc no hi cabria al text. Però, a més, hi ha el sufix* to, *la qual cosa fa suposar un quart, etc. D'altra banda, l'originalitat del text també se'ns presenta dubtosa: la lletra, l'absència d'alguns signes d'abreviació, principalment en el cas de les nassals, ens porten a pensar-ho. Llavors, el més fàcil és suposar una errada material de l'escrivà i llegir IIII en comptes de VIII.*

1. Agerensis *escrit a sobre. Hi fa referència el rogatari a la seva subscripció.* 2. afrotacionis. 3. tere. 4. uediccio. 5. uisorores.

627

1196, abril, 9

A. Beclerixi, la seva esposa, Ermessenda, i el seu fill Miquel venen a Joan de Toló pel preu de cinc sous jaquesos la part corresponent a unes oliveres situades al terme d'Àger i que tenen pro indiuiso *amb les esglésies de Sant Pere i Sant Vicent de la mateixa vila.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 579, Car. 2417.
B. Cartulari, doc. 250, f. 114v.
C. *Resumen*, doc. 404.

Sit notum cunctis quod ego A. Beclerexi et filius meus Michael et uxor mea, Ermessenda, uinditores sumus uobis, Iohanni de Tolo. Per hanc scripturam nostre uindicionis uindimus uobis, predicto Iohanni, omnia iura nostra que habemus et habere debemus in holiuariis et in terra in qua fundati sunt. Quos habemus cum ecclesia sancti Petri et sancti Vincentii in termino Ageris, in loco ubi dicunt ad Marunna, per V solidos Iaccenssis monete, scilicet de medietate terre et holiuariorum. Accipiunt alii terciam et quintam partem, et in ista tercia et quinta parte habemus terciam partem et uindimus hanc terciam partem uobis iamdicto Iohanni per cuncta secula ad faciendam uestram uoluntatem. Afrontat prenotata terra cum holiuariis a parte orientis in terra de Sacristia, a meridie in terra Iusti Stephani, ab occidente in uinea uicecomitis, ab aquilone in heremo. Quantum iste afrontaciones includunt, sic uindimus uobis prelibato Iohanni cum omnibus suis pertinentiis omnia prenominata iura nostra.

Actum est hoc V idus aprilis dominice incarnacionis anno MºCºXCºVIº.

Sign+um A. Beclerixi. Sign+um Ermessende, uxoris eius. Sign+um Michael, fili eorum. Qui hanc cartam mandauimus scribi testibusque firmari. Sign+um G. Balloui. Sign+um Bordelet. Sign+um B. de Montlor. Sign+um G. Berenger. Testes sunt.

Berengarius, presbiter, rogatus scripsit suumque posuit +signum die et prefixo anno.

628

1196, abril, 10

Arnau Condor i la seva muller, Bonadona, juntament amb G. Opilo i la seva esposa, Arsenda, venen a Joan de Toló un hort a Sant Martí pel preu de quatre sous jaquesos.

A. APA, Car. 456.
B. Cartulari, doc. 291, f. 132r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Sit notum cunctis quod ego, [Arna]llus[1] Condor, et uxor mea, Bona Dona, et G. Opilo et uxor mea, Arsen, uindimus nos in simul uobis, Iohanni de Tolo, hortum unum ad sanctum Martinum per IIIIor solidos Iaccenssis monete. Affrontad a parte orientis in G. Forts, ab occidente in horto sancti Petri, de meridie in horto

Bernardi Argilo, ab aquilone in horto B. Argilo. Quantum iste affrontaciones includunt, sic uindimus uobis, iamdicto Iohanni, predictum hortum cum omnibus suis pertinetiis ad faciendam uestram uolumptatem per secula cuncta. Et de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate, et hoc facimus spontanea uolumptate. Et hoc predictum mitit A. Condor suum maiorem [linarem][2] quoque habet ad sancta Maria del Pla. D. B. per fide iusorem de saluetad.

Actum est hoc IIII idus aprili[3] dominice incarnacionis anno Mº Cº XCº VIº.

Sign+um Arnalli Condor. Sign+um Bone Done. Sign+um G. Opilo. Sign+um Arsende. Nos, qui hanc cartam mandauimus scribi testibusque firmari.Sign+um R. Sign+um [Dominici].[4] Filiorum Arnalli et Bone Done. Sign+um Tome. Qui hoc laudant et firmant. Sign+um Guillelmi[5] Berengarii. Sign+um B. Fauleta. Sign+um B. Amati. Testes sunt.

Berengarius, presbiter, rogatus scripssit suumque posuit + die et anno prefixo cum literis emendatis in prima et VIIII et XI linea et etiam in XII linea[6]

1. *Escrit sobre un esborrall i de lectura difícil, el nom es dedueix de la subscripció; a això fa referència el rogatari a la subscripció (línia primera). Alguns noms s'han suplert al Cartulari.* 2. *Íd. anterior, encara que el rogatari no ho esmenta.* 3. *Íd. anterior (línia número 9).* 4. *Íd. anterior (línia número 12).* 5. *Íd. anterior (línia número 13).* 6. *Errada del rogatari es tracta de la línia número 13.*

629

1196, abril, 23

Bonadona, juntament amb el seu marit, Arnau Condor, i els seus fills, venen a Joan de Toló un hort i la meitat d'una olivera pel preu de quatre sous jaquesos i mig. Així mateix, presten fiança per un farraginal situat a Santa Maria del Pla.

A. BC, perg. 3994, Car. 2198.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Sit omnibus notum qualiter ego, Bona Domna, et uir meus, Arnallus Comdor, et filii nostri, scilicet R[aimundus] Opilo et Dominicus Opilo, per nos et per nostros facimus cartam uindicionis tibi Iohanni de Tolo ortum unum cum medietatem oliuarii qui est in extremitate predicti orti, uidelicet per IIIIor solidos et dimidium Iaccensis monete. Et predictus ortus affrontat a parte orientis in

orto qui fuit G. Fortsz, et ab occidente in orto predicti Iohannis de Tolo, de meridie in orto Bernardi Arguillo, ab aquilone in alio orto iamdicti Bernardi Arguilo. Quantum inter iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, quod superius est, sic uobis Iohanni de Tolo uindimus predictum ortum et predictam meditatem oliuarii, et cum introitu et exitu et cum omnibus pertinenciis predicti orti ad faciendam uestram uolumptatem per secula cuncta; et de nostro iure in uestro tradimus dominio et potestate, et hoc facimus spontanea uoluntate. Et predictus A[rnallus] Comdor et Bona Donna et filii sui, R[aimundus] Opilo et Dominicus Opilo, per fidanza de saluetad et fermanza mitunt in tenezo a Iohanne de Tolo illum ferragenall maiorem et meliorem qui est ad sancta Maria de Pla, iusta ferragenall uel linar R. Anfos qui iam fuit, et iusta linar uel ferragenal Argilo. Quod, si aliquis homo uel femina qui hoc contradixerit, habeat Iohanne de Tolo predictum linar de Sancta Maria de Pla.

Factum est hoc VIIII kalendas madii dominice incarnacionis anno M°C°XC°VI°.

Sign+um Bone Donne. Sign+um Arnalli Comdor. Sign+um Raimundi Opilo. Sign+um Dominici Opilo. Qui hanc cartam mandauimus scripbi testibusque firmari rogauimus. Sig+num Bernardi Faulete. Sig+num Raimundi Espannolli. Sig+num Amadet. Isti sunt testes uisores et auditores.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit suumque Sig+num posuit et anno et die prefixo.

630

1196, maig, 2

Domènec Opilo i el seu pare, Arnau Comptor, venen a Joan de Toló un llinar a Santa Maria del Pla pel preu de dotze sous jaquesos.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 596, Car. 1691.
B. *Resumen*, doc. 405.

Notum sit cunctis qod ego, Dominicus Opilo, et ego, Arnallus Comptor, pater iamdicti Dominici, nos ambo in simul uindimus tibi Ioanni de Tolo, Aggerensi cannonico, unum linar quod est infra terminos de Agger, in loco qui dicitur ad sanctam Mariam del Pla. Et affrontat de parte occidentis in linar de Bernad Argilo, de parte meridiana in linar dels Guarners, de parte orientis in

linar de Ramon Anfos qui iam fuit, a parte aquilonis in alodio de nobis uenditoribus. Quantum iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uendimus tibi, Ioanni de Tolo, prenotatum linar cum messe et espleto quod est in predicto linar, et cum exitibus et ingressus et cum suis pertinenciis cunctis; et de nostro iure in tuo tradimus et liberamus dominio et potestate. Et hoc facimus spontanea uoluntate ad fatiendam tuam uoluntatem per secula cuncta. Et recepimus de te precium placibile de ipso linar solidos dotze, et nichil de predicto precio remansit tecum. Et illi duodecim solidi fuerunt Iaccensis monete. Et propter illos ortos quos uendimus tibi, qui sunt ecclesia sancti Martini inferius, et propter supradictum linar mitimus tibi, Ioanni prefato, illam terram quam abemus ad sanctum Nicolaum al Aspre, iuxta terra de Gillelmo Stefano in Tenedo. Et ita est uerum et manifestum, sicut superius dictum est. Et, si nos uenditores hanc carta inquietare uoluerimus, aut ullus homo uel femina eam inquietare uoluerit, in duplo componat aut componamus, et hec uenditio semper firma permaneat.

Factum est hoc VI nonas mai dominice incarnacionis anno MºCºXCºVI.

Sign+um Dominici Opilo. Sign+um Arnalli Comptor. Nos ambo, qui hanc cartam mandauimus scribi testibusque firmari rogauimus. Sign+um Bernardi Amat. Sign+um Raimundus Espanol. Sign+um Bernardi Porchet. Isti sunt testes uisores et auditores.

Raimundus Samata, sacerdos, rogatus scripsit suumque + posuit die et anno prefixo.[1]

1. *Al final de la paraula hi ha un signe d'abreviació innecessari.*

631

1196, maig, 8

Joan Bret atorga testament. Nomena marmessors Bernat Fauleta i Bonet Carbonell.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 394, Car. 1667.
B. Cartulari, doc. 74, f. 44v-45r.
C. *Resumen*, doc. 406.

Sub Trinitatis sacro nomine et eius gracia. Ego, Iohannes Bret, iaceo in magna egritudine et timeo ne repentina mors ueniat super me et cupio ad aulam Dei peruenire paradisi uidelicet.[1]

FUNDACIÓ NOGUERA

Idcirco eligo manumessores meos et uolo ut, si mors mihi uenerit antequam aliud faciam testamentum, diuidant et probent omnia[2] mea sicut in hac uiderint pagina scriptum; qui sunt Bernardus Fauleta et Bonet Carbonel. Primitus relinquo et dono domno Deo et Aggerenssi ecclesie animam meam cum corpore meo, et dono prefate ecclesie omnes meas compras et pignoras, quas ego in Aggerenssi termino feci, et de Font de Pod, et de saltu Leziniae siue de aliis terminis, sicut in meis[3] resonant cartulis, ut abas et clerici ibi seruientes habeant et possideant predictas compras et pignoras per secula cuncta et orent pro me ad Deum, ut propicius sit mihi. Et dimito filiis meis Berengario et Bernardo omnem meum honorem per medium ubicumque sit, excepto hoc quod dimito predicte ecclesie. Et, si obierit Berengarius sine infante legali, habeat predictum honorem Bernardus; et similiter, si Bernardus, habeat Berengarius. Et, si quis contra hoc testamentum uenerit, non ualead, sed ira Dei super eum ueniat et cum Iuda traditore porcionem habeat in inferno.

Actum est hoc VIII idus mai dominice incarnacionis MºCºXCºVIº.

Sign+um Iohannis Bret, qui hoc testamentum mandauit scribi testibusque firmari. Sign+um R. de Auellanis. Sign+um B. Fauleta. Sign+um Bonet Carbonel. Isti sunt testes.

Berengarius de Auellanis, presbiter, rogatus scripsit suumque posuit + die et prefixo anno.

1. *Les lletres anteriors a* -delicet *semblen obliterades.* 2. *Darrere hi ha un espai en blanc.* 3. *La* i *corregeix una* a.

632

1196, maig, 9ª

Maria Guitardona i el seu germà Pere Guitard venen a Mateu de Labadia una vinya a Pla de Llagunes pel preu de quatre sous jaquesos.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 443, Car. 1625.
B. *Resumen*, doc. 407.

In Dei nomine. Sit notum cunctis quod ego, Maria Guitardona, cum fratre meo Pere Guitardo uindimus tibi, Mateu de Labadia, unam uineam qui est in termino de Aier, uocitato loco ad Pla de Lagunes. Afrontat iam dictam uineam de IIªs partes in

tibi emtore, de III uero parte in nos uenditores. Quantum inter istas afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus tibi iamdictum Mateu iamdictam uineam cum exiis et regressis et pertinenciis cunctis ad tuum proprium alaudium et ad facere tuam uoluntatem per secula cuncta propter precio placibile, quod de tibi accepimus, IIII solidos de Iaccensis monete. Et, si nullus homo uel femina uel eciam seniores emperuerint tibi iamdictam uineam, ut abeas tu Mateu uel tuis cui tibi dubitauerint illos[1] linares en retorn qui sunt in termino de Aier, uocitato loco ad Verbel. Adfrontant iamdictos linares de I parte in torrent, de alia parte in uia, de III uero parte in Amadeta. Et adhuc sic uindimus tibi, sicut scriptum est superius, sine ullo malo ingenio.

Facta ista carta VII idus madii anno ab incarnacione Domni MºCºLXXXXºVIº.

Sign+um Maria Guitardona. Sign+um Pere Guitardo. Nos, qui hanc cartam mandauimus scribere et testes firmare rogauimus. Sign+um A. de Na Boneta. Sign+um Bordelet. Sign+um R. Berenger. Isti sunt testes.

Bernardus Emerig, acolitus, rogatus scripsit suumque Sign+um posuit die et anno quo supra.

a. *La datació de l'any és dubtosa: després del* VI *hi ha un esborrall que pot amagar un o dos* I. *El signe apareix escrit a sobre i no ens ajuda a resoldre el problema. El 96 prové del* Compendi.

1. *Abreviatura de resolució dubtosa.*

633

1196, juny, 27. El Laterà

Celestí III ordena a l'arquebisbe de Tarragona i al bisbe de Vic que comminin els abats de Sant Victorià [de Sobrarb] i [Sant Pere] d'Àger a sotmetre's a l'autoritat del bisbe de Lleida i que desisteixin de l'apel·lació que tenen presentada, els amenaça amb les penes d'excomunió i interdicte.

B. BC, perg. 3537, doc. 3, Car. 525. Còpia del segle XIV.
C. ACL, Llibre Verd, f. 30r-v.
D. *Resumen*, doc. 408.
a. KEHR, vol. II, doc. 266, pp. 576 i s.

Celestinus episcopus seruus seruorum Dei.[1] Venerabilibus fratribus Terragonensi[2] archiepiscopo et Vicensi episcopo salutem et

apostolicam benedictionem.[3] Ecclesiastice seueritatis uindicte ultro se ingerere non uerentur, qui apostolice institutioni contumaciter se obicere non formidant. Cum itaque uenerabili fratri nostro episcopo et ecclesie Hilerdensi abbates monasteriorum[4] sancti Victoriani et Aggerensis cum omnibus ecclesiis suis tunc temporis ad ius sacrosante Romane ecclesie specialiter pertinentium[5] de consensu fratrum nostrorum donatione apostolica subditos statuerimus et subiectos, eisdem abbatibus, ut prefatis episcopo et ecclesie debitam subiectionis deberent obedientiam et reuerentiam exhibere, litteris apostolicis iniungentes, ipsi in contemptum mandati nostri, sicut accepimus, eidem episcopo parere penitus contradicunt, quin immo a nostro ad nos appellare mandato minime dubitantes, festum beati Michaelis sibi terminum prefixerunt. Quoniam igitur que in contemptum ecclesie presumuntur, sub indeterminatione relinquere et cum excedentium impunitate nolumus aliquatenus pertransire, fraternitati uestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus prefatos abbates, non obstante appellatione predicta, ut memorato episcopo iuxta preceptum nostrum obedientiam a modo debeant et reuerentiam exhibere, moneatis diligentius et efficaciter inducatis. Si uero post commonitionem uestram in sua duxerint contumacia persistendum, uos auctoritate nostra eosdem ab officio ac beneficio suspendentes tam ipsos quam fautores eorum faciatis ab omnibus arcius euitari et appellatione remota publice denuntietis excomunicationis uinculo subiacere et ipsorum ecclesias interdicto, donec ipsi abbates prefate appellationi, quam nullam reputamus, renuntient et sepedictis episcopo et ecclesie Hilerdensi[6] obedientiam et reuerentiam omnimodam, contradicione et appellatione postposita,[7] exhibere procurent. Quod si ambo hiis exequendis nequeueritis interesse, alter uestrum ea nichilominus exequatur.

Dat. Lateran. V kal. Iulii pontificatus nostri[8] anno VI.

1. Celestinus episcopus *etc. B.* 2. Terraconem *C.* 3. sal. *etc. B.* 4. mon. *B.* 5. pertinentes *BC.* 6. Ylerden. *C.* 7. proposita *B.* 8. pont. nostri *manca a B.*

634

[*Circa* juny de 1196]

El bisbe de Lleida es dirigeix a l'abat i canonges de Sant Victorià i els reitera les penes d'excomunió i interdicte per la seva negativa a

FUNDACIÓ NOGUERA

obeir-lo segons disposa la butlla de Celestí III de l'1 de novembre de 1195.

B. ACL, Llibre Verd, fol. XXXv.

G., Dei gratia Ylerdensis episcopus, M. abbati sancti Victoriani, et conuentui eiusdem monasterii. Post erroris deuia, uiam cognosceret ueritatis. Licet contumacium proteruitas nec foueri ab aliquo debeat uel tolerari cum non minoris reatus sit consentire interdum quam facere ad preces tamen domini regis et regine scientiam excomunicationis et interdicti quam in personas et ecclesias uestras posuerimus usque ad aduentus domni regis de exercitu relaxauimus, sperantes quod ab incepta contumatia desistentes secundum mandatum apostolicum nobis et ecclesie nostre existetis obedientes. Quia uero sicut propendimus adhuc in duricia cordis ambulatis et ueritatis uia relicta sacrosante Romane ecclesie preceptis inobedientes existitis, ne tacendo diucius uestrum tolerare uideamur errorem personas uestras iterum excomunicationis uinculo innodamus, monasterium uestrum cum omnibus ecclesiis ad responsum spectantibus supponendo interdicto.

635

[*Circa* juny de 1196]

El bisbe de Lleida s'adreça als conventuals de Sant Pere d'Àger i els reitera les penes d'excomunió i interdicte per la negativa a obeir les seves ordres (del bisbe) segons disposa la butlla de Celestí III de 24 d'octubre de 1195; també els prohibeix l'elecció d'un nou abat fins que acceptin obeir-lo (al bisbe) d'acord amb les instruccions papals.

B. ACL, Llibre Verd, fol. XXXv–XXXIr.

G. Dei gratia Ylerdensis episcopus conuentui Aggerensis monasterii. Ab erroris proposito reuocari ut ait scriptura: *Peccatum ariolandi*[1] *est non obedire et scelus idololatrie*[2] *nolle adquiescere.*[3] Que uos minime attendentes cum districtissimum preceptum Domni pape susceperis ut nobis et ecclesie nostre tanquam episcopo et matri uestre spirituali obedientiam et reuerentiam exhibentis, licet a nobis multiplicem ammonitorem ad id faciendum acceperitis, uos tamen aure surda per transeuntes huc usque et domini pape et nostris mandatis inobedientes existitis et rebelles. Quin ymo

cum iam ante festum penthecostes sententiam excomunicationis in abbatem uestrum et uos publice in ecclesia nostra tulimus et monasterium uestrum cum omnibus ecclesiis ad ipsum spectantibus subposuerimus interdicto, uos Dei contempto mandato abbatem uestrum excomunicatum sepelistis et in monasterio et ecclesiis uestris ex tunc diuina celebrare minime formidastis. Quoniam itaque talia sub dissimulatione pretransire non possumus, ex auctoritate domni pape et nostra personas uestras iterata sententia excomunicamus et monasterium Aggerense cum omnibus ecclesiis suis supponimus interdicto, ex parte domni pape inhibentes et ad ipsum super hoc appellantes, ne abbatis electionem in ecclesia uestra facere presumatis donec nobis et ecclesie nostre secundum mandatum apostolicum obtemperare procuretis.

1. arriolandi *B.* 2. ydolatrie. 3. Mandatis Apostolicis nolle acquiescere, peccatum Ariolandi est; et scelus idolatriae, nolle obedire (Stephanus Tornac, Epist. 120) Quoniam quassi peccatum ariolandi est, repugnare: et quasi scelus idololatriae, nolle acquiescere *(I S. 15, 23). Iohannis Sarisberiensis, Epist. 198, 282.*

636

1196, juliol, 19ª

Maria Bonet dóna a Sant Pere d'Àger una terra a Fet.

B?. ACL, fons d'Àger, doc. 228, Car. 1205. Còpia coetània?
C. Cartulari, doc. 278, f. 128r-v.
D. *Resumen,* doc. no consta.

Notum sit cunctis quod ego, Maria de Bonet, cum consilio et uoluntate filio meo R. Vida et Sanzia filia mea et uiro suo, Ferrer, dono et concedo domno Deo et ecclesie sancti Petri I terra in terminibus de Agger, nominato loco ad collum de Fecen, pro redempcione anime maeae et parentum meorum. Sic dono ego iamdicta ipsa terra, quis tenet cum ipsa terra quod R. de Auellanis dedit ecclesie sancti Petri pro B., fratre suo, ad ecclesiam iamdictam, cum exitibus et redditibus et pertinenticcis cunctis, et de meo iure trado in dominio prefate ecclesie, ut habeat et possideat per secula cuncta.

Actum est hoc IIII X kalendas augusti dominice incarnacionis anno CºXCºVI post millesimum.

S+um Marie, qui hanc cartam mandaui scribi testibusque firmari rogo. S+um R., filius eius. S+um Sanzia. S+um Ferrer. Nos, qui hoc laudamus et testes firmare rogamus de totam ipsam terram. S+um A. Chanet. S+um R. Escuder. S+um R. Berenger.

R. de Auellanis, qui hoc scripssit suumque signum posuit + die et anno prefixo.

a. *La datació de l'any és dubtosa: després de* C XC *apareix escrit a sobre un signe que pot ser* VI, *però en lletra molt més petita i al qual no fa referència el rogatari. Al Cartulari sí que hi apareix clar* Cº XCº VIº.

637

1196, juliol, 19

Jordana, muller de Bernat de Mur, dóna una vinya a Sant Pere d'Àger. També Domènec Esteve fa diverses donacions i censos a l'esmentada església. Ambdues donacions són pro animis.

A. BC, perg. 3989, Car. 2392.
B. Cartulari, doc. 214, f. 102r-v.
C. *Resumen*, ap., doc. 66.

Sit notum cunctis quod ego Iordana, mulier Bernardi de Mur, mito in [tenedone][1] domno Deo et [ecclesie][1] Aggerenssi unam uineam a Nodet, que se tenet cum uinea sancti Petri que fuit de Iohanne Bertrandi, per XV solidos et per unum receptum, ut clerici teneant tantum predictam uineam donec habeatis [predic]tos[1] nummos ad esexida.[2] Et hoc facio pro anima uiri mei, Bernardi. Similiter ego, Dominicus Stephani, mito in tenedonem Aggerenssi ecclesie unam nostram terram ad sanctas Cruces, et unam uineam que se tenet cum uinea A. de Anglerola, et unam terram a Cortines per XL solidos et duos receptos. Et hoc facio pro anima patris mei, Raimundi et fratris mei Raimundi tali pacto, ut, si ego Dominicus dedera predicte ecclesie iamdictos nummos ad natalem Domni bene, sin autem teneant clerici iamdicte ecclesie tantum predictam tenedonem ad esexida donec predicti nummi reddantur et recepti similiter. Adhuc mito in tenedonem clericis sancti Petri unam terram ad Cortines per XVI solidos, quam frater meus Raimundus tenebat in pignore de A. de Mur per XVI solidos, et frater meus dimisit presbiteris sancti Petri de Ager pro missis.

Actum est hoc XIIII kalendas augusti dominice incarnacionis anno MºCºXCºVIº.

Sign+um Iordane. Sign+um Dominici Stephani. Qui hanc tenedonem[3] miserunt et cartam iusserunt scribi testibusque firmari. Sign+um B. Faulete. Sign+um R. Espannoli. Sign+um Amadet. Testes sunt.

FUNDACIÓ NOGUERA

Berengarius de Auellanis et presbiter rogatus scripssit suumque posuit + die et prefixo anno cum litteris suprapositis in IIII linea.

1. *Hi ha dos esborralls a la part superior dreta del pergamí.* 2. esexida *escrit a sobre. Ho esmenta el rogatari a la subscripció.* 3. ne *primer escrit a sobre.*

638

1196, setembre, 6

B. de Montaspre i la seva esposa, Maria, donen pro animis *a Sant Pere d'Àger un* caputmansum *a Millà.*

A. ACL, fons d'Àger, doc. 63, Car. 837.
B. Cartulari, doc. 449, f. 220v.
C. *Resumen*, doc. 409.

Sit notum cunctis quod ego, B. de Montaspre et coniux mea, Maria de Mila, damus domno Deo et ecclesie sancti Petri de Agger unum caput manssum in Milano, nomine ipso de Ferrera. Sic damus hoc[1] suprascriptum, quantum nos habemus uel habere debemus. Et hoc facimus pro redempcione anime nostre et parentum nostrorum. Et de nostro iure tradimus in dominio prefate ecclesie, ut habeat et possideat omni tempore ad suum proprium alaudium[2] et suam uoluntatem faciat. Et hoc damus cum exitibus et redditibus et cunctis pertinenciis.

Actum est hoc VIII ydus september dominice incarnacionis anno CºXCºVIº post millesimum.

S+um B. de Montaspre. S+um Marie, coniux eius. Nos, qui ista carta manduimus scribere et testes firmare rogamus. S+um A. de Anglerola. S+um Domne E. S+um R. Berengarii. S+um Domne Elliarde. Nos, qui hoc laudamus et firmamus. S+um Gazol. S+um P. Poncius. S+um Iohan Pere Malet. Testes sunt.

R. de Auellanis, presbiter, qui hoc scripssit suumque + posuit die et anno prefixo.

1. hoc *escrit a sobre.* 2. aulaudium.

639

1197, gener, 5

[A] Car. 331. Original perdut
B. *Compendi*, doc. 331.
B. *Resumen*, doc. no consta.

FUNDACIÓ NOGUERA

Dodzana, y Berenguera[1] sa muller, y son fill Domíngo, y ab altres fílls dónan a son fill Guillem, Germa de aquells, dos sorts de terra en Vilamajó, ab pacte, que dit Guillem mantinga a sa mare decentament en menjar, y vestir, y li dónan per fiansa sas casas, y Heretats.

Alas Nonas de Janer de 1196.

1. *La referència de Caresmar està equivocada una vegada més. Berenguera és la dona de Domènec i no la seva mare. Vid. el document 643 d'aquesta mateixa col·lecció.*

640

1197, gener, 6

Guillem Forts, la seva muller, Sança, i els seus fills Berenguer, Bernat i Guillema, venen al vescomte Ponç de Cabrera un hort a Àger pel preu de seixanta sous jaquesos.

A. APA, Car. 1584.
B. *Resumen*, doc. 402.

Sit omnibus notum, tam presentibus quam futuris, qualiter ego Guillelmus Forts et Sanzia, coniux mea, et filios nostros Bereger Forts et Bernard et Guillelma facimus carta uindicionis. Vindimus uobis Ponzio, uicecomiti Caprarie, et uestris unum nostrum ortum in Aggerer sicut melius habemus et habere debemus, scilicet propre ortum domni uicecomitis. Et affrontat predictum ortum ab oriente in ortum predictum domni uicecomitis, a parte Ispane in torrente, ab oriente in Opilones et Arquilones et de alia, in domnico de Guillelmo Berengario a parte aquilone. Quantum inter iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sicut superius dictum est, uindimus uobis et uestris ad uestram uolumptatem faciendam per secula cuncta de predictum ortum cum egressiis atque exiis et cunctis pertinenciis ab integrum omni tempore. Et ego, Guillelmus Fortz et Sanzia et nostri accepimus propter precium predicto orto de uos Ponzio, uicecomite Caprarie, LX solidos denariorum Iacenssis monete.

Factum hoc est VIII idus ianuarii dominice incarnacionis anno MºCºXCºVIº.

Sig+um Guillelmi Fortz. Sig+um Sanzie. Sig+um Beregarii Fortz. Sig+um Bernardi. Sig+um Guillelme. Qui hanc cartam mandauimus scripbi testibusque firmari. Sig+um Bernardi de Scio. Sig+um Raimundi Beregarii. sig+um Bernardi Bordelet. Sig+um Salomonis. Isti sunt testes uisores et auditores.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit Sig+num posuit die et anno prefixo.

641

1197, febrer, 14

Nicolau de Verbel i la seva dona, Ermessén, Bernat Porquet i la dona d'aquest, Maria, venen a Robert, a la seva dona Alèxia i al seu fill Bernat una terra a Vilamajor pel preu de vint-i-set sous.

A. APA, Car. 391.
B. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit cunctis, tam presentibus quam futuris, quod ego Nicholai de Verbel, et coniux mea Ermesen, per nostros et per nos, et ego Bernard Porchet, et coniux mea Maria, similiter per nos et per nostros, facimus cartam uendicionis tibi Roberto et tue uxori Alezis et filio uestro Bernardo uobis et uestris et uestre posteritati. Per hanc scripturam nostre uinditionis uindimus uobis et uestris et uestre posteritati unam nostram terram quam habemus a Vilamaior, sicut nos melius habemus et habere debemus, et uidilicet propter precium predicte terre, quos ego Nicholau[1] et mei et ego Bernard Porchet et mei recepimus et habuimus de te Roberto[2] et de tuis, XX^{ti} et septem[3] solidos denariorum. Et abet affrontaciones predictam terram ab oriente in terra de Raimundo Porchet, de alia Bernardi Beregarii, de III in Vilars per capud et per solum. Quantum inter iste affrontaciones includunt et isti termini abiunt, sicut superius dictum est, cum exiis et regressiis et cunctis pertinenciis ab integrum uobis et uestris et uestre posteritati per secula cuncta ad faciendam propriam uestram uolumptatem de predictam terram de uos Roberto et de uestra posteritate. Et ego Nicholaum, et ego Bernardus Porchet, nos predictos per nos et per nostros, sumus et erimus fidanzanz de saluetad de predicta terra omni tempore ad uos Robertum[2] et ad uestram posteritatem, quod secure eam habeatis et possideatis uos et uestri omni tempore.

Factum est hoc X^{o}VI° kalendas marcii Dominice incarnacionis anno M^{o}C^{o}XC^{o} VI°.

Sig+um Nicholaui. Sig+um Ermesendis,[4] coniugis sue. Sig+um Petri. Sig+um Marie. Filiorum predictorum. Sig+um Bernardi Porchet. Sig+um Maria. Sig+um Ermesendis. Sig+um Marie. Sig+um

Saurine. Filiarum illorum predictorum. Nos predictos, qui hanc cartam mandauimus scripbi testibusque firmari iussimus. Sig+um Bernardi Faulete. Sig+um Petri de Finestres. Sig+um Marti Recagen. Isti sunt testes firmatores.

Bernardus, leuita, qui hoc scripsit suumque sig+num posuit die et anno prefixo

1. *La* i *escrita sobre una* a. 2. Rouberto. 3. septem *escrit a sobre d'un text raspat, a continuació escrit a sobre* VII. 4. Ermendis.

642

1197, febrer, 28 o 29

[A?] Car. 180. Original perdut.
B. Compendi doc. 180.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Pere de Finestres ab la seva Mulleé Marria,y sa filla Miranda venen a Robert de Cas una terra, que sencen en Vílamajó, que afrontab de una part ab la coromina del comte de Urgell, y de altres parts parts ab serres de Particulars per pru de 7 S en diners

Feta à 2 de las calendas de Mars any 1196.

643

1197, febrer, 28

Dolçana, juntament amb els seus fills Domènec, Bernat i Guillem Berenguer, ven a Robert de Cas, la seva dona, Alez, i el seu fill Bernat una terra a Vilamajor pel preu de seixanta sous.

A. APA, Car. 500.
B. Cartulari, doc. 145, f. 76r-v.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Notum sit cunctis, tam presentibus quam futuris, qualiter ego Dolzana et filios meos, Domnicus Beregarii et Bernardi Beregarii, et ego Guillelmus Beregarii, filius predicte Dolzane[1] qui teneo matrem semper in uita sua meam uidelicet Dolzanam predictam, ad uictum[2] et ad uestitum. Nos omnes in simul per nos et per omnes nostros facimus cartam uinditionis tibi Roberto[3] de Cass, et uxori tue Alezi, et filio Bernardo, et uestris et uestre posteritati per secula cuncta unam nostram terram quam habemus, scilicet a

Vilamaior, francam et libera, quam nos melius habemus et habere debemus. Et concedimus et dedimus ad G., sacerdotem predictum, cum carta et scripto ad suam uoluntatem faciendam omni tempore. Ita ego, Dolzana, et Domnicus Beregarius et B. Beregarii, et G. predictus Beregarii sacerdos. Quod dictum superius est uindimus tibi, Roberto[3] de Cass, et uxori tue Alezi, et filio tuo Bernardo, et uestris et uestre posteritati per secula cuncta predictam terram, uidelicet per sexaginta solidos denariorum, quos nos uenditores accepimus, et de te, Roberto[3] de Cass, et de tuis bene paccati fuimus. Et affrontat predictam terram ab oriente in nos emptores, de alia in terra sancti Petri, de duobus partibus per capud et per solum in Vilarsz. Quantum inter iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, quod superius est dictum, uindimus tibi Roberto[3] de Cass et tuis et tue posteritati per secula cuncta ad faciendam uestram uoluntatemm omni tempore predictam terram cum exiis et regressiis et omnibus pertinenciis. Et, si aliquis homo uel femina, qui hanc cartam inquietare uoluerit, in duplo componat et in antea firma et stabile permaneat nunc et in perpetuum.

Factum est hoc II kalendas marcii dominice incarnacionis anno MºCºXCºVIº.[4]

Sig+num Dolzane. Sig+num Domnici[5] Beregarii. Sig+num Bernardi Beregarii. Sig+num Guillelmi Beregarii, sacerdotis. Nos omnes, qui hanc cartam mandauimus[6] scripbi testibusque firmari iussimus. Sig+num Bernardi Porchet, fidanze, quod faciat firmare cartam istam ad Domnicum, Beregarium et Bernardum, fratrem suum. Sig+num Marti Regan. Sig+num Petri de Finestres. Isti sunt testes.

Bernardus, leuita, qui hic scripsit suumque sig+num posuit die et anno prefixo.

1. Dozane. 2. uitum. 3. Rouberto. 4. anno MºCºXXºVIº *Cartulari.* 5. *Hi ha un esborrall al començament de la paraula i sembla que està corregida la primera lletra.* 6. *Abans, repetit* mandaui.

FUNDACIÓ SOLVERA

644

1197, abril, 18

El vescomte Ponç de Cabrera, juntament amb la seva dona, Zamarchesa, i els seus fills, Guerau i Ponç, entreguen a Guillem de Bassella els seus drets al castell de Sofera en penyora de cinc-cents sous jaquesos.

A'. BC, perg. 4000, Car. 2130. Quiròg raf partit per B H M...
B. *Resumen*, doc. 411.

Sit notum omnibus hominibus quod ego, Poncius de Capraria, uicecomes, et uxor mea, Zamarchesa, et filii nostri, Geraldus et Poncius, per nos et per nostros inpignoramus et obligamus uobis, Guillelmo de Baseilla, et uestris illam potestatem et dominacionem, quam habemus et habere debemus in castro de Zoffera, per D solidos Iaquensium, quos bene de uos habuimus et recepimus, quod uestri pa paccati sumus nostre uoluntati. Predictam potestatem et dominacionem et ius quod in ea habemus, gratis uel ui, tamdiu potente pro uno pignore habeatis, teneatis, possideatis et expretetis quousque nos uel nostri reddamus et soluamus uobis et uestris predictos D solidos sine uestro inganno. Et, si forte tunc moneta ista fuerit peiorata uel cambiata, conuenimus uobis et uestris reddere et paccare prefatos D solidos ad rationem et ualorem de nouem solidos morabotino sicuti modo ualet.

Quod est factum et scriptum XIIII kalendas madii sub anno domni M° C° XC° septimo.

Sig+num Poncii de Capraria. Sig+num Zamarchisa, uxoris mee. Sig+num Geraldi de Capraria, sig+num Poncii, filiorum nostrorum. Qui hoc firmamus et concedimus. Sig+num Ponciii de Conchabella. Sig+num Petri Offegati. Sig+num Guillelmi de Viuario, qui hoc firmo. S+num Raimundi de Ostalric. S+num Bernat Duran.

Sig+num Raimundi Iterii, qui hoc scripsit quo supra iussu Poncii de Capraria et Marquisie, uxoris eius.

645

1197, juny, 4. El Laterà

Celestí III, davant les denúncies del bisbe de Lleida, ordena al bisbe de Vic, Guillem, i a l'arquebisbe de Tarragona, Ramon, que comuniquin arreu l'excomunió dels que col·laboren amb els abats [de Sant Pere] d'Àger i Sant Victorià [de Sobrarb]. Aquests, fent cas omís de l'excomunió i interdicte, celebren a les seves esglésies. Igualment, els ordena, assabentat de la notícia de la mort de l'abat d'Àger, que n'evitin l'elecció d'un de nou i, en cas que ja s'hagi celebrat, que l'anul·lin.

B. BC, doc. 3544, Car. 2515. doc. 5. Còpia en paper del segle XIII ex.- segle XIV in.
C. ACL, Llibre Verd, f. 31r.ª Còpia del segle XIII.

D. BC, perg. 3537, Car. 525. Còpia del segle XIV.
E. *Resumen*, doc. 413.
a. KEHR, vol. II, doc. 274, pp. 583 i ss.

Celestinus episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus Terrachonensi[1] archiepiscopo et... episcopo Vicensi salutem et apostolicam benedictionem. Significante uenerabili fratre nostro... Ilerdensi[2] episcopo nobis innotuit, quod, licet uos de mandato apostolico in sancti Victoriani et Agerensis[3] ecclesiarum[4] abbates sententiam excomunicationis tuleritis et eorum ecclesias supposueritis interdicto, quia eidem episcopo tanquam dyocesano suo, prout a nobis in mandatis acceperant, contempserant obedire, et dilectus filius G. sancti Angeli dyaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, nepos noster, utranque sententiam duxerint confirmanda, idem abbas sancti Victoriani et canonici Agerenses[5] nichilominus in ecclesiis celebrant interdictis et excessum suum per huiusmodi[6] contumaciam non dubitant augmentare. Licet autem in eos durius animaduertere deberemus, uolentes tamen seueritatem caninicam circa ipsos aliquantulum mitigare, fraternitati uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eos[7] per omnes ecclesias uestrarum dyocesum[8] donec eidem episcopo tamquam dyocesano[9] suo pareant, auctoritate nostra excommunicatos publice nuntietis, districtione canonica percellentes,qui eis[10] super hoc prestant auxilium uel fauorem aut in eorum presumunt ecclesiis celebrare. Verum quia post latam in eos sentetiam abbatem Agerensem[11] audiuimus decessisse, canonicis Agerensibus[11] ex parte nostra districtius[12] inhibere curetis, ne aliquem sibi eligant in abbatem et electionem eorum, si quam fecerint uel post sententiam ipsam fecerunt, sublato appellationis diffugio, penitus irritetis[13] et faciatis carere robore firmitatis.

Dat. Lateran. II non Iunii pontificatus nostri anno VII.

a. *Vid. la introducció.*

1. Terragonem *B¹;* Terraconem *C.* 2. Hilerden. *B¹;* Ylerden. *C.* 3. Aggeren. *B¹;* Aggerensi *C.* 4. ecclesie *B¹C.* 5. Aggerenses *C.* 6. huius *BC.* 7. eos *manca a C.* 8. diocesium *C.* 9. diocesiano *C.* 10. eis *manca a C.* 11. Agge *C.* 12. districtius: *manca B¹.* 13. reritetis *B;* irritetis *B¹.*

646

1197, juliol, 6

Guillem, abat de Sant Pere d'Àger, i Arnau de Sant Just, batlle, arriben a un acord arran de les disputes pendents. Segons l'acord, l'esmentat

FUNDACIÓ RUBIRALTA

Arnau manté la possessió de la batllia i totes les seves honors, amb el dret de transmetre aquests drets als seus descendents sense possibilitat de dividir-los entre ells i que no pugui reconèixer cap altre senyor que no sigui l'abat d'Àger, a qui corresponen determinats censos i altres drets. També li concedeix a perpetuïtat un hort a Ivars que ja té per l'esmentada església amb un cens d'una lliura de cera anyal a entregar per la festivitat de Sant Pere (29 de juny). Arnau dóna a Sant Pere d'Àger una mula valorada en dos-cents sous jaquesos.

B. APA, Car. 319, doc. 2. Còpia notarial de mitjan segle XIII.
C. *Resumen*, doc. 414.

Notum tam presentibus quam futuris sit omnibus quam magna contentio et contraria orta fuit inter domnum Guillelmus, Dei nutu Aggerensem abbatem et [Arnaldum sancti Iusti...][1] iusum sancti Petri Aggerensis et predicti Guillelmi abbatis. Sed tamen per consilium et per laudamentum bonorum hominum clericorum et laicorum, tali [...][1] Guillelmi de sancto Saturnino et Arnalli, capellani de Iuarç, cannonicorum de predicta Aggerensi ecclesia, et Bernardi Raimundi, et Petri de Mylla, et aliorum multorum de predictis contrariis. Omnes alii et hii proficue loquebantur, una recognouerunt predictum domnum G[uillelmum], Aggerensem abbatem, ut in pace omni suo homine et baiulo predicto A[rnaldo] de sancto Iusto praefecit. Et hoc spontanea uoluntate concessit domnum abbatem, et fecit concedente omni conuentui Aggerensi per se et per suis successoribus transactis, ut per infinita secula ut A[rnallum] predictum de sancto Iusto, et coniugem suam, et posteritatem illorum, filium uel filiam, unus post alium, habeant et teneant firmissime totum honorem ab integrum sine ullo malo ingenio, quam tenent et habent per prefatam Aggerensem ecclesiam, sicut in omnibus cartis et in scripstis suis prenotatum est et scriptum, tali ratione omnem censsum et usaticum facientem omni tempore et domnum uel patronem non alium eligentes, set predictum domnum G[uillelmum], Aggerensem abbatem, et suos successores. Interea ego, Guillelmus, Dei gratia Aggerensis abbas, cum consilio predicti conuentus dono atque concedo tibi, A[rnallo] de sancto Iusto, et uxori tue, Marie, et posteritati tue et infantibus tuis, indiuisibiliter uni post alterum, illum ortum quem per nos tenes apud Iuarç, sicuti modo terminatus et prenotatus est, tali uidelicet ratione, ut illum habeas, teneas et poteris possidere tu et posteritas tua per nos et per successores nostros, reddendo nobis nostrisque successoribus unam libram cere singulo anno in festiuitate sancti

Petri de Iunio; et non facias inde nobis aliquem censum neque seruicium de predicto orto preter predictam libram cere. Et hoc donum tibi facimus salua tamen fidelitate et dominatione nostra secundum diffinimus tibi et tuos illa quatuor sextaria annone que faciebas R[aimundo], Aggerensi abbati, antecessori nostro, tantum in uita sua, sicuti in carta tua resonat. Et hoc omne donum compreensum concedimus tibi et tuis et proieniei atque posteritati tue indiuidualiter, unus post alium; et propter hoc donum accipimus a te mulam unam ualentem CC solidos Iachensium, et diffinimus tibi et tuisper nos et omnes canonicos et clericos nostros omnes querimonias quas de te usque hodie habebamus.

Actum est hoc II nonas iulii anno Domni M°C°XC°VII°.

Ego, Guillelmus, Aggerensis abbas, subscribo atque firmo. Sig+num Raymundi, sacriste Aggerensis +. Sig+num Arnaldi, capellano d Iuarçio. Sig+num Guillelmi de sancto Saturnino. Sig+num Bernardi Durann. Sig+num Petri de Milla. Sig+num Guillelmi de Eril. Sig+num Berengarii de Auellanis. Sig+num Raymundi Samata. Sig+num Bernardi sancte Marie. Sig+num Petri de Ager.

Bernardus, leuita, qui hoc scripssit suumque s+ignum posuit die et anno prefixo.

Ego, Berengarius de Stania, presbiter, me pro teste huius translati subscribo et hoc sig+num pono.

1. *El marge superior dret del pergamí està cremat.*

647

1197, octubre, 22

Arnau d'Anglesola, Ermessenda, Ramon Berenguer i Eliards venen a B. Ferrer, P. i Amadet un llinar a la peixera [del molí] de Caragol.

A. APA, Car. 718.
B. Cartulari, doc. 209, f. 101r.
C. *Resumen*, doc. no consta.

Sit notum cunctis quod [eg]o,[1] A[rnallus] de Anglerola, et domne Ermessend[is],[1] et R. Berengarii, et domne Elliarde uindimus [tibi],[1] B. Ferrer, et P. Mulner, et Amadet, et aliis sociis uestris de ipso molino de Charagol ipso linar qui est ad ipsa pexera de Charagol. Affrontat ex I parte in nos, compratores, de II sancti Petri, de III in uia et in caput aqual. Quantum iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus nos hoc supras-

criptum uobis et uestris per V solidos Iaccenssis cum exitibus et redditibus et pertinenciis cunctis ad uestrum proprium alaudem et facere uestram uoluntatem omni tempore.

Actum est hoc XI kalendas nouembris dominice incarnacionis anno M°C°XC° VII°.

S+um A[rnallus] de Anglerola. S+um Domna Ermessendis. S+um R[aimundi] Berengarii. S+um Domne Elliarde. Nos omnes, qui ista [carta][2] mandauimus scribi et testes firmare. S+um B. de Montlor. S+um Bordelet. S+um R[aimundi] Beregarii. Testes sunt.

R., presbiter, qui hoc scripsit suumque[3] signum posuit + die et anno prefixo.

1. *El pergamí està una mica rosegat a la part superior.* 2. *Íd. al marge esquerre.* 3. suumque *afegit a la interlínia.*

648

1197, desembre, 8

Nicolau de Verbel i la seva esposa, Ermessén, venen a B. de Ció i a la seva muller, Englesa, una terra a Àger pel preu de quaranta sous jaquesos.

A. ACL, fons d'Àger, doc. 776, Car. 1676.
B. Cartulari, doc. 181, f. 90v.
C. *Resumen*, doc. 415.[a]

Sit notum cunctis omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego, Nicholau de Verbel, et coniux mea, Ermessen, uenditores sumus tibi, B. de Cio, et coniux tua, Englesa. Per hanc scripturam uindicionis nostre uindimus nos I terra in termino de Ager, nominato loco ad ipsa Esdenessa. Affrontat ex I parte in terra dels Romans et de Lorenz Boschet, de II in uia puplica, de III in terra de R. Exabel, de IIII uero parte in terra sancti Petri. Quantum iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic uindimus nos uel nostri uobis aut uestri prescripta terra cum exitibus et redditibus et pertinenciis cunctis ad uestrum proprium alaudem et facere uestram uoluntatem propter precio placibile, quod de uos accepimus, quadraginta solidos Iaccenssis monete. Sic uindimus nos prescripta terra per secula cuncta sine ullo malo ingenio; et, si nullus homo uel femina, qui ista carta uendicionis inquietare uoluerit, non hoc ualeat, set in duplo componat.

Quod est hactum VI ydus december Dominice incarnacionis anno M°C°XC° VII°.

S+um Nicholau de Verbel. S+um Ermessen, coniux eius. S+um B. de Verbel, pater eius. Nos, qui ista carta mandauimus scribere testibusque firmare rogamus. S+um Petrus, frater eius. S+um P. S+um Sanza, filia eorum. S+um B. de Montlor. S+um R[aimundi] Beregarii. S+um B. Bordelet. Testes sunt.

R. de Auellanis, presbiter, qui hoc scripsit suumque + signum posuit die et anno prefixo.

a. *Al* Resumen *consta la data equivocada* VI idus september...

FUNDACIÓ NOGUERA

FUNDACIÓ
NOGUERA

APÈNDIXS

FUNDACIÓ
NOGUERA

FUNDACIÓ
NOGUERA

Apèndix A 1

1071, gener, 20

Arnau Mir de Tost i Arsenda donen a Pons Onofre la torre d'Agulló per millorar-la, emmurallar-la, etc. Els seus pobladors tindran els drets de pasturatge i altres, però estaran obligats a pagar delmes i primícies, així com a respectar l'actual senyor i successor sota la pena d'una multa de trenta marcs.

B. BC, Rge. 4316, ms. 541, f. 17r. Trasllat de la còpia de 17 de maig de 1434.

L'acte de la donatio de la pobla vulgarment dit de les casas de Gulló

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum anctem honorem iudicis infrascripti die decima septima mensis madii, anno a natiuitate Domini millesimo quadrigentesimo tricesimo quarto sumptum a quodam publico instrumento non viciato non cancellato nec in aliqua .....suspicio, sed omni prorsus vicio et suspicione carente unius siquidem tenor signatur in his verbis:

In Dei nomine ego, Arnaldus de Tost et uxor mea Assendis donamus a vos Pons Honofre la pobla que ali pusran axamplir et millerar e fer vila e muro apellada la torre de Aguillo com son terme ab los prats sibi contiguos cab laygua que rega lo sota de la torre he senyoria alta he baixa; he tots aquells, qui alli habiten ne habitaran, que pusran examplar he millorar he laborar en qualsivol termens de vilas he castells que pusran pexir he abeurar de nit y de dia entre Noguera dorient y entre les portes del zima, et entre a la selva del castell nou de Paylares, et entre los molins de Cam Pla, et entre a Noguerola de ponent, et entro santa Maria

den Alnext, et entro la Terra Blanch, et entro lo castell d'Os, et entro lo castell de santa Linia; aixi mateix uolen que tots aquests pusquan exbejar de nit y de dia dintre lo terme de la dita torre Daguillo, he que pagnen delme he primicias a Noffre. Empero, si las ditas vilas o castells mudaren de senyoria, que volem que los dits emprius se tingan tots temps. Empero volem que tots aquells qui contradixan sien encorreguts de trenta marchs, dant la mitat guanyada al sinyor.... que ara es, laltra mitat a la part obedient. Iuram per les coses demunt dites he ordenades de no contravnir ni fe devenir sobre los quatr sancts evangelis he la creu + de nostro Senyor devant nos posada he de las nostras mans temporalment torades de atendre he complir les coses demunt dites, si Deu nos ajut els sants.

Ac est acta vicesima ianuarii anno decimo regnante Filippo rege.

Sig+num mei, Arnaldi Tost. Sig+num mei, Assendis. Nos, qui ista carta iussimus scribere, firmamus manus nostras et testes firmare rogamus. Sig+num Iovame Forti. Sig+num Gilabert Emexat. Sig+num Arnaldi Sanra. Sig+num Bernardi Remon. Sig+num Ioan de Fano. Sig+num Burgner Mirat. Sig+num Betran Arnan. Sig+num Artal de Modi.

Sig+num mei, Bernardi Doliner, notarii publici, qui hoc recep scriptum supraposito in secunda linea ubi legitur da ? actum ut supra.

Apèndix A 2

1077, abril, 5

El vescomte Guerau Pons i la seva muller Elvira venen a Roland Marquès i a la seva esposa Sicars la torre de Nor. Han de pagar una part en espècie i l'altra en diners, amb la reserva de la meitat dels delmes i primícies i l'obligació de tenir al vescomte i successors com a patrons. Els drets esmentats són transferibles mortis causa.

B. BC, ms. 541, f. 20r-v. Còpia en paper del segle XVI.

In nomine Domni. Ego, Geraldus Pontius uicecomes et coniux mea, Eluira donatores sumus tibi, Rotlan Marques et coniugis tue, Sicardis. Per hanc scripturam donationis mee damus uobis ipsam turrim que uocant Nor ad uestrum propium alaude; et

habet affrontaciones: a parte orientis contra turrim de Ramon Pont in ipsa capestra que uocant de Corteanul, de meridie habet afrontaciones in terminos de Vila Major, et uadit ad fontem de Sahuquo et usque ad ipso torm que dicitur Leuir et per ipsos terminos que domnus Mironis atque uicecomes Geraldus Poncii retinuere ad Agger; et sic uadit terminum de Ager et de Tartareu usque in monte de Torres; sursus ascendit in directum in ipsa capecia, et inde descendit iuxta rocha de Teix, et inde se girat in termino de ipsa Petra Alba, de occiduo assendit usque in ipsa capesia que uocant Codo, et uenit usque ad fontem de Argelico, et uenit per Argelico, et uadit usque ad solina de ipso congost que fuit de Ramon Gelmon ; de parte uero Ageris habet terminum et laudamentum Berenger Berengarii et Raimundus Berengarii, et ipsum terminum uadit per ipso obac in finis de Allomor Ramii, et donat per ipsas terras qui fuere de Oromir clerico in ipsa capecia, et uadit in directum in ipsa uia, et uadit usque in ipsa capecia, qui fuit de patre Arnal, qui est ante turrim de Ramon Pont, et inde descendit usque in ualle del cami, et sic peruenit ad fontem de Sahuquo, et sic uadit usque ad ipso torm de Leuis, et pergit usque ad ipsa rocha de Tex. Et sicut iste afrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic donamus uobis ad uestrum propium alaude propter precium quod inde a uobis accipimus uini canallum de precio xv uncias, et propter firmiorem parte istius decem uncias de diners, et retinet ibi Aggeris medietatem de decimis et primiciis et retinet ibi uicecomes, ut nullum alium patronem non possint inde eligere nisi illum uicecomittem et sua posterita. Hoc totum uobis dono atque concedo ad uestrum propium alaude cum exiis uel regressis suis et cum omni sua melioracione et sua super *posesione* ad uos ad filios uestros uel ad filias uestras aut neptis uestris uel ad neptas cui uos uolueritis dimiseritis uel reliqueritis. Et est manifestum. Quod si nos donatores aut homo uel femina qui hanc cartam donationis uoluerit errunpere aut intonere, nullo modo possit facere, sed in duplo uobis componat uel componamus; et in antea ista carta firma et stabilis permaneat modo uel omnia tempora, et non sit disrupta.

Facta ista carta donationis uel uendicionis nonis aprilis anno X^co^ VII° Ffelippo rege.

Sig+num Ponci et

FUNDACIÓ NOGUERA

Apèndix B 1

996, juny, 20

[...]na ven a Argemir i a la seva muller, Gunticas, tres parcel·les de terra ubicades al comtat de Vic, al terme de Seva, a Vilaseca.

A. ACL., doc. 1125, Car. 2428.
B. *Resumen*, doc. no consta.

In nomine Domini. Ego [...] na[1] uinditrix sum [...][1] Argemiro et uxorem tuam Gunticas que uocant Blanchuca [...]dres.[1] Per hanc scriptura uindicionis me uinditrix sum uobis in comicatum Osona, in terminio de Seua, in Villa-Secha. Ibidem uinditrix sum uobis pecias [III][2] de terras que mic[hi a duenit][3] per lectuosa. Et afrontant ipsas tres pecias de terras de oriente in ipsa margine, et de meridie in spe[luncha][2] de Barchelon[a][3] uel suos eres, et de hocciduo in terra de nos, comparatores, et de circii in terra de Barcelona et de nos compara[tores].[2] Quantum in istas IIII^{or} affrontaciones includunt, sic uinditrix sum uobis ipsas tres pecias de terras ab [inte]grum[2] cum exici[o uel regresio suo][4] in precium solidos V, quod uos emtores nobis dedistis et ego uinditrix manibus meis recipi in mancosos. [...][2] quem uero predictas tres pecias de terras de meo iure uestro trado dominio et potestate ad faciendum omnia quod uolueritis in[de][2] abeatis potestatem. Quod, si nos uinditores aut ullus homo qui contra hanc uindicione uenerit pro inrumpendum, non hoc ualeat uindicare set componat uobis sicut superius resonat cum omni sua immelioracione in duplo. Et in antea ista uindicio firmis et [sta]bilis[2] permaneat omnique tempore.

Facta carta uindicione ista XII kalendas iulii anno X regnante Vgo rege.

Sig+num […]godo[2] qui hanc uendicione feci et firmare rogaui. Sig+num [...][2] Ramio; Sig+num Ihila; S+m Adrouancio.

Sumiuldus, presbiter, qui hanc carta scripsi et + sub die et anno quod supra.

1. *Pergamí rosegat a la part superior esquerre.* 2. ext *esvorancat a tot el costat dret.* 3. *Pergamí lleugerament raspat.* 4. suo *repetit.*

Apèndix B 2

1011, novembre

Sergi IV confirma els drets del monestir de Ripoll, la dependència directa de la Santa Seu i la total autonomia respecte dels bisbes en l'us i

FUNDACIÓ NOGUERA

gaudiment de totes les seves possessions; finalment fa una relació detallada dels seus béns immobles.

B. BC, perg. 4237, f. 6v-7r, Car. 730.[a] Còpia del segle XII ex.
C. BNP, BALUZE, 107, f. 300.[b]
a. MARCA HISPANICA, ap. CLXV, col. 983-7.
b. COCQUELINES, *Bullarum...,* I, 312.
c. P. L., 139, col. 1510-1514. Segueix a l'anterior.
d. JUNYENT, *Diplomatari...,* doc. 44, pp. 57-62.
e. PELLICER, *El monasterio de Ripoll,* ap. IV, pp. 145-148.[c]
Ref. JAFFE, *Regesta...,* 3974 (3034), p. 505.

[*Chrismón*]. Sergius episcopus, seruus seruorum Dei, Olibe, religioso abbati sancte Marie, domine nostre, monasterii quod situm est in comitatu Ausone, in ualle Riuipollentis, inter duo flumina, tibi tecumque manentibus et perpetuis illorumque successoribus salus et pax et apostolica benediccio quoad mundus permaneat: amen.

Cum constet dominum Deum nostrum honorem sancte et[1] uniuersalis ecclesie incensanter[2] a propagatoribus beate fidei augmentare, necesse est accipientibus ab illo totius iura regiminis ei concedere censura iusti moderaminis firma libertate, malorumque procul ab ea pellere peruasionem. Quocirca, quoniam conuenit apostolice pietati benigna petentibus succurrere compassione, ideo nos tuis iustis et erant sicut sunt ab[3] nobis adiudicate, nam iuste fiunt, annuentes precibus, omnes proprietates siue possesiones ipsius loci, fines uel limites, cum adiacentiis precipuorum prediorum, cum omnibus ecclesiis, parrochiis, uillis, fundis, casalibus, casis, terris, uineis, campis, pratis, [pascuis],[4] siluis, garricis, areis¿?, torculariis, aquis aquarum ductibus, uiis, molendinis cum suis caputaquis et suis piscatoriis, cultum et incultum, et quecumque beata et gloriosa uirgo Maria ex collacionibus fidelium in cenobio Riuipollentis retinere uidetur, nostro apostolico confirmamus[5] priuilegio.

Concedimus itaque predicto monasterio quod in circuitu eius habetur: alodem ex latere uno pergentem quod discurrit per Tamarice et infundit in Tezer; ab alio latere per aque ductum qui discurrit ultra uillam Molas cum eadem uilla Molas, et infundit in Tezer, deinde ascendit per torrentem ultra Engordans, et ascendit per Fornellos usque in serram super siluam de Ordina, et peruenit in pugo super Vilarzellum; ab ipso Vilarzello peruenit usque in pogium Caluellum, deinde peruenit in serra super Guausago minore, et infundit in riuum sancti Laurentii usque in flumen Freber; deinde ascendit per riuolum qui discurrit ad uillam Balbos, et peruenit ad uillam Stamariz, et infundit in Tezer; et affrontat

in uilla Archamala, et inde in pugium Salomonis usque in uilla Molas, cum suis terminibus, quacumque auctoritate habet in eadem ualle per plurima loca. Simili modo constituimus de ualle de Tentarios, uilla Aramancias, Stuiolo maior, ipsa Griuolosa, et alios per plurima loca.

Piscationes quoque aquarum de Tezer a Ribamala usque ad Spata, et de Freber de ipsa Corba usque in Tezer.

Mercati uero prefati loci teloneum et omnem iustitiam ibi peragendam ab integro concedimus. Parrochiam de ipsa ualle, ecclesiam sancti Petri, cum ceteris ecclesiis sibi subditis, sicut Gotmarus, episcopus, ibidem concessit, uel successores eius, Idalcherius et Georgius, episcopi, cum decimis et primitiis absque tributo.

Alodem quod dicitur Matamala cum ecclesia sancte Marie et ecclesia de pugio Machanosio cum decimis et primitiis. Et habet affrontationes: ex latere uno in pugo Transuadoni, pergit per ipsum riuolum usque ad alium qui pergit per ipsa loca, et iniungit in torrentes qui discurrunt de serra Vinielos usque ad cinctum contra Tremolosa, et pergit per serram usque ad Portellam de Villalonga, et descendit in torrentem qui descendit per Lobaria, et iniungit in pugio Transuadoni.

Et in eadem ualle Matamala alodem qui fuit Radulfi, episcopi, et parrochiam de Vineolas cum decimis et primitiis quas Georgius, episcopus, concessit sancto Saluatori, absque tributo, sicut in ipsa dote resonat; et alodem ipsum quem dicunt Campmanandati cum terminis et adiacentiis, totam uidelicet uillam.

Et in Guausago alodem qui fuit de Guisallo et Seniofredo cum ecclesia, cum terminis et adiacentiis. Et alodem qui fuit de Iohanne cum domo, terris et uineis, et ipsum boscum Libertini.

Et in uilla Stamariz ipsum alodem cum terminis uel adiacentiis. Et in uilla Amoue ipsum alodem qui fuit de Tellemar uel de eius heredibus, cum terminis; et alodem quem tenet Petrus, presbyter. Et in ipsa silua que dicunt Guualosa cum terminis et adiacentiis.

Et in Salton alodem cum boscis quos dedit dictus dominus Oliba, et boscum qui fuit de Sperandeo et de Ortes cum terminis uel adiacentis.

Et alodem de Safitos et ipsas condaminas de Archamala, et alodem de Balbos, et alodem de Monselios, et alodem de Guidmondi, cum terris, uineis, siluis, cum ecclesia et decimis et primitiis, cum finibus et terminis suis, absque tributo.

FUNDACIÓ NOGUERA

Alodem uero qui dicitur Salselles cum ecclesia sancti Petri, cum decimis et primitiis, cum finibus et terminibus suis, absque tributo.

In pago Berguitano, locum Brositano, alodem sicut in illorum iudicio resonat, et parrochia sancte Marie cum ecclesiis sibi subditis: id est palatium Rodgarium, et ipsa Pera, cum decimis et primitiis, absque tributo.

Ecclesiam sancti Vincentii que est in Albiols cum ipso alode et decimis et primitiis.

Et in locum qui dicitur Suburnano alodem cum ecclesiis in uilla que dicitur Guargalam.

In locum qui dicitur Pontus alodem cum ecclesiis quas dedit Guifredus, comes, sancte Marie, et alium alodem de Gargalam cum ecclesia, et decimis et primitiis et terminis; et alodem de Nabars cum terminibus; et alodem de Nureo; et alodem de Montesclau; et alodes torrenti profundi; et alodes de Folcunania; et alodes ad calcem de castro Balzarens; et alodes de Begua et de Antzano; et alodes de Doixosa qui fuerunt Bonifilii et Lobatoni uel de ceteris.

Et ipsam uallem Marles cum uillas et molendinos, et ecclesia sancte Marie, cum decimis et primitiis et alodibus, cum suis terminis uel adiacentiis.

Et alodes de Gaminacos; et ecclesia de Monteclauso; et alaudes de Benemide; et alodes de serra qui fuit Delanti; et alodes de Spurigia et de Callers; et ipse ualles Boscedano cum uillis uel illorum terminos; et alodes de Palam.

In ciuitate Minorissa alodem: id est, casas, terras et uineas, et alodes qui fuerunt de aliis hominibus.

In Monte Serrato alodem cum ecclesia sancti Petri et sancti Martini; et in cacumine Montis Serrati ecclesiam sancte Marie et sancti Asiscli, cum terris et uineis, molendinis, siluis atque garricis; et alodem qui dicitur Euolosa cum terris, uineis, molendinis, siluis atque garricis.

Et in ciuitate Barchinona casas cum curtibus, puteis, hortis, terris et uineis que sunt infra ciuitatem et terminos eius; et alaude de Camma cum ecclesia et decimis et primitiis et terminibus; et Enolosa cum suis pertinentiis.

In comitatu qui dicitur Valles casas cum curtes, hortos, terras et uineas, et alodem de Digno uel Engelfredo, et alodem de Canobellas, et alodem de Mationa.

FUNDACIÓ NOGUERA

In comitatu Ausona alodem palatii et alodem qui dicitur Oligo, et Danielis uillarem, alodem Sanliare, et alodem Elzedelo cum terminibus, et boscos roce Felicis, alodem Planezas.

Et in comitatu Ausona alios alodes in multis locis: id est ipsa Deuesa; et in Vuistidiano casas, terras, uineas quam plurimas; et alodium qui fuit de Borrello, comite de Paliares Miralie, cum suis terminis; et ipsos alodes quos dedit Gualdus ad sanctam Mariam, sicut ille tenebat et pro donatione scribere fecit; et alodem quod Guillelmus, clericus, dedit in Albedano cum terris, casas, et uineas cultas uel incultas; et alodem de serra qui fuit de Gafredo; et alodem de Iuniolosa, et alodem de Galinde; campos qui fuit de Giscafredus, clericus; et alodes de Lociana qui fuerunt Guillelmo, filio Ermemiri; et alodem de Guisado cum molendinis; et alodes de Ouall, quos dedit Guandamurus et Honestus et Oliba, clerici uel cuncti homines; et alodes de Ionna; et alodes de Riuo de Peras; et alodes de Saturano cum suis terminis; et alodem de ualle Oriola cum suis terminis.

In comitatu Cerdaniense, ualle Lilitense, uilla Aramonedo cum decimis et primitiis, cum alode qui dicitur Lilledo et Genebredo, pogium de Meranegas, et Marola. In locum qui dicitur Guarexer ipso alode cum ecclesia, decimis et primitiis.

In Cerdania alodem qui dicitur Alozoz cum ecclesia, decimis et primitiis; alodem Mosolio, et alodem de Bor. Et in eadem Cerdania alodes de Arreguall, et Nassobell, et de Monteliano, et de Bar et Adoll. Et in Labertells alodem cum molendinis; et alodem de Villa Vetere cum ipsis ecclesiis; et alodem den Evall, et de Bellich, et de Mosolio, et de sancta Eulalia, et de Engils, et de Ger, et de Paliciol, et de Villa Lobs, et de Oligua, et de Anama, et de Salciep, et de Equaleges, et de Vr, et de Centaflorida, et de Angastuna, et de Estauar, et de Salagosa de Sed, et de Palaciolo, et de Val Famelica, et de Ezer, et de Esna, et de Planezas, et de Saltegual, et de Miella, et de Ventolano, et de Closellos, et de Obzello et Compancionos, Macana, de Meramors, et de Vrriols et Cols, cum pasturas; et Aramonedum iamdictum cum ipsos boscos et calins et ipsas pasturas; et ecclesiam sancti Romani cum terminibus et alodes de puio Malello, qui ibidem est; et Gomses, et Scurrigeres.

Et in eadem Cerdania in pluribus locis casas, curtes, cum uineis et terris.

Et in comitatu Vrgellitanense alodem qui dicitur Exeduli cum ecclesia sancti Michaelis. Et in castro Cardona alodem quem dicunt

FUNDACIÓ NAVARRA

Pradis, et ceteriis aliis; et alodes de Scorbario cum ecclesiis et suis terminibus; et alodes de Codinello cum ecclesia sancti Cucuphatis cum suis terminibus; et alodes de Lagno et Castrobono; in eodem comitatu alias terras et uineas.

In ualle Confluenti alodem qui dicitur Euol cum ipsas salices et pasturas. Et in eadem ualle in multis locis uineas et alodem de Sodames; et alodes de Vuincedo et de Macanos; et alodem de Sagamano cum ecclesia sancti Clementis cum suis alodibus; et in Soliano alodem; et in Corneliano terras et uineas; et in Arriano casas, terras, et uineas; et alode de Mozedo et Vitamarios; et alodem de Fenestedo.

In loco qui dicitur Bulla terras et uineas cum casas et decimis et primiciis.

In Ventolano casas, terras et uineas.

In Campaionos casas, terras et uineas.

Et in Rippas terras, casas et uineas.

In Macana casas, terras et uineas.

Et in comitatu Roselionense alodem de Tazon et Masos de Petracalce.

Et in Valle Speri alodem Etaloris et alodem de Hermis.

Et in comitatu Palariensi alodes qui sunt in Basturcius cum ecclesiis uel suis alodibus.

In comitatu Bisuldunensi alodes qui fuerunt Corbo et Argilagarios, Valle Alta, Iuuiniano, cum casis, uineis et terris.

In locum qui dicitur Iudicas ecclesiam sancti Petri cum casas, terras et uineas, cum decimis et primitiis et oblationibus et suis terminis uel adiacentis. Et Vernedas cum casis et terris; et alodem de Falgosa et de Segundella; et in Aqualia et alodem de Bag, qui fuit de Ramardo, et Porrarias; et alodem de Baclarder cum boscis, pasturis et molendinis; et alodem de Brania; et ipsam tertiam partem de uilla Palazol cum terminis et finibus suis; et alodes de Basso, et de Viguilar, et de Riuocano, et de Villalonga, et de Pineda, et alode de Bugonos.

In comitatu Gerundensi, in uilla quam dicunt Celiano, ipso alode, et alode de Emulano.

In comitatu Cerdaniae ipsum alodem quod fuit Gualdaldi, uicecomitis, cum ecclesiis superpositis quae ibi sunt, siue in locum quem uocant in Valle Vetere ecclesiam sancti Martini et

sancti Saturnini cum finibus et terminis suis, decimis et primitiis. Item in Valle Asperi uillam quam dicunt Hermos cum finibus et terminis suis ac siluis.

In Roueroso casas cum terris et uineas et ermis. Item in Bergitano, in uilla Donegua.

In comitatu Empurdanense alodes de stagno salso.

Et in Petralatense alodem de Castilione et de Vallemala cum terminibus.[4]

[5]Hec igitur, quecumque diximus uel quecumque non diximus, predia adquisita uel adquirenda ad sancte Dei genitricis cenobium in ualle Riuipollentis situm pertinentia auctoritate illi firmantur [a][6] nobis apostolica. Statuimus autem ut, quando abbas ipsius monasterii obierit, neque a regibus, neque a comitibus, neque a qualicumque persona pro cupiditatis pecunie causa neque pro qualibet fauoris inanis glorie ibidem constituantur abbates, set a cunctis ibi degentibus seruis Dei secundum Deum et iuxta Benedicti patris regulam eligantur abbates. Damus quoque licentiam ipsius loci abbati ubicumque uel a qualibuscumque episcopis suos clericos ordinandi, a qualicumque ei sede placuerit chrysmam accipiendi: et ut a nullo episcopo, nec ab illo in cuius situm est monasterium episcopio, nec ab alio, possit excomunicari aliqua ad eumdem monasterium pertinens ecclesia. Statuimus etiam ut, quis penitentia a liminibus exclusus ecclesie, quandiu ibi steterit habeat licentiam introeundi et omne diuinum officium[7] audiendi. Concedimus quoque abbati uel monacchis et omnibus clericis ad monasterium pertinentibus licentiam, nisi uoluerint spontanee(con cedilla) uel rogati, ad sinodum non eundi. Confirmamus igitur et stabilimus a modo ut nullus rex, nullus princeps, nullus comes, nullus marchio, nullus iudex, nullus episcopus neque ulla magna paruaque persona aliquam uim uel inuasionem in eodem cenobio aut in suis pertinentiis facere presumat; pro quo sub diuini iudicii obtestacione[8] et anathematis interdictione promulgantes decernimus ut nullus unquam nostrorum successorum pontificum neque aliqua magna, ut diximus, paruaque persona audeat uel praesumat contra hoc nostrum priuilegium in aliquibus agere iniuste, neque quis illum frangere tentet. Si quis autem, quod non credimus, nec timens Deum et nostrum parui pendens priuilegium, quod concedimus, uerbo factoue disrumpere tentauerit, hunc, quisquis ille fuerit, de parte Dei omnipotentis sanctique eius apostoli Petri et nostra, qui eius fungimur uicem, perpetuis, nisi resipuerit, anathematis uinculis obligamus. Si quis autem huius sancti coenobii

adiutor existens illum in quo potuerit elegerit et amauerit, hic Dei omnipotentis interuentu apostolica repletus benedictione crescere se gaudeat in uirtutem de uirtute, sitque portio eius paradisus, hereditas illius dominus Christus pax et consolatio eius; ubi semper gaudium et dolor nullus.

Scriptum per manum Benedicti, notarii regionarii et scrinarii sancte Romane Ecclesie, in mense nouembri, indictione decima.

Beneualete.

a. *En aquest exemplar manca tota la part del document relativa als béns del monestir; la part final del pergamí resulta il·legible. Malgrat el que acabem de dir ens sembla que és el text més proper a l'original entre tots els estudiats per MH i Cocquelines.* b. *Ens ha resultat impossible consultar aquest exemplar del qual el diplomatari no ens ofereix cap referència.*

Al diplomatari es parla d'aquest llibre com una edició més, si bé es tracta d'una traducció parcial al català.

1. et *obliterat a B.* 2. ancensanter *B.* 3. ad *B.* 4. pascuis *manca a B.* 5. *Tota la part descriptiva compresa entre els dos punts manca a B.* 6. a *manca a B.* 7. offitium *B.* 8. *Després d'aquest punt és totalment impossible la lectura de B.*

Apèndix 3

Circa 1033. Vic

Constitucions de pau i treva de Déu promulgadas pel sínode de Vic per a la diòcesi i comtat d'Osona.

B. BC, perg. 4046; Car. 2131, v.. Còpia del segle XI, segona meitat.
C. *Resumen*, doc. 7.
a. HOFFMAN, *Gottesfriede und Treuga Dei*, pp. 260-262, Auflage 3.
b. GONZALVO I BOU, *La Pau i la Treva...*, ap. 2, pp. 119 i ss.
c. JUNYENT, *Diplomatari...*,[a] doc. 110, pp. 183-187.

Hec est pax confirmata ab episcopis, et abbatibus, et comitibus, necnon uicecomitibus, et ceteris magnatibus, et reliquis christianis Deum timentibus, anno dominice incarnationis mille XXX III, ut ab ista die et deincebs ullus homo ecclesiam non infringat neque mansiones que in circuitu ecclesie sunt aut erunt usque ad XXX[a] passi, nisi episcopus aut comes aut archidiaconus quibus illa ecclesia subdita sit propter hominem excomuni[atum][1] pro pace aut pro treua Dei.

Ecclesias autem illas in hac defensionem non ponimus in quibus castella et fortitudines facta sunt.

Eas uero ecclesias in quibus raptores uel fures preda uel furta congregauerint uel, male faciendo, exierint inde uel illuc

redierint, tandiu saluas esse iubemus, donec querimonia malefacti ad propium episcopum aut ad sedem ueniat. Et si episcopus aut canonici sedis se fatigauerint uero malefactor ille iusticiam facere nolit, postea ex mandato presulis aut canonicorum eius predicta ecclesia habeat suum munimen

Ille autem homo qui aliter ecclesiam inuaserit aut [ea que][1] in circuitu eius sunt usque ad XXX[a] passus irrupit, sacrilegii compositionem emendet et tamdiu excomunicetur quousque dignum satisfaciat.

Item placuit ut clericum qui arma non portauerit, aut monachos, seu sanctimoniales ullus homo non inuadat neque iniuram faciat eis.

Comunia uero canonicorum uel monacorum ullus homo non diripiat aut aliquid non infringat; sed, si fecerit, tandiu excomunicetur donec inde iusticiam faciat.

Similiter confirmauerunt ut ullus homo in isto episcopatu uel in aliis predam non faciat de equabus et de pullis earum usque ad medium annum; neque de bobus; neque uaccis et eorum filiis; neque de asinis aut asinabus et eorum filiis; neque de ouibus et arietibus et eorum filiis; neque de yrcis et capris et eorum filiis. Si uero exercitus militum super inimicum ospitatus fuerit, quicquid ibi in cibum sumpserit preter arietes et oues et yrcos et capras et boues et uacas et eorum filiis, hoc pro pace fracta non computetur.

Mansiones uero pagensium uel clericorum arma non ferentium ullus homo non incendat uel destruat. Villanum autem aut uillanam nemo aprehendat, uestimenta sua eis tollat neque uulneret atque debilitet, neque occidat, neque tollat eis reiam aut examen. Mulos et mulas qui inuenti fuerint sub iugo in aratione ponimus in hac obseruatione. Messes ullius hominis nemo ardeat neque oliuas incidat.

Quicumque uero hanc pacem quam prediximus infregerit et illi cui eam infregerit infra XV dies capitaliter non emendauerit, si dies XV transierint, in duplo ei componat et a duplacione medietatem episcopus habeat et medietatem comes.

Pactum autem Domni, quod treguam appellant rustici, eam confir[mauerunt pariter][1] predicti episcopi uidelicet a prima die aduentus Domni usque ad octabas Epiphanie; et a die lune que antecedit caput ieiunii usque ad diem lune qui est primus post diem [domnicum octauarum Pasche];[1] et a die lune Ascensionis Christi usque ad diem lune qui est prima post domnicum diem

octauarum Pentecosten; et in uigiliis totidemque festiuitatibus sancte Marie uigilieque festiuitates XII^m^ Apostolorum; uigilia et festiuitas sancti Laurentii; uigilia et festiuitas sancti Petri ad Vincula et sancti Felicis Gerunde; festiuitates insuper cum earum uigiliis ponimus in hac obseruatione, scilicet sancti Iohannis[2] Babtiste hac sancti Marci et sancti Martini confesoris; uigilia et festiuitas sancte Eulalie Barchinone; et uigilie et festiuitates II festiuitatum sancte + inuentione et exaltatione; et anniuersarium dedicationis sancti Petri sedis Vici cum sua uigilia; festiuitas etiam Omnium Sanctorum cum sua uigilia; similiter IIII^or^ tempora posuerunt in hac obseruatione.

Predictos autem festiuos dies in tregua Dei non solum confirmauerunt predicti episcopi, sed etiam precedentes et sequentes noctes ab ocasu solis usque ad ortum solis alterius diei iusserunt custodiri.

Si quis autem intra hanc predictam treguam aliquod malum alicui fecerit, in duplo ei componat, et postea per iudicium aque frigide in sede dupliciter emendet. Si quis autem intra hanc treguam uoluntarie hominem occiderit, ex consensu omnium christianorum definitum est ut omnibus diebus uite sue exsilio damnetur. Quicumque uero pacem predictam et pactum Domni preceptum, quam treguam dicitur, bene custodierit et seruauerit, Deus pacis et totius consolacionis cum illo erit et gratiam sue bendiccionis super illum multiplicabit, et per hanc obseruacionem omnium peccatorum suorum remisionem habere[3] poterit.

Illis uero hominibus qui predictam treguam prescriptam ruperint aut uiolauerint, que in predicto episcopatu Ausonensi excomunicati habeantur uel ubi habitauerint, superueniat ira et indignacio Dei, et hi tales communionem uel societatem seu amiciciam cum fidelibus christianis non habeant, sed habeant partem cum impiis sicut scriptum est: Non est pax impiis dicit Dominus.[4] Insuper excomunicati sint et extranei a sanctis Dei ecclesiis. Et in[5] malicia aliquis eorum mortuus fuerit, ullus sacerdos uel diaconus aliquis non audeat eum sepelire.

Prohiberunt autem predicti episcopi ut et intrantibus his pactis, id est treguis, a tempore aduentu Domni et XL et letaniarum Ascensionis domnice aliquis castrum aut munimen edificare non presumat nisi XV dies ante incoactas predictas treguas hoc fecerit.

1. *En general el pergamí és borrós i està raspat en alguns llocs.* 2. Ihohannis. 3. *Darrere hi ha un mot raspat.* 4. *Is. 48, 22.* 5. in *repetit.*

Apèndix B 4

[1093]

Urbà II s'adreça als membres del concili reunit a Clermont-Ferrand i mana que el clero, tant secular com regular, no pugui rebre donacions sense el vistiplau dels bisbes.

B. BC, perg. 4039, Car. 2134. Copia segle XII ex.
C. *Resumen*, doc. 125.[a]
D. Archivo de Simancas, Patronato Real, llig. 22 f. 72r-v. Còpia notarial de 16 d'octubre de 1772 de Caresmar (paper). Segell de placa.
a. VILLANUEVA, *Viage...*, t. IX, ap. XXII, pp. 272 i ss.
b. Catálogo V, Patronato Real, t. I, núm.1889, Valladolid, 1946.

De rebus ecclesiasticis nullus clericorum uel monachorum, inconsultis episcopis, aliquit adquirere presumat.

Vrbanus II[us], sancte Romane ecclesie episcopus, omnibus ortodoxis episcopis, congregato apud Clarmontensem urbem multorum coepiscoporum sinodali conuentu. Oposita est nobis a quibusdam eorum questio de ecclesiis uel ecclesiaticis possesionibus a clericis uel monacis usque in presenciarum, inconsultis episcopis, adquisitis. Nos autem, usi saniori consilio, eorundem episcoporum condescendentes petitioni por tempora, prouidentesque ecclesiastice [paci)[2], uel quia aliter absque ineuitabili [scandali][1] periclo huiusmodi questio non poterat procedere, apostolica auctoritate decreuimus, ut ea que a clericis uel monacis a quibuscumque personis prout potuerunt usque hodie fuerunt adquisita, ea rata perhenniter et inconuulsa permaneant hoc tamen tenore: ne in posterum, inconsultis episcopis, talia presumant.

Qui monacorum[propositum amet].[1]

Due sunt in quid leges, una publica, altera priuata; puplica lex, que a sanctis patribus scriptis est confirmata in lex canonum, ut[2] inuito episcopo, est recipiendus; IIII.C.XVIIII, que quidem propter transgressiones est tradita; uerbi gratia decretum est in cannonibus, clerici non debere a suo episcopatu ad alium transire sine commendationis litteris sui episcopi, quod propter criminosos [constitutum est, ne uidelicet][1] infamans ab aliquo episcopo suscipiantur persone; soluant enim officia sua cum non poterant in suo episcopatu in aliquo [deliberare].[1] Quod ius preceptis scriptis detestatum est. Lex uero priuata est que in [stin]ctu[1] Spiritus Sancti in corde scribitur, sicut de quibusdam dicit apostolis, qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis; et alibi, cum gentes leges Dei non habebant, sinistralite, que legis sunt, faciunt: ipsi sibi

sunt leges. Si quis harum in ecclesia sua sub episcopo pro palam retinet et seculariter uiuit, set inflatus Spiritu Sancto in aliquo monasterio uel regulari canonica saluare uoluerit, [libere][2] sibi conceditur. Qui enim uel lege priuata ducitur, nulla racio exigit ut a publica uel lege constrigatur. Dignior omnis lex priuata est quam publica, spiritus quidem lex Dei est, qui spiritu Dei aguntur uel lege Dei ducuntur. Et quis est qui possit eam detinere ? Qui hoc spiritu Dei ducitur et, ut episcopo suo contradicente, [eat libere][1] nostra auctoritate. Iuxta hunc lex non est posita, set ubi spiritus Dei, ibi libertas, et, si spiritus Dei ducemini, non estis sub lege.

a. *Al* Resumen *hi ha la nota següent*: *Este Concilio celebró en Claromonte en la Provincia de Axvrnía el Papa Urbano II año 1095, no solo para la reforma de la disciplina, sino principalmente para exitar el animo de los fieles para emprender la conquista de la tierra Santa. Los autos de este Concilio no comparece en ninguna de las collecciones que yo he visto, solo hay un sumario. Los canones sacado del libro de Lamberto Obispo Atrebatense que floreció mas ha de 500 años, y notas que saco Bellofocesto de un Codigo de la Abadia de S. Dionisio de Paris, pero dischos canones no corresponden en el orden ni en el numero. Algunos de ellos ingerto Graciano en el Decreto y el que trahe 18 qus. C. 2 es literalmente el que trahe el fragmento de que hablamos, pero se halla en este una pequeña prefacion que omitio Graciano. El otro canon ni lo menciona Graciano, ni otro alguno de los Collectores que trahen este Concilio. Sin embargo, no es dudable haverse en el formado, y publicado, pues el caracter de la letra, y la faz del pergamino muestran ser escrito coetaneo, y ahun tengo congeturar, que assistio el Abad Pedro a este Concilio.*

1. *El pergamí és borrós en certs llocs; el text està esvorancat a causa de la humitat.* 2. *Abreviatura innecessària.*

Apèndix 5

1109, desembre[a]

Alfons el Batallador atorga carta d'arres a favor d'Urraca. Urraca atorga carta de dot a favor d'Alfons el Batallador.

[A?]. CARESMAR núm. 2084. Exemplar perdut.
B. *Compendi*, doc. 2084.
C. *Resumen*, doc. 169.
a. RAMOS LOSCERTALES, *La sucesión del Rey Alfonso VI*, AHDE, t. XIII, pp. 67-69.
b. GARCÍA GALLO, *Manual*, II, pp. 550-552, còpia de *Traggia*.
c. FELBER, *The marriage...*, pp. 204-205, apèndix 7.
d. CORREDERA, *El Archivo de Ager y Caresmar...*, doc. 10, pp. 232-234.
e. UBIETO ARTETA, Antonio, *Crónicas anónimas...*, pp. 28-29.
f. LEMA PUEYO, *Colección diplomática....*, docs. 33, 34, pp. 41-44.
g. MONTERDE ALBIAC, *Diplomatario de la reina Urraca...*, doc. 4.
h. RUIZ ALBI, *La reina Dª Urraca...*, doc. 4, pp. 360-362.
Refer. MENÉNDEZ PIDAL, *Un tratado...*, p. 123.
LACARRA Y DE MIGUEL, *Vida...*, p. 34.
RECUERO ASTRAY, *Alfonso VII...*, pp. 46-47.

FUNDACIÓ FIGUERA

REILLY, *The kingdom...*, pp. 63-64.
LUCAS ALVÁREZ, *El reino...*, doc. 4, p. 69.

Sub Christi nomine et indiuidue sancte Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti amen. Haec es carta donationis quam facio ego Adefonsus, Dei gratia totius Hispaniae Imperator, ad uos regina, donma Vrraca, mea coniuge. Placuit mihi, libenti animo et spontanea uoluntate, et dono propter uestras arras illo castello de Stella cum illa mea dominicatura, excepto illud quod ibi tenet Lope Garcia[1] per me; et per ipsum que ibi tenet iuret uobis inde fidelitatem, et deueniat inde uestro homine de boca et de manus. Similiter uero dono uobis inter Sos,et Vnocastello qualem uobis placuerit, et dono uobis Exeia cum suis terminis et suis directaticis. Aduc autem uobis dono Osca et Monte Aragon cum illas meas dominicaturas que ibi ad eos pertinet. Et dono uobis illo castello de Bespin con illa mea dominicatura, et Barbastro cum tota illa mea dominicatura. Et illo castello de Napalae similiter cum illa mea dominicatura. Et dono uobis Iaca cum totas illas dominicaturas que ad Iaca pertinent. Dono etiam uobis aduc in arras totas illas meas dominicaturas que ego habeo in illos alteros castellos, et in alios locos per totam meam terram que ad meam dominicaturam pertinent, et totos illos homines que honorem tenent hodie per me, uel in antea inde tenuerint; quod totos iurent uobis fidelitatem et deueniant uestros homines de boca et de manus. Et super hoc totum facio uobis conuenio, ut, si Deus omnipotens filium ex uobis mihi dederit et postea de me desuenerit et uos mihi superuixeritis, quod uos et filio meo habeatis totas meas terras quam hodie habeo uel in antea adquirere potuero cum Dei adiutorio, siue heremum, quam populatum; quod si filium ex uobis non habuero et uso me superuixeritis, quod ad uos remaneat tota illa mea terra, et ut eam habeatis ingenuam et liberam ad uestram propiam hereditatem per facere inde totam uestram uoluntatem de post meis diebus. Et hoc totum suprascriptum in tali conuenio illud uobis dono, ut uos mihi teneatis ad honorem quomodo bonam feminam debet facere ad suum bonum seniorem, et, si uos quesieritis partire de me sine mea uoluntate, quod totos illos homines de uestra terra et de illa mea se partiant de uobis, et ut totos mihi attendant cum totas illas honores que tenuerint, et ut seruiant ad me cum fide et ueritate sine inganno. Et ego, Vrraca regina, conuenio ad uos, regem domnum Adefonsum, domno et uiro meo, quod ego uobis faciam iurare totos illos meos homines qui per me et per uos tenent honores, et ut totos deueniant uestros

homines, et uobis iurent fidelitatem super totos homines de hoc seculo; et ut illos per fidem sine ullo inganno sedeant uestros, et quod uobis donent potestatem unoquoque ex eis de illas honores que tenuerint, qua hora uos illam ei demandaueritis; et, si aliquis ex illis hoc facere non quesierit, ego quod uobis adiuuem contra illum cum toto meo potere per bonam fidem sine enganno; et postea quod uos inde faciatis de illo totam uestram uoluntatem.

In Dei nomine et eius gratia. Haec est carta donationis quam facio ego, Vrraca, Dei gratia regina, filia Adefonsi Imperatoris, uobis regi domno Adefonso, domino et uiro meo. Placuit mihi, libenti animo ac spontanea uoluntate, et dono uobis tota illa mea terra que fuit de rege domno Adefonso, meo patre, siue heremum, siue populatum, quam hodie habeo, uel in antea adquirere potero cum Dei adiutorio; et, si Deus omnipotens filium ex uobis mihi dederit, et uos postea mihi superuixeritis, quod tota illa mea terra remaneat ad uos et ad illo uestro filio quem de me habueritis. Quod si ex uobis filium non habuero, similiter remaneat ad uos tota mea terra, et habeatis eam ad uestram propriam hereditatem per facere inde totam uestram uoluntatem in uestra uita; et post uestris diebus quod totam remaneat ad meo filio; et totas illas meas dominicaturas, que mihi laxauit pater meus quod ego hodie habeo et in antea adquirere potero; et totas illas alteras honores, que per me et per uos tenent alios homines, quod totum sit uestrum propium per facere inde totam uestram uoluntatem. Et hoc totum suprascriptum tali conuenio illud uobis facio, quod uso teneatis ad honorem, sicuti bonus uir debet tenere suam bonam uxorem; et ut non me dimittatis pro parentesco, neque pro excomunione, neque pro ulla alia causa; et, si uos ad honorem non me teneritis, quomodo bonus homo debet tenere suam bonam uxorem, ego quod me inde concurem ad uos et ad illos meos homines et ad illos uestros, et postea quod totos illos meos homines de mea terra et de illa uestra se tornent ad me et seruiant ad me et non ad uos donec uos illud mihi inderecetis. Quod, si ergo uos non me laxaueritis ad totos illos homines de uestra terra et de illa mea, adtendant ad me cum totas illas honores et seruiant me cum fide et ueritate sine ullo enganno, et illo conuenio suprascripto, que uobis feci, quod cedat postea solutus. Et, si ego, Vrraca regina, me separauero de uobis ex toto sine uestra uoluntate per laxamento, quod totos illos homines de mea terra et de illa uestra adtendant ad uos cum illas honores que tenuerint, et se partiant totos de me de toto in toto, et seruiant ad uos per fidem sine inganno.

Facta carta pacti huius era 1154 in mense desembri.

a. *Arran de la data del document es poden consultar les obres de la bibliografia, incloses les referències, principalment a, c, e, f, g i Lacarra.*

Apèndix 6

[1127], febrero.ª Uncastillo

Alfons I d'Aragó dóna a Bernat Pere de Sant Just una jovada de terra a Laguarres, a la seva dominicatura de Vehín.

A. BC, perg. 4586, Car. 2095.
B. *Resumen*, doc. 185.
a. CANELLAS LÓPEZ, *La Cancillería real...*, doc. 6, p. 44.
b. GIMÉNEZ BARATECH, *"Un documento inédito"...*, pp. 307-314.
c. LEMA PUEYO, *Colección...*, doc. 168, pp. 247-248.

[Chrismón, Alfa et Omega]. In nomine Domni nostri Ihesu Christi. Ego, Adefonsus Dei gratia rex, facio hanc cartam donacionis uobis Bernard Pere de sancti Iusti. Placuit mihi libenti animo et spontanea uoluntate et propter seruicium quod mihi fecistis et cotidie facitis, dono et concedo uobis in Laguarres in mea propria dominicatura quod ego habeo in Rehin una iugata complita de terra per hereditatem, ut habeatis et possideatis hoc donatiuum, sicut superius scriptum est, saluum et liberum et francum ad uestram propiam hereditatem per facere inde totam uestram uoluntatem uos et filii uestri et omnis generacio uel posteritas uestra, salua mea fidelitate et de omni mea posteritate per secula cuncta. Amen.

Signum + Adefonsi.

Facta carta donacionis era Mª Cª Lª Vª, in mense februario in uilla quod dicitur Vnocastello, regnante me, Dei gratia rex in Aragone, et Pampilona, siue in Castella, in Superarbi et Ripacurça. Episcopus Stephanus in Osca. Episcopus Petrus in Cesaraugusta. Episcopus Sancius in Irunia. Alius episcopus Sancius in Calagorra. Senior Fertungo Garcez in Nagara. Senior Enneco Fertungonis in Cireso. SeniorLopez Garcez in Alagon. Ato Orelga in Ricla. Senior Enneco Ximinones in Calataiube. Senior Fertungo Lopiz in Soria. Petro Tizon in Stella. Sancio Iohannes in Osca. Ato Garces in Barbastro. Berenger Gombal in Castro. Senior Tizion in Boile. Pere Iuzbert in Azannue.

Ego, Enneco scriptor, iussu domini regis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc sig+num feci.

FUNDACIÓ NATERA

a. *Pel que fa a la data d'aquest document es pot consultar l'article de Lacarra. La data dels acords de Támara (EEMCA, t. III, 1947-1948, pp. 461-473, principalment les pp. 467-473, així com les edicions que senyalem al capdamunt del document.*

Apèndix B 7

1128,ª abril, 81. Narbona

El sínode de bisbes i abats reunits a Narbona acorda la restauració de la seu metropolitana de Tarragona; tots els reunits, clergues i seglars, prometen ajut material. Igualment acorden que tots els clergues presents cantin una missa tan bon punt com s'assabentin de la mort de cadascun d'ells.

B. BC, perg. 3992, Car. 2342, còpia coetània.
C. BC, perg. 3966, Car. 960, còpia quelcom posterior.
D. RESUMEN, doc. 188.
a. FLÓREZ, *España Sagrada*, t. XXVIII, ap. XXII, pp. 303-304.
b. VILLANUEVA, *Viage...*, t. VI, ap. XLVI, pp. 338 i ss.

Anno ab incarnatione[1] Domini C° XX° VIIII° post millesimum, ebdomada de passione Domini, sancta synodus archiepiscoporum, episcoporum et abbatum aliorumque religiosorum apud Narbonam in ecclesia sanctorum martyrum Iusti et Pastoris congregata est. In qua uenerabilis Arnallus, ipsius prime sedis Narbonensis archiepiscopus et sanctae Romane ecclesiae legatus, presidens, et Ollegarius, Tarraconensis Metropolitanus, cum utriusque metropoleos suffraganeis episcopis et abbatibus, considerantes qualiter christianitatis que tot oppressiones et mortes a sarracenis assidue patitur succurrerent, consilium cum Deo inierunt ut Tarraconensem sedem que tocius Citerioris Hispanie caput est, restaurare satagerent.

Constituerunt itaque ad honorem Dei et fidelium animarum salutem et restauracionem ipsius ecclesie[2] symbolum, quod confratriam[3] uocamus, uidelicet ut unusquisque confratrum donet de bonis suis secundum quod in corde suo elegerit, et quotannis reddat[4] uotum suum Deo, quasi censum capitis sui pro anima sua, ipsi ecclesie[2] et legatis eius. Hoc quippe faciant archiepiscopi et episcopi pro se et prelati canonicorum atque monachorum pro se et pro sibi subiectis. Alii uero tam clerici quam laici donent in hanc confratriam, si non amplius, saltem XII denarios, aut, si ympotentes fuerint, quot eis placuerit. Constituerunt eciam, ut pro hac deuocione et censu quem super se pro Deo imponunt, omnes archiepiscopi et episcopi, abbates, ceterique prelati atque

subiecti sacerdotes, audito cuiuslibet confratris obitu, cantent pro eo missam. Pro illis uero quorum transitus ad aures eorum non peruenerit et pro ceteris, secunda feria prime ebdomade quadragesimalis offerant sacrificium Deo omnes sacerdotes confratres. Illos eciam qui iam in Christo dormierunt in hac confratria susceperunt, pro quibus suorum amicorum deuocio similem censum in uita sua exsoluere deliuerauerint. Apostolica quoque auctoritate freti omnes ibi cohabitantes uel conuenientes et res eorum in proteccione[5] beati Petri et sua receperunt et in pace[6] et in treua Dei in omni loco statuerunt, ita ut quicumque in eundo uel permanendo, seu reduendo eis aliquid fort fecerit, iram Dei incurrat et excomunicatus ab omnium fidelium societate alienus existat, donec eis satisfaciat.

Ego, Arnaldus, Narbonensis archiepiscopus et sancte Romane[7] ecclesie legatus, sig+no confirmo. Ego, Ollegarius, sancte Tarraconensis[8] sedis metropolitanus, sig+no confirmo. Amelius, episcopus Tolosanus, sig+no. Allebertus, Agatensis episcopus, sig+no. Ramundus,[9] Magalonensis episcopus, sig+no. Arnaldus, Carcassensis episcopus, sig+no. Bermundus, Biterrensis[10] episcopus, sig+no. Petrus, Lutouensis episcopus, sig+no. Petrus, Elenensis episcopus, sig+no. Berengarius, sancte Gerundensis sedis episcopus, sig+no. Raimundus,[11] Ausonensis episcopus, sig+no. Petrus, Vrgellensis episcopus, sig+no. Petrus, Cesaraugustanus episcopus, sig+no. Raimundus,[11] sancti Saturnini Tolose[12] abbas, sig+no. Guillelmus, Lesatensis abbas, sig+no. Arnallus, Aggeris abbas,[13] sig+no. Petrus, Tomerensis abbas, sig+no. Berengarius, Carssensis abbas, sig+no. Aicardus, sancti Stephani Tolose prepositus, signo.

